This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Sold by
C. J. STEWART,
11 King William St.
W. Strand, London.

18

Ch.

EXPLANATIO
RUBRICARUM
MISSALIS ROMANI,

Decretis Apoſtolicis, & SS. Rituum, ac S. Concilii Tridentini Interpretum Congregationis uſque hodiedum emanatis, exactè, quantùm in Domino confidimus, conformis;

QUAM EX PROBATIS ANTIQUIS, RECENTISSIMISQUE AUTHORIBUS, PRÆSERTIM EX LIBRIS

SS. D. BENEDICTI XIV. P. M.

COLLEGIT

F. HERMANNUS JANSSENS

Ord. FF. Minorum Recollect., S. Theol. Lect. Jubilatus, & Provincia German. Inferioris Exprovincialis.

EDITIO SECUNDA REVISA ET AUCTA.

Omnes tenentur ſcire.... ea, quæ ad eorum ſtatum, vel officium ſpectant... Manifeſtum eſt autem, quòd, quicumque negligit habere, vel facere id, quod tenetur habere, vel facere, peccat peccato omiſſionis: unde propter negligentiam ignorantia eorum, quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum. S. Thomas 1. 2. q. 76. a. 1. in Corp.

ANTVERPIÆ Typis JOANNIS GRANGE Typographi in Foro Ovorum. 1757.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

138. f. 39

TYPOGRAPHUS LECTORI.


Diſtractis, intrà primum ab impreſſione annum, Domino benedicente, omnibus Editionis primæ Exemplaribus, cùm liber idem à tantis undequaque adhuc avidè expeteretur, nè illud *Thren.* 4, 4. accidat: *Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis*, juſto poſtulantium deſiderio volui illicò ſatisfacere, & ſecundam, Authore eam exactè revidente, & hinc inde nonnulla utilia addente, aggreſſus ſum, & modò feliciter, Deo confortante, perfeci Editionem.

At, quia in hac ſecundâ Editione, ad variorum inſtantiam Eruditorum, addenda eſt *Rubricarum de Miſſa ſolemni Explanatio*, iidem Viri Authori perſuasêre, ut Miſſæ privatæ & ſolemnis Rubricas, non inter ſe mixtim (ùt in Miſſalis Romani exſtant initio, & prout à *Gavanto* ac *Merati* exponuntur) ſed ut eaſdem ſeorſim ac diſtinctè, priùs de *Miſſa privata Rubricis*, eas concatenatim à capite ad finem; deinde ſimili pariter modo de *Miſſæ ſolemnis Rubricis* agendo, pro poſſe ſuo, explanaret, ut ſic diſtinctiori, ac proin faciliori modo exactam & claram de utraque Miſsâ Lectori ideam imprimere valeret.

Illorum conſilium pro mandato Author recipiens, dictam methodum inſecutus eſt, & ideo partem Rubricarum ſecundam in duas ſubdiviſit partes, ſcil. in I. II., ſeu in primam ſecundæ, in qua *de Ritibus Miſſa privata* tractatur; & in II. II., ſeu in ſecundam ſecundæ, in qua *de Ritibus Miſſa ſolemnis* agitur; ſimili modo, ùt *S. Thomas* ſecundam Summæ ſuæ partem ſubdiviſit; quod pro majori materiæ diſtinctione Authori placuit imitari.

Ut autem omnibus omnia fiam, & nè hi, qui modò primam ſibi Editionem compararunt, cogantur (ad obtinendam hanc *de Ritibus Miſſa ſolemnis* partem II. II.) etiam procurare integram ſecundam, curavi partem II. II. ſeorſim imprimi, & venalem reddi. Hoc ſolùm nota, quòd, dum hic citatur Pars I. II., in prima Editione inſpicienda ſit pars II. Vale, & his fruere.

BIBLIOTHECA BODLEIANA


SINE SPINA ET UNGUE
L. fruitiers ſculp: Antverpiæ

ILLUSTRISSIMO
AC
REVERENDISSIMO DOMINO
D. DOMINICO
DE GENTIS
EX SACRO PRÆDICATORUM ORDINE, ET ALMÆ UNIVERSITATIS COLONIENSIS
DOCTORE,
XV. ANTVERPIENSIUM
EPISCOPO,
AUGUSTISSIMÆ ROMANORUM IMPERATRICIS HUNGARIÆ, ET BOHEMIÆ
REGINÆ, &c., &c.
CONSILIARIO STATUS, &c.

Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Domine

Quamquam indefeſſa omnium planè Eccleſiaſticorum Rituum, ſeu totius Liturgiæ ſacræ cura ad Epiſcopos ſpectet; vel maximè tamen ſummorum ſollicitudinem Paſtorum exigit pars illius Prin-

ceps,

ceps, quam, ut amplietur Novæ Legis Sacrificii majeſtas & cultus, ſacri Altaris Miniſtris traditam novimus & præceptam. Etenim nihil eo Miniſterio ſublimius eſt; ſanctius nihil. Hæc collineabant S. Tridentinæ *Synodi Patres ſeſſ. 22., Miſſæ Cæremonias ſpeciali Epiſcoporum cautioni pariter & exactioni demandantes:*

Edicto & pœnis propoſitis, *inquiunt*, caveant Epiſcopi, nè Sacerdotes aliis, quàm debitis horis celebrent; nève Ritus alios, vel alias Cæremonias, aut preces, in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti & laudabili uſu receptæ fuerint. *Gemina præcipit* Clemens *XI. Litter. ad univ. Epiſc. 16. Maji 1703. Epiſcopum alloquens:* Majori diligentiâ & ſtudio curare debes, ut Sacerdotes in Miſſæ Sacrificio ſacras Cæremonias, in Rubricis præſcriptas, piè conſervent. *Haud alia alii Pontifices & Patres innumeri tradiderunt, ſtatuerunt, ſanxerunt.*

Optimo igitur conſilio præſens de ſacris

cris Miſſæ Rubricis Explanatio gradu feſ-tino Epiſcopum adit, ut ſub Rituum ſacrorum Præpoſiti tegmine, aſylo gaudeat & tutelâ: imò ut fructuoſæ deinceps ſervetur perennitati, ejuſdem ſignata nomine, & beneplacito munita.

Meritò, inquam, accelerat ad Epiſcopum: ſed ſpecialiter AD TE, ſingularem Eccleſiaſtici Cæremonialis cultorem, vindicemque eximium, ac ſtudioſiſſimum. QUI, dum à ſacri Ordinis Prædicatorum ingreſſu rebus Liturgicis operam haud infimam navaveras, tum maximè ad Epiſcopale onus evectus, depoſiti TUI memor, id genus ſtudiis animum applicuiſti. IPSE procudere ſtatueras; imò jam ferè ad umbelicum perduxeras de SS. Miſſæ Ritibus Tractatum: ut, quem Doctor intenderas, mediis incudibus abſtulerint curæ Epiſcopales.

Sanctiſſima interim, Deóque gratiſſima ea erat cogitatio; quò formâ gregis factus ex animo; ſacri Altaris Miniſtros & exemplo efformares, & ſcripto. Saluberrimum planè id erat ILLUSTRISSIMÆ DOMINATIONIS TUÆ inſtitu-

tum

nem ac propoſitum; ut, quotquot ad tremendum Presbyteratûs Gradum ſublimantur, debitâ cum veneratione ſacris muniis intendentes, in ſpiritu adorarent, & in veritate. In ſpiritu de corde puro, de conſcientia bonâ. In veritate; nequaquàm fide veluti ficta & mortuâ Veritati litantes; ſed fidem vivam, fideique vivificæ veritatem actionibus ſuis palam declarantes & afferentes; memores ſe non umbris ſervire & typis, ſed antitypo, ſed rei ipſi, ſed veritati.

Nullum, ut probè noſti, ab aliis pravè judicium, quàm à Sacerdotibus, SS. Rituum ignaris & negligentibus tolerat Deus; quando eos, qui ad Myſteriorum ſuorum majeſtatem & decorem ſibi elegerat, in eorumdem deſpectum, in devotionis interitum, in graviſſimum populi ſcandalum, frigidos intuetur & deſides, ac in hiſtrionum morem SS. Altaribus adſtantes.

Impiè contemnitur, veriſſimè dixit S. Auguſtinus l. 9. contr. Fauſt. Manich. c. 11., ſinè qua non poteſt perfici pietas; imò ſine quo perficitur & roboratur Hæreticorum iniquitas. Hi enim, ex devotionibus

tionibus fidem demetientes, perſuaderi non poſſunt, nos credere ſub panis & vini ſpeciebus præſentem eſſe illum; cujus miniſterio tam deſunctoriè perfungimur.

Atque hæc plurimum ſauciare ILLUSTRISSIMÆ GRATIÆ TUÆ *animum, ipſe ſæpius,* TUO *dignatus alloquio, expertus ſum. Inſtas opportunè, importunè, arguis, obſecras, increpas in omni patientiâ & doctrinâ: atque, ut ſacri ſciantur Ritus, ſerventur, inſtaurentur, omni conamine niteris, zelo zelans pro Domo Domini exercituum. Inde profectò,* TUUS *ille ſingularis affectus, quo* TIBI *accepta oſtenderes foliola mea Liturgica per modum Appendicis de tempore ad tempus publicè communicata.*

Inde ſtimulus tuus, quo me, additâ copioſâ de ſelectâ Bibliothecâ TUA *ſupellectili, ad ampliora in his ſtudiis inquirenda, impuliſti, preſſiſti, urſiſti: ut, quod* IPSE, *pluribus aliis implicitus, ſingulari tractatu exequi non poteras, per me utcumque efficeres. Inde finaliter & hoc opuſculum. Quod, cùm materiam verſet, Epiſcopali potiſſimùm curæ mandatam, accommoda-*

tam

tam genio TUO, *& palato ſapidam: imò cùm* TIBI *originem debeat ac progreſſum, & libris* TUIS *ſit auctum, ſuopte nutu, noſtro ſimul debito, in ſinum* TUUM *fertur celerrimè,* TUO *anhelans eximio nomini adſcribi, & inſulatis appendi Thalis; ut ſic ſeſe omnibus gratum inſinuet ac commendabile; & præpotenti* TUA *authoritate exactam utrobique in Clero Miſſæ Rubricarum obſervantiam, per ſedulam ſui lectionem, commendet & exequatur.*

Dignare ergo, ILLUSTRISSIME DOMINE, *dignare quæſo, modicum hunc ſtudiorum meorum fœtum ſuſcipere: opus manuum mearum, ſeu potiùs* TUARUM, *nè deſpicias; at amplectere, patrocinare, & perfice. Siſto truncum,* TU *vegeta: embrionem edo,* TU *efforma; exanime corpus eſt, quod parturio,* TU *vitalem adde ſpiritum, beneplacitum ſcilicet, gratiam, & authoritatem* TUAM.

Non ceſſamus interim interpellare, precibusque noſtris ac ſuffragiis obſecrare illum, qui ſe in iis, qui dignè appropinquant ſibi, ſanctificandum dixit, & in conſpectu omnis populi glorificandum, ut ſacris tona-

tibus

tibus TUIS *addat animum pariter & ef-fectum: TE in domo ſuâ, cujus decorem diligis, benedictionibus dulcedinis ſuæ jugiter præveniat; & poſt mortalem hanc vitam (quam provectam donet, & in omnibus proſperam) pro meritis in æternum beët. Hæc vota noſtra ſunt, hæc deſideria. Sacram* ILLUSTRISSIMÆ TUÆ GRATIÆ *Tiaram ſubmiſſè veneratus ſubſcribor*

Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Domine

Illuſtriſſimæ Gratiæ Tuæ

Humillimus Servus
F. HERMANNUS JANSSENS
Minorita indignus.

Sold by
C. J. STEWART,
11 King William St.
W. Strand, London.

18

de *neceſſitate Sacramenti*: conſiſtitque in actionibus, precibus, aliiſque, quæ primitivè quidem ab Apoſtolis, ad reconciliandam SS. Sacramento majeſtatem, ac venerationem; & deinde ab Eccleſia paulatim ac pedetentim, ut pietas Fidelium per hæc viſibilia religionis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem magis accenderetur, Miſſæ adjuncta ſunt; & dicuntur Ritus, ac Cæremoniæ ſacræ.

4. Et quidem quæ tum in verbis, tum in Celebrantis geſtibus conſiſtunt, vocat *Quarti* Cæremonias ipſi Miſſæ tamquàm partes ejus internas; alias verò (ut ſunt locus, tempus, vaſa, Altare cum annexis, veſtes, &c.) vocat Cæremonias ipſi Miſſæ externas. Vide Trid. ſeſſ. 22. c. 5.

5. Ex iis poſſet Cæremonia, ſeu Ritus Miſſæ accidentalis, prout diſtinguitur ab eſſentiali, deſcribi: *Actio Religioſa ad cultum & decentiam Sacrificii Miſſæ per Eccleſiam conſtituta.*

6. At *Cajetanus Merati*, Obſerv. Prælim. n. 1. §. *Verùm*, Cæremoniam ſacram diſtinguit à Ritu, quòd Ritus ſacri conſiſtant in illis precibus, Epiſtolâ, Evangelio, &c., quæ, juxta Eccleſiæ diſpoſitionem, recitari debent in Miſſa; Cæremoniam autem conſiſtere in ſolis geſtibus, quibus prædictæ preces, juxta ejuſdem Eccleſiæ præſcriptum, peragi debent ad majorem Sacrificii, quod celebratur, ornatum & decentiam. Idem cum proportione dicendum eſt de ſacris vaſis, veſtibus, &c. eorumque in Miſſæ Sacrificio uſu ac debitâ applicatione.

7. Et reverà, ait *Merati*, Cæremonialia ſeu libros Cæremoniarum vocamus illos, non qui Orationes & preces in Miſſa dicendas præſcribunt, ſed qui modum, quo preces illæ & Orationes recitandæ ſunt, manifeſtant: E contrà Rituales libros nuncupamus illos, qui preces continent, quas recitandas præſcribunt.

bunt. De his Lector judicet ſecundùm ſuum beneplacitum; modò Preces illas, Ritus, ac Cæremonias objectum adhibeat Rubricarum Miſſalis principale.

8. Itaque, de obligatione has ſervandi (ùt modò habentur in Miſſali Rom.) Rubricas, fusè ſcripſit dictus *Quarti*, oſtendens ſuprà, eos (quàmvis numero paucos) vehementer falli, qui omnes Miſſæ Rubricas quoad Cæremonias ac Ritus accidentales (de eſſentialibus numquàm mota fuit quæſtio) ſi in ſe, & præcisè quà tales conſiderentur (proinde excluſis iis, quæ per antiquos Canones, ùt V. G. mixtio aquæ cum vino vel alio ex capite ſunt præceptæ) meras putant eſſe inſtructiones, & pura cenſent conſilia, adeoque ob id in eorum tranſgreſſione (ſeu potiùs omiſſione, ùt ipſi volunt) omne (ſecluſo tamen contemptu, villipenſione, & ſcandalo, quæ vix abeſſe poſſunt) excludatur peccatum, etiam veniale.

9. Etenim disertè *S. pius* V. (præter verba n. 12. *Retinere poſthac* DEBEANT) ait ibid. *Mandantes, ac diſtrictè omnibus & ſingulis*... *in virtute obedientiæ* (adeoque habità materià capaci, ſub gravi) *præcipientes, ut*... *Miſſam juxta Ritum, modum, ac normam, quæ per Miſſale hoc, & per* Rubricas eidem præfixas, *à Nobis nunc traditur*, & à Succeſſoribus tradetur; *decantent, ac legant: Neque in Miſſæ celebratione alias Cæremonias vel preces, quàm quæ hoc Miſſali*, comprehenſis Rubricis, *continentur, addere, vel recitare præſumant*.

10. Et ipſa communis omnium ſententia docet, Rubricas eſſe leges præceptivas, quæ, etiam ſecluſo formali contemptu, obligant ſub gravi *ex genere ſuo*, ùt loquuntur Theologi: ità tamen, ut immunis ſit à mortali, qui eas non ſervet per invincibilem omninò imprudentiam; & aliquandò etiam propter parvitatem materiæ; ùt videre eſt apud *Quartum*. Conſonat *Suarez* t. 3. in 3. p. d. 85. ſec. 3. & *Averſa* q. 11. ſec. 12. Ità SS. D. *Benedictus* XIV.

de

de Sacrif. Miſſ. l. 3. c. 13. n. 3. Edit. Romanæ 1748., quæ ſola ſemper in hoc Libro citatur.

§. 2. *Rubricæ Præceptivæ & Directivæ.*

1. VArii interim diſtinguunt cum *Gavanto* Rubricas in *Præceptivas*, quæ per ſe graviter obligant, & *Directivas*, quæ non obligant ſub gravi; quinimò, ſecundùm varios, nec per ſe ſub veniali; quia *Directivæ*, ſeclusâ aliundè omni lege naturali & poſitivâ, ſolummodò proponunt, quid congruentiùs ſit agendum, per modum nudi conſilii & inſtructionis.

2. Et quidem *Quarti* ſuprà loc. 2. ſuſtinet, omnes Miſſalis Rubricas, à Sacerdote in actuali Miſſæ celebratione ſervandas, eſſe *Præceptivas*; & in materia gravi obligare ſub mortali, ſolùmque ratione parvitatis materiæ (quæ datur, licèt in Miſſæ Sacrificio omnia ſano ſenſu ſint magna, nilque velùt momenti exigui negligi fas ſit) aut inadvertentiæ, eam transgreſſionem eſſe venialem. Et hanc aſtruit eſſe mentem multorum, quos citat.

3. Probat autem id *Quarti* (ait *Merati* p. 3. t. 11. n. 1.) ex eo, quòd præceptum in Bulla S. *Pii V.* in verbis §. 1. n. 9. contentum expreſsè loquatur de Rubricis ſervandis ſub ipſa actuali Miſſæ celebratione, idque ſinè ulla exceptione: proin extenditur ad omnia verba, & actiones ſingulas, ex quibus Miſſa legenda componi debet, prout & ad omnia ea, ſcil., ad veſtes, vaſa, Altare, tempus, locum, &c., quibus Sacerdos ſub actuali Miſsâ uti debet.

4. Unde ſequitur, Sacerdotem, ſub peccato ex genere ſuo gravi, nihil omittere poſſe eorum, quæ recitanda præſcribuntur in Miſſa, quam illâ die legitimè celebrare debet aut poteſt; ità ut cujuslibet partis omiſſio ſit peccatum mortale, ſi materia ſit notabilis; aut veniale, ſi modicia ſit vel levis.

5. Sequitur ſecundò, quòd nihil pariter ſit addendum

(Et

(Et hæc additio per ſe gravior eſt, quàm omiſſio) Miſſæ precibus, quæ in Miſſali præſcribuntur, aut à Rubricis ſecundùm Miſſarum & temporum varietatem quoad Orationes, *Gloria in excelſis.*, Tractum, Sequentiam, *Credo*, Præfationes, *Communicantes*, &c., &c., ordinantur, quia id & præcepto *S. Pii V.* in Bulla cit. expreſsè cavetur.

6. Idem omninò dicendum (ait *Merati* ſuprà) de Ritibus & Cæremoniis, quæ in actione conſiſtunt, nempe teneri Sacerdotes, ſub peccato ex genere ſuo gravi, nihil eorum omittere, quæ à Rubricis præſcribuntur, & nihil eiſdem addere, quæ nullo modo (nè quidem implicitè, aut conſecutivè, vel ex uſu & conſuetudine approbata, V. G. de cochleari ad uſum Calicis, &c.) ordinantur, & id ob dicta n. præc.

7. Monet tamen *Quarti*, dictam n. 4. & ſeqq. obligationem non eſſe in rigore metaphyſico accipiendam, cùm ſimus in moralibus, ſed morali & humano modo; ità ut ſatis ſit eam adhibere diligentiam, quam timorati Sacerdotes, & ſui muneris ſtudioſi adhibere ſolent.

8. Et quidem in re tanti momenti, ut eſt Sacrificii Miſſæ confectio, quæ ſit materia gravis, quæ verò levis, *difficillimum eſt* in multis *invenire*, *& periculoſiſſimum definire*, ait in ſimili *S. Auguſtinus* l. 21. de *Civit. Dei* c. 21. Et *fortaſſis* propterea nos in variis latent, quæ Rubricarum tranſgreſſiones ſint graves, quæ leves, *ne ſtudium* in Miſſæ Ritibus & Cæremoniis *proficiendi pigreſcat*, ſed accreſcat potiùs uſque ad perfectam earumdem intelligentiam.

9. In quibuſdam tamen conveniunt Rituaiiſtæ, ſcil., quòd ſit res gravis in Miſſa omittere Epiſtolam & Evangelium; item integram Canonis Orationem, & verbum unum aut alterum in Conſecrationis forma. Inſuper in actionibus omittere panis & vini oblationem

cum verbis correſpondentibus; commixtionem aquæ cum vino, elevationem Hoſtiæ, & commixtionem ejuſdem cum Sanguine; factam Communionem ſub alterutra ſpecie, &c., &c., ut per decurſum patebit.

10. Similiter in variis conſentiunt Ritualiſtæ quoad materiam levem. Talis in precibus eſt omiſſio unius *Orationis* ſeu *Collectæ*; item omiſſio *Tractûs*, vel *Gradualis*, aut Antiphonæ, quæ dicitur *Offertorium* vel *Communio*, &c. Et in Actionibus, omiſſio formationis unius aut alterius Crucis, genuflexionis, Capitis inclinationis, aut oculorum elevationis, &c., de quibus omnibus in ſequenti Rubricarum Explanatione.

11. Quod de materia Rubricarum gravi & levi ex *Auguſtino* diximus, idem meritò de qualitate aſſeri poſſet, quòd difficillimum in multis ſit invenire, & periculoſiſſimum particulari Rubriciſtæ definire, quæ præcisè ſint *Præceptivæ*, quæ verò merè *Directivæ*. Vide n. 6. Et quoad varia variæ adhuc variorum exſtant Authorum opiniones: Itaque

12. Dicendum videtur, quòd hæ ſint Rubricæ merè *Directivæ*, quæ, nihil determinatè præſcribentes, conſilium ſolummodò continent, vel licentiam tribuunt & permiſſionem. Tales ſunt Rubricæ, quæ variis diebus Miſſas privatas, & quandoque Conventualem in gradu Votivo, aut *de Requiem* permittunt, prout & Sequentiam *Dies iræ* in quotidianis; Item quæ in Miſſis de Simplici, & Feriâ, in Votivis, & *de Requiem* communibus 5. aut 7. Orationes indulgent. Item dum p. I. II. t. VI. n. 3. permittitur, ut ipſe Celebrans, aut Miniſter librum portet ad alteram Altaris partem; &, dum à defuncto, aut impotente Sacerdote ſemiprolatâ Sanguinis formâ, ſupplens poſſit eundem, vel alium conſecrare Calicem p. III. t. X. §. 2. n. 35.

13. Hæ autem in Rubricis voces: *Dicitur*, *Non dicitur*, *Non dicit*, *Prætermittit* Celebrans, *Subjungit*

idem

(idem eſt de multis aliis in Indicativo poſitis) per ſe Rubricam *Præceptivam*, ſeu præceptum important aut probibitionem ſtrictè dictam; aliquando tamen, quàmvis rariùs, nudam ſolummodò libertatem, aut directionem, proùt Rubricarum mens tum ex ſubjectâ materiâ, tum ex Pontificum aut S. R. C. Decretis, tum ex communi Ritualiſtarum conſenſu; tum etiam aliunde colligi poteſt, idque ſæpiſſimè certò, aliquando tamen probabiliter tantùm, aut ſolùm ſub dubio, proùt & ſæpe ſic fit in re Theologicâ.

14. Proinde inter Rubricas ſtrictè *Præceptivas* numerari non poſſunt illæ, quæ non clarè ac diſtinctè Ritum aliquem aut Cæremoniam exprimunt, ſed id tantùm obſcurè inſinuant, aut ſub dubio relinquunt, quæ propterea Rubricæ à variis, etiam gravioribus Doctoribus, variè exponuntur, Eccleſiâ permittente eorum explanationes publicè doceri, ac pro poſteritatis directione imprimi. Unde Eccleſia iſtas ſuas cenſetur Rubricas ſecundùm ipſos moderari.

15. Hujuſmodi Rubricæ ſunt p. I. t. 13. n. 18., an Vigiliâ *S. Andreæ* cadente in Adventum, in Miſſis privatis de Feſto, ſi illud occurrat, ultimum Evangelium ſit de Vigilia? An Oratio de Simplici, ſi occurrat Feriâ III. aut IV. Rogat., debeat in Miſſis privatis de Feſto præcedere aut ſubſequi Orationem de Rogationibus p. I. t. 7. n. 48. Et an velum Crucis Altaris in Cœna Domini & in Paraſceve debeat manere Violaceum p. I. Append. ad t. 18., &c.

16. Inſuper aliqua ex Rubricis clarè & proximiùs deducuntur, alia remotiùs, ſeu obſcurè, & dubiè dumtaxat, ac plura alia, de quibus adhuc hodiedùm diſputant Ritualiſtæ, qualiter debeant intelligi, & in quibus quilibet, (quàmdiu non fuerit aliquid legitimè determinatum) poteſt eligere, quod Rubricis judicaverit eſſe magis conforme.

17. Præfatus *Quarti* tenet Rubricas continentes

ea,

ea: quæ à Sacerdote recitari vel fieri debent tam ante, quàm poſt Miſſæ celebrationem, non eſſe ſtrictè *præceptivas*, ſed *directivas* ſecundùm ſe & ſub conſilio. Quare, inquit, niſi aliundè conſtet de præcepto, tales Rubricæ non imponunt obligationem. Et hoc ſenſu fatetur *Quarti* ſeſe adhærere diſtinctioni ſuprà n. 1. relatæ.

18. Docet præthereà *Quarti*, Miſſalis regulas de Ritibus, qui non ab ipſo Sacerdote, ſed à miniſtris, & aliis circumſtantibus, ac Choro aſſiſtentibus ſunt ſervandi, communiter eſſe *directivas*. Quia præceptum à *S. Pio V.* datum ad illas minimè extenditur; unde & hæ non obligant ad culpam, niſi aliundè vel ex conſuetudine, vel ex vi juris naturalis vitandi ſcandali ea obligatio naſcatur. Ità refert *Merati*.

19. *Turrinus* tamen p. 1. ſec. 1. c. 1. refragatur prædictæ *Quarti* ſententiæ quoad n. præc., contendens prædictum *S. Pii V.* præceptum æquè obligare Sacerdotes, ac ſacros in Miſſa ſolemni Miniſtros; & nominatim Diaconum, ac Subdiaconum, pro quibus Vide totam partem p. II. III.

20. Hoc quoq. præceptum varii extendunt ad n. 17., quamvis fateantur hinc inde nonnullas de antè & poſt Miſſam agendis Rubricas merè eſſe directivas. Itàq. S. R. C. declarat, ac, *renovando Decreta aliàs facta, mandat in omnibus & per omnia ſervari Rubricas Miſſalis Rom.* (ſcil. præcepta ùt præcepta, conſilia ùt conſilia, ac libertates ùt libertates) *non obſtante* (quoad præcepta) *quocùmq. prætextu, & contrariâ conſuetudine, quam abuſum eſſe declarat.* Et huic Decreto *Sanctitas ſua URBANUS VIII. annuit, & ab omnibus ubiq. ſervari, & in Miſſali Rom. noviter imprimendo, apponi mandavit*, proût modò in Miſſalibus reperitur.

21. Proin omninò allaborandum eſt, ut, tùm Celebrans, tùm Miniſtri ſacri (qui ſæpe deficiunt, maximè ob lectionem in libro ipſis ſub Miſſa ſolemni illicitam) ipſas à capite ad calcem Rubricas addiſ-

cant, & exactè, quantùm poſſibile eſt, obſervent, etiam ubi ipſæ, idq. conformitatis gratiâ, fuerint merè directivæ.

22. Quoad Rubricas Miſſalis generales, quæ eidem præponuntur, & particulares, quæ per Miſſale hinc inde ſunt diſperſæ, notandum, quòd S. R. C. fuerit propoſitum ſequens dubium: *Cùm in Miſſali* Romano *ultra primam* Rubricam (quæ vocatur generalis) poſitam *in principio* dicti Miſſalis, *detur altera Rubrica* tùm per dictum Miſſale diſperſa, tùm illa, quæ habetur *in ordine & Canone Miſſæ* (& vocatur particularis) *& inter has videatur, aliqua diſcrepantia, præcipuè in inclinationibus, & manuum junctionibus; quæritur quænam ſit ſequenda? Reſponſum fuit:*

23. *Pari formâ ſequendas eſſe tum Rubricas generales, tum particulares Miſſalis Romani ad Cæremonias in inclinationibus, & manuum junctione ritè peragendas.* S. R. C. 21. Martii 1744. Proinde nulla videtur notabilis inter utramque Rubricam diſcrepantia. Vide p. I. t. XII.

§. 3. *De S. R. C. Decretis.*

1. PRæter Miſſalis Rom. Rubricas, quæ tamquàm regula proxima & immediata omnium SS. Rituum, cæterorumque in celebratione Miſſæ occurrentium, conſiderari debent, adſunt inſuper varia S. R. C. Decreta, quæ & pariter, cenſenda ſunt velut proxima eorumdem Rituum regula, cui Sacerdotes, ut debitè ac legitimè Miſſam celebrent, ac Miniſtros in aſſiſtendo ſeſe conformare oportet.

2. Etenim iſti S. R. Congregationi hæc præcipuè cura incumbit, ut veteres Ritus ſacri ubivis locorum in omnibus Urbis & Orbis Eccleſiis in ipſo ſacroſanctæ Miſſæ Sacrificio à quibuſvis perſonis diligenter obſerventur; Cæremoniæ, ſi exoleverint, reſtituantur; ſi depravatæ fuerint, reformentur. Libros quoque de ſacris Ritibus & Cæremoniis reforment pariter & emendent;

ut

ut omnia ritè & rectè ex Patrum traditione fiant.

3. Ità *Sixtus* V. Conſtitut. 74., quæ incipit: *Immenſa æterni Dei* 22. Jan. 1587. Et hæc S. R. C. facultatem habet interpretandi & declarandi quæcumque dubia, quæ circa prædictos Ritus & Cæremonias occurrunt; ſolùmque requiritur Pontificis conſenſus, dum hæc S. R. Congregatio Officia de Sanctis concedit.

4. Et reverà ad dictam S. R. C. pro Rubricarum, ſacrarumque Cæremoniarum negotiis omnes ex toto Orbe Eccleſiæ, & Regularium Ordines, tùm pro quibuſcumque dubiis declarandis, tùm pro favoribus ac Indultis obtinendis confluunt, ut evidenter patet ab effectu ex Decretis variis & multiplicibus à præfata S. R. C. etiam ad inſtantiam emanatis. Et ejuſmodi reſolutiones atque Decreta, ob authoritatem à Sede Apoſtolicâ eidem conceſſam, tamquàm Pontificis habentur Oracula.

5. In Gallia, ait Author recentior, locum non habent hujuſmodi S. R. C. Decreta, niſi ab Epiſcopis Clero fuerint propoſita, idque indubiè, tùm ut de eorum meliùs conſtet authenziâ; tùm ut & obſervantia habeatur generalis. Vide fol. 27. & 39.

6. Certè multa nos laterent S. R. C. Decreta, & de multorum authenziâ adhuc dubitaremus, niſi editus *Romæ* 1737. *Merati* de Rubricis liber in *Belgio* noſtro divulgatus fuiſſet. Et modò adhuc illa laterent, quæ ab eadem S. R. C. poſt editionem *Merati* libri emanarunt, niſi ad manus veniſſet impreſſus *Venetiis* 1750. & dedicatus SS. D. *Benedicto* XIV. liber *Spiridionis Talù*, cui Titulus: *Decreta Authentica* uſque ad finem anni 1749.

7. Ex his, quæ ab anno 1750. nunc uſque à S. R. C. edita ſunt, Decretis aliqua hinc inde refero; ſed forte nonnulla adhuc his in partibus latent. Proin optandum foret, ut omnia S. R. C. Decreta, quæ ſcire oporteret, debitè communicarentur. De his itaque inquiritur, quandam habeant vim legis in con-

ſcientiâ ligantis; adeoque quænam S. R. C. Decreta inter Rubricas Miſſalis *præceptivas* numeranda ſint, quæ verò inter *directivas*.

§. 4. *Quæ S. R. C. Decreta ſint Rubricæ præceptivæ.*

1. HÆc quidem S. R. C. Decreta Rubricis præceptivis annumerari debent, quæ Pontificis juſſu Miſſali Rom. apponi, aut generalibus Kalendarii Rubricis adſcribi mandantur, ut ſunt illa, quæ juſſu *Urbani* VIII. ſuprà §. 2. n. 20., & *Clementis* XI. 29. Junii 1714. Miſſalibus recentioribus appoſita videmus; ac per hoc ſunt ſufficienter promulgata. Tale quoque eſt Decretum, de quo p. I. t. VI. n. 25.

2. Ea quoque S. R. C. Decreta Rubricam important præceptivam, quæ ab ipſa S. R. Congreg. data ſunt in forma rigoroſi Decreti, ſeu quæ aliquam mandati clauſulam habent annexam, V. G. *ità S. R. C. ſervari mandavit*, &c., maximè dum fit conſulto priùs, aut depoſt approbante ſummo Pontifice.

3. Eſtque id in primis intelligendum de illis S. R. C. Decretis rigoroſè ſumptis, quæ ſunt merè declarativæ ſeu comprehenſivæ, id eſt (ut exponit *Pichler* in prol. Juris Can. n. 12.) quæ à propria verborum Rubricalium ſignificatione non recedunt, & ſic jus novum, à præcedentibus Rubricis diſtinctum, non conſtituunt, ſed præexiſtens ſolummodò juxta Legiſlatoris intentionem, ritè & authenticè explanant, & habitum in ventre Rubricæ ſenſum, quàmvis hinc inde aliqualiter latitantem, manifeſtant.

4. Et hæc rigoroſa S. R. C. Decreta merè *declaratoria*, juxta *Turrinum* p. 1. ſec. 1. c. 3. §. *Quæres*, & Ritualiſtas paſſim, eandem inducunt obligationem, quam induxit Rubrica vel materia, cujus eſt Decretum ſeu interpretatio. Ratio eſt: tum. quòd ſint acceſſoria illi Rubricæ, & habeant eandem natu-

ram; tum quòd, qui declarat, nil novi inducere dicatur, L. *Heredes* ff. *Si quis.* Et hæc Decreta ubique ſerviunt pro regula ſeu Rubricâ *præceptivâ*.

5. Tale eſt S. R. C. Decretum de 11. Jan. 1681., quo authenticè exponitur, quid per lii *Purificationem* intelligat Rubrica poſt Completorium poſita, dicens: *Poſt Purificationem, id eſt, à fine Completorii illius diei incluſivè* dicitur *Antiphona AVE REGINA*; ſcilicet dictam Antiphonam die 2. Febr. poſt Completorium eſſe recitandam, etiam dum Officium Purificationis B. V., ob Dominicam 2. claſ., aut ob Dedicationem Eccleſiæ occurrentem, transferri debet. Et ità ſervari mandat dictum S. R. C. Decretum.

6. Tale quoque eſt Decretum, quo S. R. C. 10. Jan. 1693., legitimè exponens Rubricam generalem p. I. t. 5., prohibet Miſſas *de Req.* privatas dici in Eccleſia, ubi fit de Duplici, etiam inſepulto & præſente corpore, ac tempore quo Miſſa pro Defuncto *de Req.* ſolemniter celebratur. Vide §. 37. n. 7.

7. Similiter & ea, quæ habentur ſuprà n. 2., intelligenda pariter videntur de illis S. R. C. Decretis rigorosè ſumptis, quæ ſunt Declarationes extenſivæ, per quas verba Rubricalia ampliantur ultra verborum proprietatem, & ad ea, quæ videntur eſſe præter Rubricas, modò de authenſia illorum, & de reliquis ſufficienter conſtet.

8. Pro tali Decreto rigorosè obligante allegat *Merati* illud de 24. Jan. 1682., quo S. R. C. mandat, ut Officia ſub lii *Ad libitum* conceſſa, dum occurrunt in Dominica vel infra Octavam, aut cum Officio, etiam ſub ritu Semidup. de præcepto, non poſſint transferri, ſed tunc ſimpliciter ſint omittenda.

9. Similiter & varia S. R. C. Decreta, quæ prohibent Miſſas Votivas, & *de Req.* privatas infra Octaves Nativit., Epiph., & Corporis Chriſti: Item in Vigilia Epiph. & Pentec., & in nonnullis Feriis, quæ Decreta

rigorosè

rigoroſè ubique obſervari debent tamquàm obligantia, licèt Rubricæ Votivas & *de Req.* communes prohibeant dumtaxat *in Dominicis & Duplicibus*. Vide *Merati* Sect. 2. c. 12. n. 4.

10. Similes S. R. C. reſolutiones, quæ conditiones ad rigoroſum Decretum requiſitas habent, occurrent legentibus Decreta apud *Merati*, & *Spiridionem Talù*, V. G. quod habetur p. I. t. 15. n. 8. 9. 10., & habet in fine: *Ità decrevit & obſervari mandavit S. R. C. 7. Dec.* 1641. Item illud, quo S.R.C. 19. Aug. 1691. Officium & Miſſam de Sancto ob Reliquias prohibet celebrari, ſi nomen ejus non ſit ſcriptum in Martyrologio Rom., prout illud Decretum integrè refertur à *La Croix* l. 6. n. 2074.

11. Inter hæc quoque Decreta numerari debent Declarationes illæ, quæ abuſus alibi introductos, & per varia Pontificia Decreta reprobatos, ad efficaciorem eorumdem eliminationem, de novo tamquàm abuſus ſæpius reprobatos, & omnino abrogandos declarant & reprobant. Quare qui contra præfatas S. R. C. Declarationes delinquunt, in Pontificum Decreta impingunt, & Rubricas infringunt generales, pro quarum manutenentia illæ S. R. C. Declarationes emanarunt. Tales ſunt quæ p. I. Append. ad t. 4. n. 19. & 23. Item Append. ad t. 5 §. 1. n. 5. & 6. habentur. Vide ibidem.

12. Si verò, ait *Merati*, Declarationes S. R. C. ſolùm ſint reſponſiones, ſeu nudæ reſolutiones dubiorum, quæ eidem S. R. C. ab Epiſcopis, Regularium Ordinibus, aut ab aliis particularibus proponuntur perſonis, tales reſponſiones, ab ipſa S. R. Congregatione emanantes, nullâ rigoroſi prohibentis aut præcipientis Decreti adjectâ clauſulâ, juxta nonnullorum opinionem, cenſentur regulæ, ſeu Rubricæ tantùm *directivæ*, non verò *præceptivæ*.

13. Addit tamen idem *Merati*: Quando adſunt hujuſmodi S. R. C. Reſolutiones, & Authores ha-

bentur contrarium affirmantes, in tali conflictu tales S. R. C. Deciſiones præferri debent aliis quibuſcumque Doctoribus contrarium aſſerentibus, ut, pluribus relatis, tradit *Urſaya* almæ Urbis celebris Advocatus Diſcept. Eccl. tom. 1. p. 1. Diſcept. 21. n. 7.

14. Hujus generis Decretorum exempla habentur plurima, in quibus rigoroſa non continetur clauſula Decreti habentis vim legis *præceptivæ*, ſed ſimplices ſolummodò in eiſdem exprimuntur S. R. C. reſponſiones ſeu declarationes ad dubia ſibi propoſita, quæ nihilominùs, ùt dixi (ait *Merati*) debito debent reſpectu ab omnibus obſervari, ſi de eis authenticè conſtet, & præferri cuicumque contrariæ opinioni ab aliis Doctoribus aſſertæ, proùt & practicè faciunt *Gavantus*, *Merati* & alii, ac per decurſum in hac opella fiet, & practicè faciendum eſt in Miſſalibus. Hinc notandum ſequens Decretum.

15. *Exequenda ſunt omnia Decreta de 2. Dec. 1684., 15. Sept. 1691., & 19. Jun. 1700.* (in quibus nulla tamen rigoroſi Decreti clauſula habetur adjecta, ſed ponitur dumtaxat, *Non debet*) *QUIBUS* tribus Decretis tamen *VETITUM EST dicere CREDO in Miſſis Patronorum minùs principalium, etiamſi numquàm fuerint ad praxim deducta, & à Miſſalibus, ubi contrarium notatur, expungatur*. S. R. C. 22. Aug. 1744. Vide p. I. t. 9. n. 39.

16. Inſuper Rubricæ particulares pro FF. Minoribus à Sede Apoſtolicâ 3. Dec. 1697. approbatæ præſcribunt n. 295. *Circa ea, quæ ad divinum Officium tam quæ ad horas Canonicas, quàm quæ ad Miſſam ſpectant, OMNINO EXECUTIONI MANDENTUR. Decreta* (utique rigoroſa, de quibus ſuprà n. 2. & ſeqq.) & *Reſolutiones* (ſeu Reſponſiones ad dubia, de quibus ſuprà n. 12. & ſeqq.) *quæ hucuſque emanarunt, AUT EMANAVERINT IN FUTURUM à Congregatione ſacrorum Rituum*. Unde oportet, ùt FF. Minores eas omnes ſimpliciter ſequantur.

§. 5. S. R. C. Decreta particularia.

1. DEcretum particulare dicitur, non à perſona particulari, quæ illud S. R. C. proponit, ſed ab objecto particulari ſeu limitato; quod proponitur, & circa quod ſit reſolutio. Notant autem *Turrinus*, *Merati*, & alii, quòd S. R. C. Decreta merè declarativa, & Rubricarum expoſitiva, quæ objectum habent particulare, etiam ſingulare, ſequi debeant Viri Eccleſiaſtici, non tantùm in eo particulari, vel in individuo, pro quo explicitè feruntur, caſu, ſed & in huic ſimilibus, pro quibus & implicitè feruntur. Tales namque Deciſiones declaratoriæ ac Rubricarum expoſitivæ ex ſubjecta materiâ, & aliis circumſtantiis vim habent *interpretationis generalis*.

2. Et tunc objectum illud ſingulare ponitur in Decreto illo *per modum dumtaxat Exempli gratiâ*, ſeu quid in ſimilibus ſit agendum. Atque ut res claris pateat exemplis, accipe ſequentia.

3. S. R. C. 19. Januarii 1743. in Hiſpalenſi interrogata, an ſereniſſimi *Ludovici*, tunc temporis Cardinalis Infantis Hiſpaniarum, Toletanæ ac Hiſpalenſis Eccleſiæ Adminiſtratoris, ac Poſſeſſoris, licèt ſacris deſtituti Ordinibus, nomen in Miſſæ Canone, in Collecta: *Et famulos* (quæ à *S. Pio* V. &. *Gregorio XIII.* pro ſolis Hiſpaniarum Regnis conceſſa eſt) & in Præconio cerei Paſchalis ſit exprimendum?

4. Ipſa S. R. C., declarando, & Rubricas circa Canonem Miſſæ, Collectam, ac Præconium Paſchale authenticè exponendo, reſpondit Affirmativè. Ab hoc objecto ſingulari (quod in hoc Decreto exprimitur ſolùm *per modum Exempli gratiâ*) tanquàm *à re judicatâ*, legitimum ducitur ad ſimilia argumentum, ſcilicet, quòd idem ſit reſolvendum de quolibet Eccleſiæ Cathedralis legitimo Adminiſtratore, ac Poſſeſſore Ordinibus ſacris deſtituto. Vide aliud exemplum p. I. t. 3. n. 14.

14. & t. 11. n. 42., act. 13. n. 12. & ſeqq. Ratio eſt: quia tunc alii illi caſus virtute ſeu implicitè continentur in dicto Decreto.

5. Sic ſimiliter ex eo, quòd in *Paraſceve*, ob præſentiam SS. Sacramenti, illius diei Rubrica præſcribat, quòd Sacerdos officians manus ſuas *aliquantulùm extra Altare* lavet in cornu Epiſtolæ, & quòd ad *Orate fratres* fieri non poſſit circulus, velut *à re judicatâ* reſolvunt Ritualiſtæ unanimiter, idem ad omnes alias, in quibus Venerabile eſt patenter expoſitum, Miſſas eſſe reſolvendum. Vide p. I. II. t. 14. n. 20.

6. Ex eo, quòd S. R. C. 3. Sept. 1672. declaret, Commemorationem de 7. *Doloribus B. M. V.*, dum idem Feſtum Dup. maj. cum Feſto *Annuntiationis* ejuſdem B. M. V. concurrit, in Veſperis eſſe omittendam; item ex eo, quòd S. R. C. 23. Sept. 1684. & 15. Sept. 1685. decreverit, nullam in Officio & Miſsâ, dum Feſtum *SS. Nominis Mariæ* concurrit & occurrit cum die infra Octavam, aut cum ipſa die Octavâ *Nativitatis* ejuſdem B. M. V., faciendam eſſe de dicta *Nativitate* commemorationem, inferunt ſimiliter Ritualiſtæ, quòd id pariter tamquàm *à re judicatâ* extendendum ſit ad alia B. M. V. Feſta ſimul concurrentia vel occurrentia. Atque ſic ſuis in Directoriis, caſu occurrente, præſcribunt.

7. Imò id iidem etiam extendunt, ad Feſta aliorum Sanctorum; *V. G. S. Franciſci*, & ejuſdem *SS. Vulnerum*. Præfata etenim Decreta Breviarii & Miſſalis Rubricas ſic eſſe intelligendas aſſerunt, ut de eodem numquàm Sancto, etiamſi diverſo ſub Myſterio conſideretur, fiat Officium vel Miſſa, & unà ſimul commemoratio de eodem, vel bis in eadem Miſſa, Veſperis, vel Laudibus commemoratio de eodem.

8. *Merati*, p. 3. t. 11. n. 3. §. *Hujus*, ſequens ex *Turrino* refert exemplum: S. R. C. 13. Mart. 1627. declaravit ſignum, quod in Miſſa fit cum Patena poſt Orationem

Orationem Dominicam (Vide p. I. II. t. 10. n. 76.) debere eſſe ſignum Crucis. Atque inde inferri poteſt, quòd, quotieſcumque Rubrica dixerit: *Signat*, vel *Signat ſe*, ſemper de ſigno Crucis faciendo talis Rubrica intelligenda ſit. Id autem multis fit in locis, V. G. p. I. II. t. 7. n. 41. dum poſt oblationem Calicis Sacerdos dicit *Veni Sanctificator*, &c., ait Rubrica: *Signat manu dextrâ*. Idem legitur in initio Canonis p. I. II. t. 8. n. 12. & in Conſecratione Calicis, ubi Rubrica ibidem n. 71. dicit; *Dextrâ ſignat ſuper eum*, &c. Exempla plura patebunt per decurſum.

9. Præter S. R. C. Decreta particularia, quæ Rubricas tum declarant, tum extendunt, de quibus hoc Paragrapho actum eſt, quæque per ſe obligant ad ſui ſequelam, dantur & plura alia, quæ nuda vocantur Indulta ſeu Decreta *puræ gratiæ*, eò quòd favorem aliquem aut privilegium concedant, vel facultatem aliquid agendi tribuant vel omittendi.

10. Et hæc conceduntur ut plurimùm particularibus communitatibus, Eccleſiis, aut perſonis, quæ indulgentiis & facultatibus illis ſeu favoribus & Indultis, modò de eis certò conſtet, & authenticè oſtendi poſſint, quòd à S. R. C. legitimè emanaverint, tutò in conſcientia uti poſſunt.

11. Rituaiſtæ autem paſſim admittunt, quòd dicta illa *puræ Gratiæ* Decreta ſeu Indulta objectum habent particulare, aut univerſale quidem, ſed planè limitatum ad locum, tempus, aut perſonas aliquas, ſeu extra ſuum objectum extendi non poſſint, niſi novo Decreto extenſivo.

12. Unde talia gratiæ Indulta ſunt ſtrictè & rigorosè interpretanda, & non poſſunt ultra tenorem litteræ ad alias etiam ſimiles, & in iiſdem circumſtantiis, ſive novo Decreto extendi. Vide p. I. t. 14. n. 10. Idque maximè verum eſt, quando Decreta illa aliquid concedunt non tantùm *præter*, ſed vel maximè *contra Rubricas*

baldes, in quibus proinde per præfata gratiæ Indulta fit relaxatio ſeu diſpenſatio, ut in variis exemplis hinc inde per decurſum patebit. Vide p. I. Append. ad t. 4. n. 28.

13. Sic ex eo quòd *Benedictinis* indultum ſit in Quadrageſima ſervare Octavam de *SS. Benedicto*, & *Scholaſticâ*, nil ſequitur. Et ex eo, quòd Ordines Eremitarum *M. P. Auguſtini*, & *S. Franciſci* facultatem per varia S. R. C. Decreta acceperint in Officio & Miſſa *Deſponſationis B. M. V.* 23. Jan. addendi commemorationem de *S. Joſepho*; non ſequitur, quòd etiam Clerus Sæcularis, aut alii Regulares idem facere valeant, ſecluſo novo Indulto extenſivo, ut ſæpius ead. S. R. C. declaravit in *Mechlinienſ.* & *Brugenſ.*

14. In Miſſali quidem ad finem conceditur, quòd, dum Miſſa fit de Dominica, aut Duplici, vel æquivalenti, addi poſſit commemoratio pro Sponſo & Sponſa, ſi Benedictio Nuptiarum tunc fiat, Vide ſuprà. n. 22. Nullibi autem Miſſale aut ullum S. R. C. Decretum concedit, quòd, dum in Miſſa de Duplici aut æquivalenti celebrantur Primitiæ, addi poſſit commemoratio pro ipſo Neo-Myſta (idem eſt de ſimilibus) Proinde id fieri non poteſt ſine novo Decreto extenſivo. Vide Decreta p. I. t. 14. n. 16.

15. Proinde ab omnibus & ſingulis Decretis à n. 3. uſque ad n. 6. & ſimilibus, quæ ſunt Rubricarum merè declaratoria, ac proinde Rubricis conformia, non poteſt duci argumentum ad Decreta *puræ gratiæ* quæ concedunt facultatem novam, & maximè dum *ipſa directè eſt contra Rubricas*, quarum ſunt relaxativa, ac proinde illa ſunt ſtrictè & ad litteram exponenda.

16. Cæterùm quando Decretum quoddam apud Authorem aliquem aut in tabella quâdam reperitur, illud non illicò cenſendum eſt velut genuinum, & authenticum, nominatim, dum non additur dies, menſis & annus, quibus datum eſt. Neque major illi Decreto fides eſt adhibenda, quam ei Doctori, qui illud refert,

refert, ut de iis, quæ à *Gratiano* referuntur in ſuo Decreto; docent *Bonacina*, & Canoniſtæ paſſim.

17. Sic *R. P. La Croix* pro 314. S. R. C. Decretis (quæ l. 6. p. 2. 4. 1346. allegat) non audet fidejubere, quòd omnia & ſingula ſint genuina, ſeu à S. R. C. in forma debitâ verè emanarint. Hæc autem, quæ in hac *Introductione Practicâ* allegata ſunt, & in ſubſequentibus allegabuntur S. R. C. Decreta, à quolibet cordato admitti debent tamquàm authentica; utpote quæ omnia ſunt deſumpta ex libro *Cajetani Merati*, qui ante illorum Indicem aſſerit:

18. *Quæ quidem Decreta omnia & ſingula* (data ab A. 1602. uſq. ad A. 1737.) *excerpta, & iterum diligenter collata ſunt cum ſuis Autographis, ſeu Originalibus, quæ extant in Regeſtis Decretorum memoratæ S. R. Congregationis. Merati* tamen ſect. 2. c. 2. n. 8. ait Decretum, quod in Indice refert n. 65., in S. R. C. Regiſtro reperiri non potuiſſe. Item deſumpta ſunt ex libro *Spiridionis Talù*, de quo §. 3. n. 6.

§. 6. Scopus à Collectore intentus.

1. EX his quinque §§. velut ex firma baſi, ac ſolido fundamento, cui tota explanandarum Rubricarum ſtructura inniti debet, abundè patet, quòd Altaris Miniſtri, & maximè Presbyterandi, ut ad mentem Eccleſiæ à Spiritu S. edoctæ incruentum Miſſæ Sacrificium dignè pariter & fructuosè offerre valeant, omnem debeant, utique vi ſtatûs Clericalis & officii ſui liberè à ſe aſſumpti, adhibere operam, ac ſedulò & diligenter allaborare, ut Miſſalis Rubricas, ac S. R. C. Decreta eò ſpectantia (quibus Ritus omnes ac Cæremoniæ, & reliqua ad Miſſam quotidiè privatim celebrandum, & ſolemni debitè aſſiſtendum pertinentia, comprehenduntur) perfectè calleant, & exactè obſervent, ſcientes *Maledictum* ſacris in Litteris vocari eum, *qui facit opus Dei negligenter*

Vide

Vide *S. Thomam* in frontiſp. , & Trid. ſeſſ. 22. *Quamo-cunà* in fine libri.

2. Si namque Deut. 28. plurimas, easque terribiles maledictiones intentarit Deus Filiis Iſraël, qui neglexiſſent, aut contempſiſſent Cæremonias, quas illis præceperat per *Moyſen* & Prophetas, valde metuendum eſt iis, qui in N. L. negligunt Cæremonias in Officiis divinis, & præſertim in incruento Miſſæ Sacrificio à Christo per Eccleſiam præſcriptas!

3. Sunt enim, ſine ulla comparatione, magis piæ & ſanctæ, inſtitutæ ad repræſentandum divina noſtræ Religionis myſteria, ad elevandum mentes fidelium ad ſublimes meditationes, & ad excitandum in cordibus eorum pias affectiones, varioſque actus virtutum, quibus honoretur Deus. Tenentur igitur, Miniſtri Altaris ſedulò allaborare, ut Ritus, Cæremonias, & Rubricas calleant & obſervent. Ità *G. J. De Quareux* in Approb. Lov. 1733.

4. Quia verò Miſſalis Rom. Rubricas Sacerdos non ità ad manum habet, ùt illas de Breviario, ideò fortè contingit, quòd illæ rariùs, quàm oportet, inſpiciantur. In iiſdem quoq. varia variis ex capitibus quotidie occurrunt dubia, & quædam intellectu apparent difficilia, in quibus juniores præſertim ſæpiùs ceſpitant, quæ proinde dilucidatione aliquâ indigent. Varia quoque hodiedum in lucem venerunt S. R. C. Decreta, multis incognita, & tamen ſcitu valdè utilia. Hæc autem omnia, ſi in manualem redacta libellum Sacerdos quotidie ad manum haberet debitè enucleata, & ad captum clarè propoſita, utiliſſimam ei, quin & neceſſariam, & quidem modo faciliter acquiſibili, cauſarent ſcientiam, & eruditionem.

5. Hinc ſæpius, ab iis, *qui filiorum Eccleſiæ pietatem, & divinum cultum ſacris Ritibus & Cæremoniis conſervandis, inſtaurandiſque, cum Sixto PP. V. augere* cupiunt, animatus, ut Appendiculas variis circa Miſ-

ſæ Sacrificium annis ad inſtructionem juvenis Sacerdotis editas, ac hinc inde diſperſas, quaſi fragmenta, ne (quod alioquin faciliter contingere poſſet) inutiliter perirent, debito ordine in unum colligerem, & in futurorum eſurientium prognoſticam ſaturitatem, publici juris facerem.

6. Eorum autem mandatis, annuentibus præſertim Superioribus, me humiliter ſubmiſi, & Rubricas Miſſalis Rom. in 3. partes diviſas retuli, ac, lumine ex probatis, tum antiquis, tum etiam recentiſſimis Authoribus, recepto, pro modulo meo explanavi.

7. Conatuſque ſum, ut, referendo Rubricas, nonnulla hinc inde uberiùs & clariùs exprimerem, quæ tamen ex illarum principiis & fundamentis quaſi deducta, earumdem ſenſum imitari potiùs & ſupplere, quàm aliquid novi aſſerere cenſenda ſunt. Et ut illa, quæ Rubricæ non ita hinc inde ad legentium captum accommodata forſitan referunt, hic luculentiùs explicata, quantùm poſſem, exponerem.

8. Habebunt itaque, ut puto, Presbyterandi, tam Sæculares, quàm Regulares, non ſolùm Miſſali Romano aſtricti (quamvis hi ut plurimùm) ſed & Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes (quorum Ordinarium quoad Celebrationem Miſſæ vix ab Ordinario Romano differt) cæterique omnes, quod paulatim addiſcant, & quæ ſoli ad præcipuum Sacerdotis munus vel Angelicis tremendum humeris, idque omni vitæ ſuæ tempore exequendum cum otio præparent. Etenim teste *Horatio Epiſt.* 2. *apud Calepinum*:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu.

9. Juniores quoque Sacerdotes colligent, quid ipſis in Miſſis etiam ſolemnis Ritibus, ac ipſis Cæremoniis plenè perficiant, & perfectè erudiant, ac è gravioribus difficultatibus, & involutis caſibus ſe dubitè extricent. Provectiores ſimiliter Presbyteri inveniunt, quò memoriam in omnibus (quod quandoque eſt ne-

ceſſarium) ad utilitatem quoque ſuam reſricare valeant, & defectus, ſi quos hactenus fortè commiſerint, impoſterum emendent.

10. Theologi pariter ſparſim reperient, quò ſeſe honeſtè ac utiliter occupent, præſertim in p. III., quæ tota Theologica eſt, & maximè, etiam pro Confeſſariis, inſtructiva. Denique & ipſi Ritualiſtæ colligent, quò ſeſe in Miſſis, earumque partibus, nominatim, quæ mutationi ſubjacent, ut in *Gloria in excelſis*, Orationibus, *Credo*, Præfationibus, multiſq. in aliis ſuà per Directoria aſſignandis, dirigere poſſint, etiam conformiter ad noviſſima S. R. C. Decreta.

11. Faxit igitur Deus, ut fructus variis ab Eruditis prædictus, in Sacerdotum, ac Diaconorum, & Subdiaconorum animis hæc opella etiam in hac ſecundâ Editione (de quâ Typographus in frontiſpicii dorſo) producat; ſcilicet (utor verbis P. *Henno* Præf. in Decalog.) ut multis proſit, & nemini noceat: omnibus ſit commodo, nulli autem ſcandalo vel offenſioni. Hic totus noſter poſt Deum finis eſt & ſcopus; hoc unicum in ſcribendo ante mentis oculos habui votum, quod an debitè executus ſim, judicet benevolus Lector.

12. Finaliter optandum foret (erigite, quæſo, aures, vos D.! juvenum Presbyterorum & Presbyterandorum Superiores, ac Pædagogi, ad quos hoc potiſſimùm ſpectat) ac modis omnibus procurandum, ut Clerus juvenis in functionibus Eccleſiaſticis ſibi debitis ſic ſeſe inſtrueret, & à Profeſſoribus practicè exerceretur, ut quælibet, etiam minima, ad amuſſim omni cum reverentiâ & populi ædificatione, in Miſſæ celebratione tam privatâ, quàm ſolemni adhibenda obſervaret.

13. Quemadmodùm milites, etiam gregarios, videmus in arte bellicâ peroptimè inſtructos, à ſubalternis officialibus perfectè exercitatos, ac proptereà

ſuis

ſuis in exercitiis militaribus undequaque cum omni dexteritate ad circumſtantium admirationem & jucunditatem ſummè agiles, & expeditos, ut meritò timendum ſit, nè in tremendo judicii die ab ipſis militibus, etiam gregariis, graviter, & jure quidem, Nos Miniſtri ſacri confundamur.

14. Juvat hìc *SS. D. Benedicti* XIV. mentem exprimere, prout eam ipſe SS. D. in Brevi ad *Jacobum Facciolati* præfixo toti ſuo operi *Patavii* 1749. impreſſo expreſſit, dicens: *Palàm facere ac declarare opportunum duximus, Nos, quidquid præcipuum, ac ponderoſius in Codicem iſtum digeſſimus, elaboraſſe, dum Cardinalatûs honore fungeremur. Quæ circà:*

15. *Non aliam præ ſe ferre authoritatem, quàm PRIVATI AUTHORIS, eoſdemque intra privatæ authoritatis fines ea quoq. contineri, quæ adjecimus in hac iteratâ Operis editione* (quod & extendendum eſt ad novam de Sacrificio Miſſæ editionem reimpreſſam Romæ 1748.) *in lucem prodeunte, dum in ſuprema D. Petri Sede, licèt prorſus immerentes, locati ſumus, exceptis Decretis, quæ à Nobis Pontificatum Maximum gerentibus, de hujuſmodi argumento interpoſita, illic inſerta ſunt. Hæc enim volumus pollere jure, quo pollent reliquæ Prædeceſſorum noſtrorum Sanctiones iſtâ ipſâ ſuper re promulgatæ.*

16. Meretur quoq. legi *SS. D. Benedicti* XIV. Conſtit. *Sollicita*, quâ methodus præſcribitur in examine, & proſcriptione Librorum ſervanda; ubi & valdè utilia ac neceſſaria ex Angelico Scholarum Principe, Librorum Scriptoribus proponuntur. Data eſt dicta Conſtitutio 1753. 7. Idus Julii.

PARS

PARS PRIMA
EXPLANANS
RUBRICAS GENERALES
MISSALIS ROMANI.

RUBRICA PRÆLIMINARIS.

DUo hac in præliminari Rubricâ continentur. Primum, quòd Miſſa Conventualis, ubi ipſa ligat, ùt in Cathedralibus, Collegiatis, &c., debeat; & quòd Miſſa privata licitè poſſit à quolibet Sacerdote quotidiè celebrari. Secundum eſt, quòd Miſſa, tam Conventualis, quàm privata, debeat per ſe eſſe conformis Officio, ſeu Horis Canonicis, quæ illâ die recitantur.

2. Eſtque dicta conformitas intelligenda tum quoad ſubſtantiam; ut, ſi Horæ Canonicæ ſint de Martyre, de Confeſſore, de Dominica, &c., ſimiliter & de eiſdem per ſe debeat eſſe Miſſa; tum quoad accidens, ſeu quoad ritum, ut, ſi Horæ Canonicæ reci-

recitandæ ſint ritu Duplici, Semiduplici, &c., ſimili etiam ritu per ſe dicenda ſit ipſa Miſſa.

3. Et ità quidem, ut Sacerdos, aliqualiter in Rubricis Miſſalis Romani verſatus, illico ex Horarum, quæ à ſe, & ab Eccleſia, in qua celebrat, legi debent, cognitione faciliter devenire valeat in cognitionem illius Miſſæ, quam illâ die in Eccleſia, in qua eſt, debet, aut ſaltem licitè poteſt celebrare.

4. Diſcordat tamen quandoque Miſſa ab Officio, ſcilicet Sabbatis in Adventu extra Quatuor Tempora, & in Feriis ac Vigiliis, quæ veniunt infra Octavam, dum de dictis Sabbatis, aut diebus infra Octavam reſpectivè dicuntur Horæ Canonicæ. Item dum Miſſæ *de Requiem*, vel Votivæ ordinantur, vel ſaltem permittuntur, etiam pro Miſſa Conventuali, de quibus infrà tit. III. IV. & V.

5. Itaque Rubrica præliminaris ait: *Miſſa quotidie dicitur*: illi *Dicitur* importat obligationem quoad Conventualem, ùt n. 1., & quoad privatas licentiam. Quandonam verò Miſſæ, præſertim privatæ, à pluribus paſſim Sacerdotibus inceperint dici quotidie, hæc quæſtio, utpote quia ad praxim pro juniore Sacerdote nihil facit, videri poteſt à provectioribus apud *Merati* p. 1. Obſer. prælim. n. 16. & alios.

6. A illi *Quotidie* excipitur ſola Feria ſexta *Paraſceves*, quâ cuilibet Sacerdoti quocumque ex capite prohibitum eſt Miſſam celebrare. Ità Rubrica particularis Feriâ VI. *Paraſceves*, & varia S. R. C. Decreta, quæ fundantur in *S. Thomæ* doctrina dicentis p. 3. q. 83. a. 2. ad 2. *Hoc... Sacramentum eſt figura quædam & exemplum Dominicæ Paſſionis.... Et ideo in die* Paraſceves, *quo ipſa paſſio Domini recolitur, prout realiter geſta eſt, non celebratur Conſecratio hujus Sacramenti.*

7. *Nè tamen Eccleſia eâ etiam die ſit ſinè fructu Paſſionis, per hoc Sacramentum nobis exhibito*, pergit S. Doctor, *Corpus Chriſti conſecratum in die præcedenti reſer-*

ſervatur ſumendam in illo die Paraſceves.

8. Hæc autem ſacra functio, prout eam Miſſale Romanum in *Paraſceve* præſcribit, in illis tantummodò fieri poteſt Eccleſiis, in quibus *Feria* V. in *Cœna Domini* collocari ſolet Venerabile in Altari, vel alio decenti loco, vocato *Il Sepolthro*, non verò in aliis. Ità *Clemens* XI. 15. Martii 1712.

9. Proindè ſi alicubi in *Paraſceve* incidat Feſtum in populo, V. G. primarius Loci Patronus, & Feſtum iſtud non ſit ad aliam diem legitimè translatum (de quo tit. VI.) obligabitur quidem populus ad abſtinendum ab operibus ſervilibus, non autem, ut interſit functioni iſti ſacræ, aut aliis Officiis Divinis, quæ illâ die celebrari ſolent. Ità S. R. C. 19. Februarii 1622.

10. Non eſt quoque licitum alios in *Paraſceve*, quàm infirmos in mortis periculo conſtitutos, idque per modum dumtaxat Viatici, communicare. Ità S. R. C. die, menſe, ac anno ùt ſtatim. Hoc tamen Decretum, teſte *Merati*, in Regiſtris non reperitur.

11. Aliunde autem ſatis id certum oſtenditur ex celebri Congregationis Concilii de quotidiana Communione Decreto, quo 12. Februarii 1679. mandatur *Ordinariis, quatenus curent, ut circa Communionem in Feria VI. in Paraſceve Miſſalis Rubrica, & Eccleſiæ Romanæ uſus ſerventur.*

12. Rubrica autem Miſſalis Romani jubet in Miſſa Feriæ V. in *Cœna Domini* ſervari aliquot particulas pro infirmis, ſi opus fuerit; non verò pro aliis. Eccleſiæ quoque Romanæ, ùt obſervat Cardinalis *Petra* tom. 4. n. 11. ad *Conſtit.* 12. *Bugenii* IV., uſus habet, quòd in *Paraſceve* non detur Euchariſtia graviter infirmis, niſi per modum Viatici.

13. Feriâ V. in *Cœna Domini*, præter Miſſam ſolemnem in iis tantùm Eccleſiis conceſſam (ait S. R. C. 14. Junii 1659.) in quibus aſſervatur SS. Sa-

cramentum, omnes aliæ Miſſæ ſub gravi prohibeantur celebrari. Ità *Clemens* XI. ſuprà num. 8.

14. Si tamen dictâ Feriâ V. Feſtum occurrat, in qua ſtricta eſt audiendi Miſſam obligatio (Caſus contingет 1761. 1818., dum Feſtum *S. Joſephi* incidet in *Cœnam Domini*) fieri debent, judicio Ordinarii Loci, tot Miſſæ privatæ ante ſolemnem, ut populus commodè præcepto ſatisfacere poſſit. S. R. C. 13. Septembris 1692., & *Clemens* XI. ſuprà n. 8.

15. Sabbato quoque ſancto graviter prohibentur Miſſæ privatæ, & solùm conceditur una Conventualis (quæ Noctis eſt) juxta Romanæ Eccleſiæ ritum, & iterata S. R. C. Decreta. Miſſa tamen pro Ordinandis hoc Sabbato permittitur. Append. fin. §. 1. n. 8. Quid agendum, quando Feſtum *Annuntiationis* B. V., vel alia Feſta incidunt in hos dies, dicetur infrà tit. VI.

16. Itaque, juxta Rubricam præliminarem, dicenda eſt quotidie Miſſa *ſecundùm ordinem*, id eſt, cum relatione ad ſubſtantiam ſuprà n. 2., & ritum *Officii*, ſcilicet primò *de Feſto Duplici*, *vel* ſecundò de Feſto *Semiduplici*, *vel* tertiò de Feſto *Simplici*, vel quartò *de Dominica*, *vel* quintò de *Feria*, *vel* ſextò de *Vigiliâ*, *vel* ſeptimò de *Octava*, prout ritus Horarum Canonicarum, quæ illâ die recitantur, id exigit. *Et extra ordinem Officii* dicitur octavò Miſſa *Votiva*, *vel* nonò Miſſa *pro Defunctis*, ſeu *de Requiem*, de quibus infrà.

17. Contingit autem ſæpius, quòd in Eccleſia, in qua Sacerdos, præſertim externus, legit Miſſam, fiant Horæ Canonicæ, vel quoad ſubſtantiam, vel quoad ritum, vel quoad utrumque diſtinctæ ab iis, quas Celebrans eâdem die perſolvit.

18. V. G. in Eccleſia dicitur Officium de S. Martyre ritu duplici. At Celebrans habet Officium de S. Confeſſore ritu Semiduplici, vel Simplici, aut legit

legit de Feria, vel ſit ècontrà. Item in Eccleſia ſit Officium de S. Henrico Conf. ritu Semiduplici; Celebrans autem legit Horas de eodem Sancto ritu Duplici, vel ècontrà. Idem dic de aliis ſimilibus.

19. Hinc quærit juvenis Sacerdos in illa periſtaſi exiſtens, cui Officio, vi hujus Rubricæ, ſua debeat Miſſa eſſe conformis, An Celebrantis Officio, an verò Officio Eccleſiæ, in qua ipſe celebrat?

20. Juvenis noſter unâ petitione multa inquirit & attingit ſanè varia, quæ cuique Sacerdoti ſunt ſummè utilia, & maximè pro praxi neceſſaria. Hinc magnam ipſe in limine Rubricarum excitat in nobis de ſe ſpem, & expectationem.

21. Sed cùm ea, quæ Juvenis petit, ſinè ulteriori Rubricarum notitiâ ipſe non valeat debitè penetrare, reſolutio ad locum opportuniorem, quem ex nunc provectior Sacerdos poterit accedere, ſcilicet ad tituli IV. & V. Appendices, ſed præcipuè ad tituli XIV. hujus partis I. Appendicem, transfertur.

TITULUS PRIMUS
DE DUPLICI.

1. Rubricæ. *Miſſa*, tam Conventualis, quàm quælibet privata, *dicitur* (dici debet) *de feſto* ſub ritu *Duplici illis diebus, quibus in Kalendario* Miſſalis Romani, vel in alio, quod legitimè pro Celebrante eſt approbatum, *ponitur hæc nota* DUPLEX.

2. Rubricæ. *Et inſuper in Feſtis* quibuſdam *mobilibus, quandocumque Officium* quoad Horas Canonicas *in eis eſt duplex*, ut eſt in triduo ante *Paſcha*, in Dominica *Paſchæ* & *Pentecoſtes* cum duobus diebus ſequentibus; Item in Dominica *in albis*, & *SS. Trinitatis*, in Feſtis *Aſcenſionis Domini*, & *SS. Sacramenti*, ac in die eorumdem Octavâ.

3. Rubrica: *In Duplicibus dicitur* (dici ſolu-
do poteſt) *una tantùm* in *Miſſa Oratio* (quæ
quàm omittitur, quia eſt Oratio ſubſtantialis. M
Niſi (de illis particulis *Una*, *Tantùm*, & *Niſi* vi
frà tit. IX. n. 26.) *aliqua commemoratio* ration
ti, vel Feriæ occurrentis *fieri debeat*, aut niſi
Oratio à Pontifice, ùt illa de Venerabili, du
patenter expoſitum (de quo infrà eodem tit.
vel ab alia legitimâ poteſtate præſcribatur. Tunc
quæ in Miſſa de Duplici, præter Orationem
ſubſtantialem, adhuc altera vel plures dicuntu
tiones, de quibus infrà loco citato latiùs.

4. Rubr. *Alia omnia* in Miſſa de Duplici *dici*
ut in propriis Miſſis, vel ùt de Communi *aſſig*
eſt: *Quando dici debeat* Hymnus *GLORIA IN E*
SIS, qui ordinariè in Miſſa de Feſto dicitur, &
dorum Symbolum *CREDO* recitare oporteat, i
tit. VIII. & XI. *ponitur in propriis Rubricis*.

TITULUS SECUND

DE SEMIDUPLICI ET SIMPLICI

1. RUbrica: *Miſſa de Feſto Semiduplici*
m[illegible] (Conventualis, ubi hæc ligat, ſemper
dici, & privata per ſe poteſt dici) *quando in*
dicté, de quo ſuprà tit. 1. n. [illegible] *ponitur* (*ha*
SEMIDUPLEX. *Præterea in Dominicis diebus*
non ſunt expreſſæ ſuprà tit. [illegible] in
infra quaſcumque *Octavas*, dum de Dominic
de die infra Octavam reſpectivè fit Officium.

2. Excipe Feriam II. & III. infra Octava
chæ & Pentecoſtes, quia tunc Miſſa dicitur ritu D
tit. I. n. 2. Excipe inſuper illos infra Octavan
in quos Feria aliqua, habens propriam Miſſam,
gilia (de qua tit. III. n. [illegible]) incidit, quia
dicitur Miſſa Ferialis.

A 3.

3. Rubr. *In* omnibus *Semiduplicibus tam Feſtis, quàm Dominicis* (ſola excipitur Dominica *Palmarum*, & Vigilia *Pentecoſtes* infrà tit. VII. n. 5.) *& in* Semiduplicibus *infra* quaſlibet *Octavas*, ſemper in Miſſa tam Conventuali, quàm privatâ *dicuntur* (dici debeat) *plures Orationes*, ſcilicet duæ vel tres tantùm (niſi ob varias commemorationes, aut ob mandatum authoritatis legitimæ, de quibus ſuprà tit. 1. n. 3. plures eſſent dicendæ) *ut infrà dicetur* tit. IX. *in Rubrica de Orationibus.*

4. Rubr. *Infra Octavam*, quia ipſa eſt ejuſdem Feſti prorogatio, *dicitur Miſſa* (ſed cum pluribus, ut dictum eſt, Orationibus) *ſicut in die Feſti*, *niſi propriam Miſſam* dies infra Octavam *habuerit*, ut fit infra Octavas *Paſchæ* & *Pentecoſtes*; SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & infra Octavam Nativitatis Domini. Hæc ultima dicitur tantùm in Sabbato, dum fit de die infra Octavam, & tunc in diem Dominicam immediatè ſequentem incidit Feſtum *S. Silveſtri*, ſeu 31. Decembris, litterâ Dominicali exiſtente A.

5. *In Dominicis verò* diebus, pergit Rubrica, dicitur Miſſa, *ſicut in propriis locis aſſignatur*. Hoc ſolummodò eſt notandum, quòd pro Miſſis Dominicæ III. IV. V. vel VI. poſt *Epiphaniam*, quando legendæ ſunt poſt Dominicam XXIII. poſt *Pentecoſten*, tunc ſumi non poſſint Miſſæ poſitæ poſt Dominicam ſecundam poſt *Epiphaniam*:

6. Tunc namque aſſumendæ ſunt Miſſæ, quæ ponuntur in Miſſali poſt Dominicam XXIV. poſt *Pentecoſten*. Et hæ Miſſæ (exceptis primâ Oratione cum ſua Secretâ & Poſtcommunione, Epiſtolâ & Evangeliis) differunt à prioribus. Miſſa tamen Dominicæ quintæ & ſextæ (prout & quartæ, dum venit poſt diem 2. Februarii) convenit etiam in 2. Oratione *A cunctis*, & in tertia ad libitum.

7. Rubr. Dum autem *de* Feſto *Simplici* ſiunt Ho-

Canonicæ, *dicitur* (dici debet) de illo Feſto Simplici *Miſſa* Conventualis, ubi hæc ligat; privata verò poteſt dici. De Miſſa tamen Conventuali S. *Mariæ* in Sabbato Adventûs vide infrà tit. IV. n. 6.

8. Quando verò Feriâ III. Rogationum occurrit ſolummodò Feſtum Simplex, Miſſæ privatæ fieri poſſunt vel de Feſto Simplici cum commemoratione Rogationum, vel de Rogationibus cum commem. Feſti Simplicis. Miſſa autem Conventualis, quæ fit ad Litanias, debet fieri de Rogationibus. Ità Rubr. particularis Rogationum. Et tunc in Cathedralibus & Collegiatis non ſunt cantandæ duæ Miſſæ Conventuales. Ità S. R. C. 5. Julii 1698. Caſus erit pro Clero Sæculari 1765. 1776. 1791. 1821., &c.

9. *De Feſto autem Simplici dicitur Miſſa* eodem planè modò, *ſicut* Miſſa celebratur *de Semiduplici*, ait Rubrica, cum hac tamen inter utramque differentiâ, quòd in Miſſa de Semiduplici debeant per ſe dici duæ vel tres tantùm Orationes, & quòd quandoque in ea dicatur Symbolum *Credo*.

10. In Miſſa autem de Feſto Simplici numquam dicitur *Credo*; & in ea debent quidem per ſe dici tres Orationes; poſſunt verò dici etiam quinque vel ſeptem ad placitum Celebrantis, *ut ſuis locis* infrà tit. IX. num. 44. & ſeqq. *ponitur*.

TITULUS TERTIUS
DE FERIA ET VIGILIA.

1. RUbr. n. 1. *Miſſa de Feria* (de hoc vide infrà tit. XIV. n. 24.) *dicitur, quando non occurrit Feſtum* novem (vel etiam, quoad Feriam per annum, trium) Lectionum, *vel* dies *Octava*, aut etiam (quoad Ferias non habentes Miſſam propriam) dies infra Octavam, *vel Sabbatum, in quo fiat Officium B. Mariæ.*

2. Ru-

2. Rubr. eod. n. 1. *In Feriis tamen primò Quadragesimæ*, secundò *Quatuor Temporum*, tertiò triumi ante Aſcenſionem Domini *Rogationum*, & quartò *Vigiliarum*, *etiamſi Duplex*, etiam 1. claſſis (exceptionem vide infrà n. .) vel *Semiduplex Feſtum*, etiam tranſlatum, vel dies *Octava* (de die infra Octavam n. 5. & 9.) *occurrerit*, in *Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis* (quales non ſunt Eccleſiæ Regularium) *cantantur duæ* (in Vigilia Aſcenſionis tres) *Miſſæ*, *una de Feſto poſt Tertiam* (in Vigilia Aſcenſionis Miſſa Vigiliæ poſt Sextam) & *alia de Feria poſt Nonam*. Nullam verò harum omitti poſſe, ſæpius declaravit S. R. C., nominatim 24. Novembr. 1695. Vide *Merati* in Indice n. 278.

3. Rubrica hæc etiam intelligenda eſt de Vigiliis SS. Apoſtolorum *Andreæ* & *Thomæ*, dum hæ duæ Vigiliæ extra Quatuor Tempora cadunt in Adventum. Proin & tunc, dum in illis Feſtum Duplex (modò non ſit 1. claſſis infrà n. 18.) aut Semiduplex, vel dies Octava incidit, in Cathedralibus & Collegiatis cantandæ ſunt duæ Miſſæ, ut num. præc.

4. Ratio eſt, quia, quamvis tunc in Horis Canonicis nihil fiat de Vigilia, nè quidem commemoratio, Rubrica tamen ſuprà n. 2. generaliter loquitur de omni Vigiliâ, & nullibi neque dicto, neque alio (ut fit n. 18, dum Vigilia incidit in Feſtum 1. claſſis) loco de Vigiliis SS. Andreæ & Thomæ, dum extra Quatuor Tempora cadunt in Adventum, faciunt exceptionem. Hæc hóc loco dicta ſunt, ut Sacerdos melius intelligat, quæ dicenda ſunt infrà tit. XIII. n. 8. & ſeqq.

5. Rubr. n. 2. *In Vigiliis autem* (etiam *SS. Andreæ* & *Thomæ* in Adventum ut ſuprà incidentibus) & *Feriis Quatuor Temporum*, vel *Feriâ ſecundâ Rogationum* (idem eſt de Feriis Quadrageſimæ pro iis, qui habent privilegium in illa celebrandi Octavam) *quæ veniunt infra* quamcumque *Octavam* (de Octava tamen Corporis Chriſti vide n. 9.) idem Officium fit de die

infra Octavam, nullibi celebrari debeat duæ Miſſæ, ſed *Miſſa* tam Conventualis, quàm qualibet privata (non excluſis tamen, quoad Miſſas privatas, Votivis, & de *Requiem*) dicitur (dici debet) de *Vigilia*, vel de *Feriis ſupradictis*, *cum commemoratione Octavæ*.

6. Ità de die infra Octavam *S. Joannis Baptiſtæ* habet Miſſale Romanum, dum ad 28. Junii ſic loquitur: (*Si ... Feſtum S. Leonis venerit in Dominica ...* in *Sabbato præcedenti* (ſcilicet 27. Junii in locis, ubi Officium tunc fit de die infra Octavam S. *Joannis Bapt.*) *dicitur Miſſa* tam Conventualis, quàm qualibet privata (quia quoad utraſque Miſſalis Rubrica indifferenter dirigit Sacerdotem) *de Vigilia Apoſtolorum, Oratio* 2. *de S. Joanne*, 3. *de Beata*. Poſſunt tamen juſta ex cauſa Miſſæ privatæ eſſe *de Req.*, & Votivæ, ad placitum Celebrantis.

7. Sic & ſimiliter Miſſale Romanum habet ad 14. Auguſti; proinde & itidem, dum Officium fit de die infra Octavam *S. Laurentii* (apud FF. Minores *S. Claræ*) Miſſæ tam Conventualis, quàm privatæ (hæ tamen poſſunt eſſe *de Requiem* & Votivæ) de Vigilia *Aſſumptionis B. M. V.* dicendæ ſunt cum commemoratione Octavæ, & *S. Euſebii* Conf. Id ampliùs oſtendetur infrà num. 10. & ſeqq. In his itaque caſibus Miſſa tam Conventualis, quàm qualibet privata diſcordat ab Officio.

8. Rubrica, quæ habetur num. 9. ſequenti, addita fuit in recognitione Miſſalis ſub *Urbano* VIII. Communior enim erat anno 1628. (ut ex variis patet ejuſdem anni Kalendariis) ſententia, quòd dum dicto anno (quia littera Dominicalis erat A, & Epacta XXIV. ac Paſcha 23. Aprilis) Vigiliæ *S. Joannis Baptiſtæ* & SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli* occurrebant infra Octavam *Corporis Chriſti*, tunc Miſſa dicenda foret de Vigilia cum commemoratione dictæ Octavæ *Corporis Chriſti*, juxta Rubricam antiquam ſuprà num. 5. poſitam. Ad hanc itaque opinionem prorſus eliminandam in Rubrica ſub *Urbano* VIII. additum fuit, ùt ſequitur:

9. Ru-

11. *Res autem gravis* (ſeu *publica Eccleſiæ cauſa cum populi frequentiâ*, ut addit Rubrica tit. VIII. n. 4. & tit. XV. n. 5.) *pro licita Votiva ſolemnis decantatione*, diebus alioquin per Rubricas, aut S. R. C. Decreta prohibitis, *eſt ea, pro qua convenit*, id eſt, ſecluſis impedimentis, meritò conveniret *Clerus cum Epiſcopo; vel apud Regulares in eorum Comitiis Generalibus, vel Provincialibus; cùm cantatur Miſſa pro re eorum judicio gravi.* S. R. C. 19. *Maji* 1607.

12. *Indictio* Ordinarii *legalis* cum *re gravi* habetur in Oratione continua 40. Horarum cum expoſitione SS. Sacramenti, ut declararunt *Clemens* XI. 1705. & *Clemens* XII. 1730. Hæc 40. Horarum Oratio conceditur alicui Eccleſiæ ordinariè ad tres dies, quibus ſolemniter cantandæ ſunt Miſſæ Votivæ, ſcilicet primâ & tertiâ die de *Venerabili*; ſecundâ die de *Pace* (in colore Violaceo) cum commemoratione de Venerabili (quia eſt publicè expoſitum) ſub una concluſione; idque verum eſt, niſi ſint aliæ Miſſæ cantandæ legitimè in Indulto præſcriptæ.

13. Si tamen, tempore Orationis 40. Horarum occurrant Dominica, vel Feſtum 1. aut 2. claſſis, Feria IV. Ciner., Hebdomada ſancta, Octava Epiphaniæ, Paſchæ, Pentecoſtes, Vigilia Nativ. Domini, & Pentecoſtes, tunc Miſſa (mandat Decretum *Clementis* n. 16.) cantabitur de die occurrente; & quidem primâ & 3. die cum commemor. de Venerabili ſub una concluſione; at 2. die cum commemor. de *Pace*, vel alia Miſſa, ſi ſit in Decreto expreſſa, ſimiliter ſub una concluſione. Addi etiam debent, ſed ſub diverſa concluſione, Orationes alioquin de præcepto in eadem Miſſa vel ratione occurrentiæ, vel ratione temporis 2. & 3. loco dicendæ, ut infra tit. IX. latiùs dicetur.

14. *Legalis* pariter *Indictio* Ordinarii cum *re gravi* habetur in Miſſa ſolemni pro Creatione & Coro-

ſo poſitum eſt ad diem 14. Decembris: *Si hodie occurrat Feria quarta Quatuor Temporum, Miſſa* (ubi Officium fit de die infra Octavam Immaculatæ Concept.) *dicitur* (privatæ tamen Miſſæ poſſunt eſſe Votivæ & *de Requiem*) *de Feria*. Et S. R. C. die 23. Januarii 1736. decrevit ut ſequitur:

14. *Quando occurrit Vigilia, aut Feria Quatuor Temporum infra Octavam Conceptionis B. M. V.* (idem prorſus, tamquàm *à re judicata*, eſt de Octavâ *S. Laurentii*, *S. Claræ*, & aliis dicendum) *debet* (nullo 9. Lectionum occurrente Feſto) *recitari Officium de die infra Octavam: MISSÆ autem, ſive una cantetur, ſive legantur, ſint de Feria*. Hinc *Merati* vocat *hanc communem & certiſſimam ſententiam*.

15. Ex dictis ſequitur, quòd *Bruxellis* in Eccleſia *SS. Michaëlis & Gudulæ*, dum infra Octavam SS. Sacramenti (quæ ibidem ex Indulto Apoſtolico Dominicâ poſt diem 13. Julii à ſolo illius Eccleſiæ Clero celebratur) cadit Vigilia *S. Jacobi* (id contingit quoties littera Dominicalis eſt B. C. D. E.) & Officium fit (nullo occurrente 9. Lectionum Feſto) de die infra Octavam, omnes Miſſæ (non excluſis extra Conventualem Miſſis *de Requiem* & Votivis) debeant eſſe de Vigilia *S. Jacobi* cum Commemoratione Octavæ & *S. Chriſtinæ* Virg. & Mart., ac cum Præfatione de Nativitate Domini, infrà tit. XII. n. 94., & ſinè *Gloria in excelſis*, ac ſinè *Credo*.

16. Similiter *Amſtelodami*, ubi viget privilegium celebrandi Officium de Venerabili in Quadrageſima cum Octava (ſcilicet Feriâ IV. poſt diem 12. Martii, ſi autem hæc 12. Martii cadat in Feriam IV. poſt Dominicam *Lætare* aut ſerius, tunc dicta Octava celebratur in Feriâ IV. poſt Dominicam *Lætare*) illis diebus, quibus fit Officium de die infra Octavam, omnes Miſſæ eſſe debent (non excluſis Votivis & *de Requiem*) de Feria occurrente, additione de Octava,

C 1 Ora-

Oratio 3. (quæ poſt Dominicam Paſſionis omittitur) de Beata, Præfatio de Nativitate Domini, non verò de Quadrageſima vel de Cruce reſpectivè. Vide infrà tit. XII. n. 56. & ſeqq. Utriusque ratio eſt, quia hiſce duabus Octavis non ſunt conceſſæ prærogativæ, & eminentiæ, de quibus ſuprà n. 11.

17. Rubr. eod. n. 2. *Si autem in die Vigiliæ, vel prædictis Feriis* Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, aut ſecundâ Rogationum *fiat Officium de aliquo Feſto 9.* Lectionum, infra quamcumque Octavam, *tunc dicitur Miſſa* (de Conventuali in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis actum eſt n. 2.) *de Feſto, cum commemoratione Octavæ, & Vigiliæ, & Feriarum prædictarum* vel reſpectivè vel ſimul, ità tamen, ut, dum Feria major & Vigilia ſimul occurrunt cum Feſto, priùs fiat commemoratio de Feria majori, deinde de Vigilia; licèt Vigiliam hoc loco Rubrica priùs exprimat. Vide n. 27. & tit. VII. n. 43.

18. Rubr. eod. n. 2. *Quòd ſi Vigilia* (Vide exceptionem num. 26.) *occurrat in die alicujus Feſti ex majoribus* de Duplici *primæ claſſis, in Miſſa non fit commemoratio*, nec legitur ultimum Evangelium *de ea* Vigilia; neque in Cathedralibus aut Collegiatis fiunt duæ Miſſæ Conventuales, ſed una de Feſto tantùm, ſinè ulla de Vigilia mentione; *ſicut* ſimiliter *nec in Officio* tunc quidquàm factum fuit de Vigilia. Vide infrà tit. VII. num. 24.

19. Hinc, occurrente Vigiliâ Nativitatis *S. Joannis Baptiſtæ* in die Feſto *SS. Corporis Chriſti* (fiet caſus 1791. 1859.) anticipatur jejunium ad Feriam quartam, quæ eſt 22. Junii. Ità *Urbanus* VIII. 24. Septembris, A. 1638. De Officio autem & Miſſa Vigiliæ omnino nihil fit, neque in Feſto *Corporis Chriſti*, neque ab ante, ſed illo anno ſimpliciter omittitur. Ità S. R. C. 18. Septembris (approbante *Clemente* XI. 2. Octobris) 1706.

20. Et

20. Et ubi *S. Chriſtina* Virg. & Mart. (24. Julii in Vigilia *S. Jacobi* Apoſtoli) eſt Titularis Eccleſiæ vel Patronà Loci (idem eſt de ſimilibus) numquam eâ die quidquam fit de Vigilia in Horis Canonicis & in Miſſa.

21. Dum tamen Feſtum *S. Jacobi* incidit in Feriam ſecundam, & Feſtum *S. Chriſtinæ* Titularis aut Patronæ in Dominicam, tunc Sabbato præcedenti, juxta numerum ſeq., celebrabitur dicta Vigilia, etiam ubi *S. Chriſtina* eſt Titularis aut Patrona.

22. Nam tunc ceſſat ratio omittendi ibidem in Sabbato dictam Vigiliam in Horis Canonicis & in Miſſa. Caſus eſt *Trudonopoli* apud Fratres Minores; ubi in Vigilia *S. Jacobi* Apoſtoli fit de *S. Franciſco* Solano ut de Titulari Eccleſiæ. Caſus contingit, dum littera Dominicalis eſt B.

23. Rubr. n. 3. *Si Feſtum, habens Vigiliam, celebretur Feria ſecundâ, Miſſa Vigiliæ dicitur in Sabbato, ſicut etiam de ea* Vigiliâ tunc in eodem Sabbato *fit Officium*. Si autem tunc in dicto Sabbato occurrat Feſtum 9. Lectionum, omnia fieri debent, ut ſuprà num. 17.

24. Si verò Feſtum illud foret Duplex 1. claſſis, nihil tunc Sabbato in Officio & Miſſâ fieret de Vigilia. Caſus eſt *Turnhouti*, dum Feſtum *S. Mathiæ* Apoſtoli, extra annum biſſextum, incidit in Feriam ſecundam; quod fit dum Litt. Dominic. eſt E, tunc enim Sabbato ibidem occurrit *Cathedra S. Petri* Titularis Municipii. Et ideo tunc *Turnhouti* nil fit Sabbato de Vigilia *S. Mathiæ*. Caſus erit 1766. 1777. 1783. 1794. &c.

25. Rubr. eod. n. 3. *Exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini, & Epiphaniæ*. Etenim hæ duæ Vigiliæ, quarum prima eſt *Duplex* à *Laudibus*, altera *Semiduplex*, celebrantur in Dominica, dum in eam incidunt.

26. Quinimò, ſi in Vigilia *Epiphaniæ* occurrat Feſtum Duplex 1. Claſſis, V. G. ubi S. *Teleſphorus* eſt Titularis Eccleſiæ, de eo quidem fiet Officium & Miſſa, ſed cum commemoratione, & ultimo Evan-

gelio

gio de Vigilia. Ita *Hallden* p. 1. tit. 7. §. 5. *Hauseſſ.* *Gavantus* l. 4. c. 6. q. 5. *Merati* p. 4. tit. 3. n. 22. & alii. Unde Officium Vigiliæ *Epiphaniæ*, juxta dictos Authores, comparatur Officio Dominicæ.

27. Si in Adventu extra Quatuor Temp. (ob n. 31. dicenda) occurrat Vigilia S. *Andreæ* vel S. *Thomæ*, nullumque occurrat Officium 9. Lectionum, Horæ Canonicæ non ſunt dicendæ de Vigilia, ſed de Feria Adventûs ſinè ulla in Officio mentione de Vigilia; attamen *Miſſa*, ait Rubrica n. 4., non erit de dictâ Feriâ, ſeu de Dominica præcedenti, ſed Miſſa *Vigiliæ ſic in Adventu occurrentis dicitur*, dici debet (non excluſis extra Conventualem, ubi ipſa ſigat, Votivis & *de Requiem*) *cum commemoratione* tamen ipſius *Feriæ Adventûs, licèt de ea* Vigiliâ *non ſit factum Officium* (ut dictum eſt) ſed de Feria Adventûs.

28. Rubr. eod. n. 4. *Vigiliâ Nativitatis Domini exceptâ*, quæ proinde ſub dicta Rubricâ non comprehenditur; tum quia de hac Vigiliâ ſemper fit Officium, tum quia in hujus Vigiliæ Miſſâ non poteſt fieri commemoratio Feriæ Adventûs, utpote nunquàm cum Vigilia illâ occurrentis. Fit tamen in dictâ Vigiliæ Miſſâ commemoratio Dominicæ, dum hæc Vigilia incidit in Dominicam 4. Adventûs, littera Dominicali A. occurrente.

29. Ratio, cur Rubrica ſuprà num. 27. Miſſam ordinet de Vigilia, videtur eſſe, non quòd vigilia dignior ſit Feriâ Adventûs; conſtat enim oppoſitum vel ex eo, quòd tunc Officium fiat de Feria Adventûs, & non de Vigilia; ſed quia Feria Adventûs Miſſam non habet propriam. Adeoque congruentiùs ſtatuit Rubrica, ut Miſſa Vigiliæ propria diceretur, alioquin illo anno omittenda, quàm quòd Miſſa Dominicæ præcedentis jam recitata repeteretur.

30. Sed detur caſus, ait juvenis Sacerdos, quòd Miſſa Dominicæ tertiæ Adventûs (dum littera Domi-

minicalis eſt G.) vel Miſſa Dominicæ quartæ Adventûs (dum littera Dominicalis eſt B. vel C.) non poſſit (ob Feſtum Duplex 1. Claſſis tunc occurrens) in ſuâ Dominicâ dici; & inſuper ſupponatur, quòd nulla infra Hebdomadam dies pro dicenda Dominicæ Miſſâ vacet, niſi Vigilia *S. Thomæ* (extra Quat. Tempora tunc occurrens. In hoc ſuppoſito

31. Quæritur, an tunc Miſſa de Dominica Adventûs præteritâ, an verò Miſſa de Vigilia occurrente dici debeat? Alterutra enim illo anno debet omitti. Subtiliter adinvenit noſter Juvenis. Itaque reſpondeo, quòd in caſu dicenda foret Miſſa de Vigilia, & illo anno ſimpliciter omittenda eſſet Miſſa Dominicæ 3. vel 4. Adventûs.

32. Ratio videtur: quia Miſſam de Vigilia pro hac die directè præſcribit Rubrica ſuprà n. 27. Miſſam autem de Dominica pro eadem die indirectè tantùm, & conſecutivè ſolummodò Rubrica ordinat. Proinde illa, non hæc, præferri debet.

33. Rubrica n. 5. *Si in Quadrageſima, & Quatuor Temporibus occurrat Vigilia, dicatur Miſſa* (nullo occurrente feſto Duplici, Semiduplici, etiam tranſlato, vel die Octavâ) *de Feria* tamquam digniore (de qua etiam, & non de Vigilia, dictæ ſunt Horæ Canonicæ) *cum commemoratione Vigiliæ, ſed ſine ejuſdem in fine Miſſæ Evangelio.* De hoc tit. XIII. n. 9. &c.

34. Rubr. n. 6. *Tempore Paſchali non dicitur Miſſa de Vigilia, niſi in Vigilia Aſcenſionis, quæ tamen non jejunatur, ſicut nec Vigilia Epiphaniæ; &* niſi in Vigilia *Pentecoſtes*, quæ à mille & ampliùs annis jejunatur, ut oſtendit *Merati* p. IV. tit. XI. num. 16. dicens: *Mirari ſubit Paſchaſii Queſnelii oſcitantiam, qui Diſſert. 6. de jejunio Sabbati, in Eccleſia Romanâ audet aſſerere, ante ſeculum duodecimum jejunium Vigiliæ Pentecoſtes non fuiſſe in Eccleſia ſervatum.* Ità *Merati*.

TITU-

expoſitione SS. Venerabilis) *dici non poſſunt in Duplicibus, aliiſque diebus Duplicia excludentibus*; nec infra Octavas Epiphaniæ (ejuſque Vigiliæ) Nativitatis, & Corporis Christi (Id patet ex poſterioribus S. R. C. Decretis) *ſed cantari* DEBENT *Miſſa de Feſto currenti cum applicatione Sacrificii, juxta Decretum editum 19. Maji 1614. ſicque ſatisfieri, & benefactorum mentem impleri*, NON OBSTANTE QUACUMQUE CONSUETUDINE IN CONTRARIUM declaravit (ut refert *Merati*) S. R. C. 24. Julii 1683., authenticè exponens Rubricam ſtrictè præceptivam de non cantandis, niſi pro re gravi ſuprà n. 11. in Dominica & Duplici, vel æquivalenti Miſſis Votivis.

24. Hinc Jlluſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. *Reginaldus Cools* Epiſcopus Antverp., dum erat Antiſtes Ruremundenſis, præfato anno 1683. 25. Octobris mandavit ſuprà n. 19. & 23. poſitas S. R. C. Declarationes, accuratè obſervari, injungens authoritate Apoſtolicâ, quæ cuilibet Epiſcopo quoad hoc punctum eſt delegata, ut Sacerdotes ſuæ Diœceſis, tam Sæculares quàm Regulares, ſe conforment ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis, &c. Et ab eo tempore, non tantùm in Cathedrali Ruremundenſi, ſed & totam per Diœceſim Feriis quintis numquàm amplius Miſſa Votiva de SS. Sacramento, licèt ſub Miſſa publicè expoſito, nec Sabbatis Votiva de B. Maria, nec aliis diebus Votiva de aliis Sanctis, nec in Veſtitione, Profeſſione, &c. &c. Votiva de Spiritu ſancto, aut alio Myſterio, dum tunc occurreret Dominica, Feſtum Duplex aut æquivalens, cantata eſt, ſed de Feſto occurrente. Vide etiam poſt tit. V. Appendicem, §. 1. n. 12. Utinam hæc ubique in viridi forent observantiâ!

25. Honor namque Dei in SS. Sacramento, & cultus Sanctorum in ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, judicium diligit, ut dictus honor & cultus, conformiter ad Eccleſiæ Leges ſeu Rubricas ſtrictè præcep-

tivas,

Rubricas delinquit, quæ ideò addunt:

13. Rubr. eod. n. 3. *Et, quoad fieri poteſt, Miſſa cum* Divino Horarum Canonicarum *Officio*, vel quod Celebrans illâ die legit, vel quod legitur in Eccleſia, in qua Miſſa celebratur, *conveniat*.

14. Etenim Sacrificium Miſſæ, cæteris paribus, tantò eſt Deo acceptabilius, & tantò magis hominibus, pro quibus offertur, proficuum, & ad finem, qui intenditur, obtinendum tantò efficacius, quantò eſt Rubricis, & Eccleſiæ Ritibus, nec non S. R. C. Decretis conformius. Hoc optem ab omnibus maturè conſiderari Sacerdotibus.

15. Quia autem varia ex S. R. C. Decretis, aliiſque ex capitibus, pro meliori hujus Rubricæ de Miſſis Votivis intelligentiâ, reſtant examinanda, quæ ſcitu pro praxi maximè ſunt neceſſaria; hinc, ut Sacerdos abuſus, qui hinc inde irrepere poſſent, in ſubſequentibus, quantùm ſibi poſſibile eſt, præveniendo impedire valeat, apponitur ſequens

APPENDIX AD TITULUM IV.

DE MISSIS VOTIVIS.

1. DEbet igitur Sacerdos notare, quod Miſſæ Votivæ communes (prout diſtinguuntur contra Solemnes, quæ pro re gravi ex legali vel ſpeciali Ordinarii authoritate indicuntur, de quibus infrà) ſivè privatim legantur, ſivè cantentur, celebrari (ſecluſo ſpeciali Indulto Apoſtolico) non poſſint in Feſto Duplici, etiam tranſlato, aut indulto, ſeu in Duplici ad libitum, prout nonnullis in locis certis diebus Sabbatinis non impeditis fit de *Immaculatâ* Virginis *Conceptione* ritu Duplici ad libitum.

2. Et hoc quidem certum eſt, dum Sacerdos habet Officium Duplex, & celebrat in Eccleſia, in

qua ſimiliter Officium fit de Duplici, vel ſi legat in Sacello aut Oratorio, cui nullum eſt Officium annexum, Item ſi habeat quidem Celebrans Officium Semiduplex, aut aliud cum Votivis privatis compatibile, ſed legit in Eccleſia, in qua fit de Duplici; idque juxta regulas in Appendice ad tit. XIV. infra dandas.

3. Si vero Celebrans habeat Officium Duplex, ſed legit in Eccleſia, in qua fit Officium, quod Miſſas Votivas communes compatitur, per ſe tenetur ibidem ad Miſſam ſuo conformem Officio, quia concordia localis tunc eſt libera, & perſonalis neceſſaria; de quibus latius in Append. ad tit. XIV.

4. An vero detur Indultum Apoſtolicum, vi cujus Sacerdos, habens Officium Duplex (modo non ſit 1. vel 2. claſ.) & exiſtens in Eccleſia, in qua celebratur Officium permittens Votivas privatas, poſſit ſeſe illius Eccleſiæ Presbyteris conformare, legendo cum iiſdem Miſſam Votivam privatam, examinabitur in præfata Append. ad tit. XIV. § 3. num. 26.

5. Inſuper Rubrica ſupra tit. IV. n. 11. prohibet Miſſas Votivas communes omnibus totius anni diebus Dominicis. Permittuntur tamen Votivæ, dum extra diem Dominicam Officium fit de Dominica anticipata ante Dominicam Septuageſimæ, vel ultimam poſt Pentecoſten.

6. Tertio prohibentur Miſſæ Votivæ communes infra Octavas ſequentes (quæ per varia S. R. C. Decreta ſub Duplicibus comprehenduntur) primo *Nativitatis Domini*, 2. *Epiphaniæ*, 3. *Paſchæ*, 4. *Pentecoſtes*, & 5. *Corporis Chriſti*; utique intellige illam tantum de Venerabili Octavam, quæ Feria V. poſt Dominicam *SS. Trinitatis* ab univerſali celebratur Eccleſia; non vero quæ ex Indulto Apoſtolico in particulari loco, V. G. *Bruxellis*, aut *Amſtelodami* celebrantur. Hæ enim nullum ſingulare, niſi expreſſe oſtendatur conceſſum, habent privilegium. Vide

tit. III. n. 15. & 16. Proinde ſub illis duabus Octavis, dum fit Officium ritu Semiduplici, Miſſæ Votivæ celebrari poſſunt.

7. Ex ſpeciali etiam S. R. C. Decreto die 15. Decembris 1691. infra Octavam *S. P. Auguſtini* in Eccleſiis *RR. PP. Auguſtinianorum* (non verò conſtat quoad Eccleſias *RR. Dominorum Canonicorum Regularium*) non poteſt, etiam ab exteris habentibus Officium cum Votivis compatibile, celebrari Miſſa Votiva, licèt ibidem Officium fiat de die infrà Octavam *S. Auguſtini* ſub ritu Semiduplici. Idem foret de alia, ſi quæ alicubi eſſet ſpecialiter per aliquod Decretum legitimè privilegiata, Octavâ dicendum.

8. Quartò prohibentur Votivæ in Vigilia *Epiphaniæ* & *Pentecoſtes*; & à fortiori in Vigilia *Nativitatis Domini*, quia Officium à Laudibus fit *Duplex*. Quintò quoque Feriâ IV. *Cinerum*, & totâ Hebdomadâ ſanctâ. Hæc omnia patent ex variis S. R. C. Decretis, & nominatim ex illo ſub *Clemente* XI. die 15. Septembris 1714. edito, quod habetur in initio Miſſalium recentiorum, ùt ibidem videre eſt.

9. Miſſæ autem Votivæ, quæ ſolemniter celebrantur, poſſunt (ſi caſus infrà tit. VI. expreſſos excipias) juxta Rubricas generales, proùt & ſecundùm varias Pontificum Declarationes, & S. R. C. Decreta, cantari in Duplicibus, & æquivalentibus, conformiter ad dicenda n. 13. & 18., modò hæc duo accedant: primò *Res gravis*, ac ſecundò *Ordinarii Authoritas*, ſeu *indictio* eaque vel *legalis* vel *ſpecialis*.

10. Si alterutrum deſit, Miſſa Votiva, qualitercumque ſolemnizata, & qualiſcumque à privatis (privati hoc loco ſumuntur, proùt diſtinguuntur contra Ordinarium Loci) intendatur *res gravis*, etiam graviſſima, licitè in dictis diebus cantari non poteſt, ſed ipſa inter Votivas ordinarias eſt reputanda, niſi adſit Indultum ſpeciale Apoſtolicum, de quo n. 31.

11. *Res autem gravis* (ſeu *publica Eccleſiæ cauſa cum populi frequentiâ*, ut addit Rubrica tit. VIII. n. 4. & tit. XV. n. 5.) *pro licita Votiva ſolemnis decantatione*, diebus alioquin per Rubricas, aut S. R. C. Decreta prohibitis, *eſt ea, pro qua convenit*, id eſt, ſeclusis impedimentis, meritò conveniret *Clerus cum Epiſcopo; vel apud Regulares in eorum Comitiis Generalibus, vel Provincialibus, ubi cantatur Miſſa pro re eorum judicio gravi. S. R. C. 19. Maji* 1607.

12. *Indictio* Ordinarii *legalis cum re gravi* habetur in Oratione continuâ 40. Horarum cum expoſitione SS. Sacramenti, ut declararunt *Clemens* XI. 1705. & *Clemens* XII. 1730. Hæc 40. Horarum Oratio conceditur alicui Eccleſiæ ordinariè ad tres dies, quibus ſolemniter cantandæ ſunt Miſſæ Votivæ, ſcilicet primâ & tertiâ die de *Venerabili*; ſecundâ die de *Pace* (in colore Violaceo) cum commemoratione de Venerabili (quia eſt publicè expoſitum) ſub una concluſione; idque verum eſt, niſi ſint aliæ Miſſæ cantandæ legitimè in Indulto præſcriptæ.

13. Si tamen, tempore Orationis 40. Horarum, occurrant Dominica, vel Feſtum 1. aut 2. claſſis, Feria IV. Ciner., Hebdomada ſancta, Octavæ Epiphaniæ, Paſchæ, Pentecoſtes, Vigilia Nativ. Domini, & Pentecoſtes, tunc Miſſa (mandat Decretum *Clementis* n. 16.) cantabitur de die occurrente; & quidem primâ & 3. die cum commemor. de Venerabili ſub una concluſione; at 2. die cum commemor. de Pace, vel alia Miſſa, ſi ſit in Decreto expreſſa, ſimiliter ſub una concluſione. Addi etiam debent, ſed ſub diverſa concluſione, Orationes alioquin de præcepto in eadem Miſſa vel ratione occurrentiæ, vel ratione temporis 2. & 3. loco dicendæ, ut infra tit. IX. latius dicetur.

14. *Legalis* pariter *Indictio* Ordinarii cum *re gravi* habetur in Miſſa ſolemni pro Creatione & Coro-

natione ſummi Pontificis, ejuſque Anniverſariâ memoriâ, prout & in Anniverſario Epiſcopalis Conſecrationis. Item ubi celebratur annua *Theophoria* ſolemnitas, ſeu ſolemnis deportatio SS. Sacramenti cum concurſu populi, idque ſive infra ipſam de Venerabili Octavam, ſive infra aliam, prout hæc ſolemnis SS. Sacramenti deportatio annua diſtinguitur contra menſtruam, ſeu minùs ſolemnem, de qua infrà num. 28. Vide *Talù* n. 1208. in tali itaque ſolemnitate, etiamſi occurrat Feſtum Duplex, etiam majus, aut Dominica per annum, cantari poteſt Miſſa ſolemnis Votiva de SS. Sacramento.

15. Si autem dictâ *Theophoriâ* ſolemnitas cadat in Feſtum *S. Joannis Baptiſtæ*, vel SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli*, vel in aliud Feſtum Duplex 1. claſſis, puta Dedicationis aut Patroni Eccleſiæ, &c. Miſſa cantabitur conformiter ad Decretum *Clementinum* ſuprà n. 12. de tali Feſto occurrente, additâ, ſub una concluſione, Oratione de Venerabili, idque etiamſi in eadem Miſſâ deberet ſub diſtincta concluſione addi alia commemoratio, V. G. de Dominica, aut de die Octavâ occurrente, ut ex ratione infra tit. IX. dandâ patebit ulteriùs; poteſtque in hac Miſſa cantari à Choro, non verò à Celebrante recitari, Sequentia *Lauda Sion*, ſub qua & in fine poterit dari benedictio, quia in Choro cantilena & datio benedictionis cum Venerabili nihil mutat in Miſſa, quam Sacerdos celebrat.

16. Idem eſt de *Miſſa* vulgò *Aurea* (ſic dictâ, quia primitivè, ob excellentiam Myſterii, fuit litteris aureis exarata) quæ Feriâ IV. Quatuor Temporum Menſe Decembri maximo cum populi concurſu ex *legali Indictione cum re gravi* cantatur Votivè, etiamſi occurrat Feſtum Duplex, etiam majus. Sumitur autem Miſſa ex Votivis de *B. Maria* tempore Adventûs, & incipit: *Rorate*, etiam cùm dicta Fe-

ria IV. incidit in ipſam diem Octavam Immaculatæ Conceptionis, vel pridie.

17. *Indictio* verò Ordinarii *ſpecialis* habetur *cum re gravi*, quando Ordinarius præſcribit Miſſam Votivam ſolemniter determinatâ die cantandam pro obtinenda pace, aëris ſerenitate, ut ceſſet terræ motus, pro ſanitate Pontificis, Epiſcopi, ſupremi Principis, & quâcumque aliâ re, quæ judicio Ordinarii, ſeu Epiſcopi, eſt gravis, prout & in gratiarum actionem pro beneficiis illis jam collatis. Pro Regularibus vide ſuprà num. 11.

18. Hæ omnes Miſſæ Votivæ n. 11. 14. & ſeqq., ac iiſdem ſimiles, cantari poſſunt in Dominicis & Duplicibus, modò non ſint (ut docent Ritualiſtæ communiter) *Dupl.* 1. *claſſ.* (vel, ut *Merati.* p. 1. t. 4. §. 2. in fine, (*Dupl.* 2. *claſſ.*, quamvis varii contradicant) ſalvis tamen Rubricâ, & S. R. C. Decreto infrà tit. VI. n. 3. 4. 5. & 6. Item cantari poſſunt in Feriis, & infra Octavas quaſcumque, modò non ſint exceptæ dicto tit. VI. n. 5. Nam in Dupl. 1. *claſſ.* (ni fortè in urgente neceſſitate, ait *Pizart* n. 3., accederet mandatum Epiſcopi) & forſan in *Dupl.* 2. *claſſ.* (quod relinquitur in dubio) & in exceptis tit. VI. cantanda foret Miſſa occurrens cum commemor. Miſſæ indictæ ſub una concluſione, additis ſub concluſione diverſa aliis Orationibus in Miſſa currente vel ratione occurrentiæ, vel ratione temporis 2. & 3. loco dicendis, ut n. 13.

19. *Receptio autem ad Habitum, & ad Profeſſionem Religioſam ſub RE GRAVI numerari non poteſt, ut ex CONSUETUDINE cantari poſſit Miſſa Votiva ſolemnis, etiam de Spiritu S. in Dominicis, vel Duplicibus*, aut aliis diebus n. 5. & ſeqq. enumeratis; *ET HIC ABUSUS*, qui à Sacerdotibus minùs inſtructis aliquando committitur, *OMNINO impoſterum EST DEROGANDUS*. Ità S. R. C. 14. Julii 1683. Vide tit. IV. n. 13.

20.

20. Idem, juxta Ritualiſtas paſſim, dicendum eſt de *Primitiis* Neo-Sacerdotum, ſeu de prima Miſſâ, in quantùm præcisè ipſa diſtinguitur contra ſecundam. Similiter & de *Jubileis*, loquere annorum 50., qui in Religione, Sacerdotio, Matrimonio, aut alio ſtatu tranſacti ſunt. Sic & pariter eſt aſſerendum de Patrocinio alicujus Sancti, vulgò *Beſteeck*, &c., quibus diebus Miſſa Votiva cantatur à nonnullis, etiam dum eſt Dominica, Duplex, aut æquivalens.

21. Sed abuſivè (niſi fortè Ordo aliquis, V. G. quoad *Primitias*, Indultum habeat Apoſtolicum, de quo authenticè conſtat; quem proin caſum, vel ſimilem non attingo.) quia obſtat Rubrica prohibens tales Miſſas cantari in Duplicibus. Inſuper argumento deſumpto à Profeſſione Religioſâ, in qua id non licet ſuprà n. 19. Etenim eximii illi effectus, qui à Scholaſticis, præſertim à Doctore Angelico, dictæ Profeſſioni attribuuntur, *Jubileis* iſtis & *Primitiis* quà talibus attributa non leguntur.

22. *Si benedictio Nuptiarum facienda ſit die Dominicâ* (ait Rubrica Miſſalis ante Miſſam pro Sponſo & Sponſa) *vel alio die Feſto* Duplici (ùt habet Rubrica ibidem ante Miſſam pro eligendo Pontifice; item Rituale Romanum ac Paſtorale Mechlinienſe), aut æquivalenti (ùt habent varia S. R. C. Decreta) *dicatur Miſſa de Dominica vel Feſto* Duplici, aut æquivalenti occurrente *cum* GLORIA IN EXCELSIS, & CREDO, *ſi illa Miſſa occurrens id requirit, & cum commemoratione... Miſſæ pro Sponſo & Sponſa;* quæ commemoratio ponenda eſt ante eam, quæ ab Ordinario indicitur: quia hæc pro Sponſo eſt *præcepta ex Rubricis Miſſalis;* illa verò ab Ordinario eſt *Votiva*, quæ dici debet poſt omnes alias de præcepto.

23. *Miſſæ* viciſſim *Votivæ de SS. Sacramento, vel de B. Maria Virgine*, aut de aliis Sanctis, *in cantu* certis hebdomadæ diebus *fundatæ*, aut ordinatæ (etiam cum

expoſitione

expoſitione SS. Venerabilis) *dici non poſſunt in Duplicibus, aliiſque diebus Duplicia excludentibus*; nec infra Octavas Epiphaniæ (ejuſque Vigiliæ) Nativitatis, & Corporis Chriſti (Id patet ex poſterioribus S. R. C. Decretis) *ſed cantari* DEBENT *Miſſa de Feſto currenti cum applicatione Sacrificii, juxta Decretum editum 19. Maji 1614. ſicque ſatiſfieri, & benefactorum mentem impleri*, NON OBSTANTE QUACUMQUE CONSUETUDINE IN CONTRARIUM declaravit (ut refert *Merati*) S. R. C. 24. Julii 1683. authenticè exponens Rubricam ſtrictè præceptivam de non cantandis, niſi pro re gravi ſuprà n. 11. in Dominica & Duplici, vel æquivalenti Miſſis Votivis.

24. Hinc Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. *Reginaldus Cools* Epiſcopus Antverp., dum erat Antiſtes Ruremundenſis, præfato anno 1683. 25. Octobris mandavit ſuprà n. 19. & 23. poſitas S. R. C. Declarationes, accuratè obſervari, injungens authoritate Apoſtolicâ, quæ cuilibet Epiſcopo quoad hoc punctum eſt delegata, ùt Sacerdotes ſuæ Diœceſis, tam Sæculares quàm Regulares, ſe conforment ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis, &c. Et ab eo tempore, non tantùm in Cathedrali Ruremundenſi, ſed & totam per Diœceſim Feriis quintis numquàm amplius Miſſa Votiva de SS. Sacramento, licèt ſub Miſſa publicè expoſito, nec Sabbatis Votiva de B. Maria, nec aliis diebus Votiva de aliis Sanctis, nec in Veſtitione, Profeſſione, &c. &c. Votiva de Spiritu ſancto, aut alio Myſterio, dum tunc occurreret Dominica, Feſtum Duplex aut æquivalens, cantata eſt, ſed de Feſto occurrente. Vide etiam poſt tit. V. Appendicem, §. 1. n. 12. Utinam hæc ubique in viridi forent obſervantiâ!

25. Honor namque Dei in SS. Sacramento, & cultus Sanctorum in ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, judicium diligit, ut dictus honor & cultus, conformiter ad Eccleſiæ Leges ſeu Rubricas ſtrictè præceptivas,

tivas, ac S. R. C. Decreta easdem authenticè interpretantia, per Votivas ipſi Deo exhibeatur.

26. Scire igitur debent, qui in prohibitis diebus Miſſas Votivas ſolemnizant (ſcilicet qui in Duplici, aut æquivalenti, ſecluſo ſpeciali & authenticó Indulto Apoſtolico, Votivam Feriis quintis de Venerabili, Sabbatis de S. *Maria* cantant, vel in Profeſſione aut *Primitiis* de Spiritu ſancto, in *Jubilæis* de SS. Trinitate) *hanc nullatenus eſſe rationem*, ſeu medium (verba SS. D. *Benedicti* XIV. in Brevi ad univerſos Epiſcopos 23. Martii 1743. mutuo, & habentur in Appendice poſt tit. IX. n. 14.) *exorandi Deum*, *atque id*, *quod* à SS. Trinitate per ſimiles Miſſas Votivas indebito tempore minus rectè ſeu illicitè celebratas aſſequi *cupiunt*, *obtinendi*.

27. Quidquid enim Rubricalibus Legibus per S. R. C. Decreta explanatis repugnat, devotio eſſe non poteſt, ſed præſumptio, & abuſus; adeoque ſimiles Miſſæ minus movebunt Deum ad concedendum id, quod per easdem intenditur; quinimò aliqualiter erunt impedimento, & retardabunt. Vide tit. IV. n. 14.

28. *Ubi* quoque *eſt Confraternitas SS. Sacramenti* (SS. Trinitatis, SS. Roſarii, Scapularis, Chordæ, &c.) *quando in una Dominicâ cujuſlibet menſis* (Vide ſupra num. 14.) *fit Proceſſio intra vel extra Eccleſiam cum SS. Sacramento*, *debet Miſſa dici de Dominica*, vel de Feſto Duplici in ea occurrente. Ita S. R. C. 19. Januarii 1693.

29. Tres Miſſæ de *Spiritu ſancto*, de *Beata*, & pro *Defunctis*, quæ in Pontificali Romano ipſis Presbyteris in Ordinatione ſuâ præſcribuntur, & quas ipſi devotè ſuſcipiunt, & ſpondent ſe celebraturos, ut ait Pontificale Romanum, legi debent poſt primæ Miſſæ Celebrationem. Cùm autem ſint Votivæ privatæ, dici debent diebus & locis, quibus licitum eſt celebrare Votivas communes.

30. Et

30. Et quidem hæ tres Miſſæ dicendæ ſunt pro bono communi Eccleſiæ Militantis & Patientis, ac in gloriam Triumphantis. Proin non videtur, quod pro iiſdem eleemoſyna ordinaria licitè recipi valeat.

31. Pro Decreto autem ſuprà n. 23. notandum, quòd ex ſpeciali privilegio Sacrorum Rituum Congregatio uno anno poſt datum præfatum n. 23. Decretum, à lege ſeu Rubricâ generali indulſerit 2. Decembris 1684., ut *in illis Eccleſiis* (*quæ ſunt B. Mariæ Virgini, ſeu aliis Sanctis dicatæ*) *in quibus adeſt immemorabilis conſuetudo cantandi Miſſam Votivam de B. Maria Virgine* (igitur Indultum non agit de Votivis de Venerabili Sacramento, aut de aliis Sanctis) *ſingulis Sabbatis* (proinde diſpenſatio ſeſe non extendit ad Votivas de ſancta Mariâ alio Hebdomadæ die, V. G. Feriâ ſextâ cantandas) *licitè continuari poteſt, etiamſi in Sabbato occurrat Officium Duplex*, aut æquivalens, *dummodò non omittatur ſuo tempore* (quatenus in obligatione eſt) *Miſſa Conventualis*. Ità Indultum. Excipitur tamen Vigilia Pentecoſtes, in qua Miſſa Votiva de B. M. V. dici non poteſt, Ità S. R. C. 19. Auguſti 1651, Vide infrà tit. IX. n. 74., &c.

32. Itaque S. R. C. per hanc ſuam conceſſionem ſatis declarat, quòd talis decantatio Votivæ de *B. Maria Virg.* ſingulis per annum Sabbatis in Feſto Duplici aut æquivalenti, V. G. Sabbato infra Octavam Epiphaniæ, ſit contra legem, ſeu Rubricam Eccleſiæ generalem obligantem, in qua proinde ob inveteratam conſuetudinem per præſens Decretum gratiosè diſpenſat.

33. Ab hac igitur Votivâ de *B. Maria* in Sabbato, dum occurrit Duplex aut æquivalens, licitè permiſſa, & merè indultâ, non poteſt, tamquam *à re judicatâ*, duci argumentum ad Votivam de Venerabili, vel de aliis Sanctis Feriâ quintâ aut aliis Feriis (idem eſt ad Votivam de Beata extra Sabbatum) cantandam, dum Duplex eſt aut æquivalens. Ratio eſt:

34. Tum quia diſpenſatio, utpote vulnus Legis, in Rubricis eſt odioſa, ac proinde ad alios, licet ſimiles, caſus ſine novo Decreto extendi non poteſt; tum quod ipſa S. R. Congregatio, quoad alios caſus poſitivè contradicendo, ſeſe opponat per hoc, quòd in ſuis Decretis ſuprà n. 19. & 23. has vel ſimiles apponat clauſulas: *Hic abuſus eſt omninò derogandus*, *Non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium*, &c.

35. De Sanctis omnibus, de quorum Canonizatione certò conſtat, poteſt dici Miſſa Votiva diebus & locis licitis, quamvis nomen eorum non ſit in Martyrologio Romano deſcriptum. Exempla vide n. 37. Ita *Quarti* p. 1. tit. IV. dub. 7., *Guyetus*, l. 4. c. 21. q. 2, & favet *Gavantus*: ac *Merati* hanc ſententiam vocat communem.

36. Fateor: *Clemens* XI. 29. Septembris A. 1714. de Sancto verè canonizato, ubi habetur ejus Reliquia inſignis, prohibuit Miſſam, ſi ejus nomen non habeatur ſcriptum in Martyrologio Romano. Prohibuit namque dictus Pontifex Officium Divinum de illo Sancto *Satisfactoriè* dici merè ob Reliquias in Eccleſia exiſtentes; proinde & conſecutivè prohibuit *Miſſam Feſtivam* ſecundùm ordinem illius Officii ſimiliter *ſatisfactoriè* pro Miſſa Conventuali, ubi ipſa ligat, de illo Sancto dicendam.

37. Minimè verò *Clemens* XI. prohibuit de eodem Sancto canonizato (dùm nomen ejus non eſt ſcriptum in Martyrologio Romano) Miſſam merè Votivam, V. G. de *S. Gangulpho* Abbate, de S. *Gudula* Virg., &c., privatim & ex devotione dicendam tempore & loco habilibus. Unde & hi Sancti eligi poſſunt, & eliguntur in Patronos Eccleſiarum & Locorum.

38. Miſſæ verò de merè Beatis non canonizatis, ſine ſpeciali Indulto Apoſtolico id permittente, Votivè dici non poſſunt, ne quidem de illis Beatis, de quibus annuè in die ipſorum Anniverſaria indultum

eſt

eſt certis Eccleſiis & perſonis Horas Canonicas, & Miſſam Feſtivam tam privatam, quàm Conventualem, etiam *ſatisfactoriè*, celebrare.

39. Etenim S. R. C. 16. Decembris 1652. decrevit nihil licere circa Beatos quoad celebrationem Miſſarum, niſi quod eſt nominatim conceſſum. Ita *Gardellinus*, *Quartus*, *Merati*, prout & SS. D. *Benedictus* XIV. lib. 4. *de Beatif.*, &c. p. 2. c. 2. n. 2., & paſſim omnes. Ratio eſt, ait SS. Dominus, cum Miſſæ Votivæ celebratio ſit cultus publicus, & qui fit nomine Eccleſiæ, is præſtari nequit, niſi ab illis, quibus expreſſè in Brevi Beatificationis fuit conceſſa facultas.

40. Et propterea non eſt permiſſum dicere per annum Miſſam Votivam, v. g. de BB. MM. *Gorcomienſibus*, etiam in Eccleſiis, ubi annuè de eis die nona Julii dicitur Officium & Miſſa Feſtivalis. Nam *Miſſæ currentes*, & *Votivæ in honorem alicujus Beati non canonizati, non poſſunt celebrari ſine ſpeciali Indulto Sedis Apoſtolicæ.* S. R. C. 28. Septembr. 1658.

41. Si quæ autem Congregatio Indultum Apoſtolicum habeat ſpeciale, dicendi de determinato Beato Miſſam Votivam, vel ſimiliter in Feſto Duplici aut æquivalenti Votivam cantandi de aliquo Sancto, aut aliud quodcumque Indultum, eodem (modò authenticum eſſe certò conſtet, & in debita forma oſtendi poſſit) licitè illa uti poteſt diebus in Indulto expreſſis.

42. Multa alia, quæ ad Miſſas ſpectant Votivas, tam privatas, ſeu communes, quàm ſolemnes *pro re gravi* ex indictione, circa Introitum, *Gloria in excelſis*, Orationes, Sequentiam, *Credo*, Præfationes, *Ité Miſſa eſt*, *Benedicamus Domint*, & ultimum Evangelium, infrà ſuis reſpectivè locis, dum de his hac parte prima agunt Rubricæ, abundè exponentur, ne eadem ſæpe ſæpius ſine neceſſitate repetantur.

TITU-

34. Tum quia diſpenſatio, utpote vulnus Legis, in Rubricis eſt odioſa, ac proinde ad alios, licet ſimiles, caſus ſine novo Decreto extendi non poteſt; tum quòd ipſa S. R. Congregatio, quoad alios caſus poſitivè contradicendo, ſeſe opponat per hoc, quòd in ſuis Decretis ſuprà n. 19. & 23. has vel ſimiles apponat clauſulas: *Hic abuſus eſt omninò derogandus, Non obſtante quâcumque conſuetudine in contrarium*, &c.

35. De Sanctis omnibus, de quorum Canonizatione certò conſtat, poteſt dici Miſſa Votiva diebus & locis licitis, quamvis nomen eorum non ſit in Martyrologio Romano deſcriptum. Exempla vide n. 37. Ità *Quarti* p. 1. tit. IV. dub. 7., *Guyetus*, l. 4. c. 21. q. 2, & favet *Gavantus*: ac *Merati* hanc ſententiam vocat communem.

36. Fateor: *Clemens* XI. 29. Septembris A. 1714. de Sancto verè canonizato, ubi habetur ejus Reliquia inſignis, prohibuit Miſſam, ſi ejus nomen non habeatur ſcriptum in Martyrologio Romano. Prohibuit namque dictus Pontifex Officium Divinum de illo Sancto *Satisfactoriè* dici merè ob Reliquias in Eccleſia exiſtentes; proinde & conſecutivè prohibuit *Miſſam Feſtivam* ſecundùm ordinem illius Officii ſimiliter *ſatisfactoriè* pro Miſſa Conventuali, ubi ipſa ligat, de illo Sancto dicendam.

37. Minimè verò *Clemens* XI. prohibuit de eodem Sancto canonizato (dùm nomen ejus non eſt ſcriptum in Martyrologio Romano) Miſſam merè Votivam, V. G. de *S. Gangulpho* Abbate, de *S. Gudula* Virg., &c., privatim & ex devotione dicendam tempore & loco habilibus. Unde & hi Sancti eligi poſſunt, & eliguntur in Patronos Eccleſiarum & Locorum.

38. Miſſæ verò de merè Beatis non canonizatis, ſine ſpeciali Indulto Apoſtolico id permittente, Votivè dici non poſſunt, nè quidem de illis Beatis, de quibus annuè in die ipſorum Anniverſariâ indultum

eſt

æquia non foret dicenda, *cum commemoratione generaliter pro Defunctis* per Orationem *Fidelium* penultimo loco dicendam. Vide tit. VII. n. 54.

4. Sub *Feriâ, quæ habet propriam Miſſam*, Rubrica comprehendit & Vigiliam, tamquam veram Feriæ ſpeciem. Et ideò Ritualiſtæ unanimiter, dùm prima Menſis dies non impedita cadit in Vigiliam, V. G. *S. Jacobi* Apoſtoli 24. Julii, vel *S. Laurentii* Mart. 9. Auguſti, &c., vi præſentis Rubricæ præſcribunt Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis duas Miſſas Conventuales, quarum una eſt pro *Defunctis*, altera de *Vigiliâ*; & aliis Eccleſiis iidem Ritualiſtæ præſcribunt Miſſam Conventualem de *Vigilia* cum commemorat. *pro Defunctis* generaliter per Orat. *Fidelium* penultimo loco legendam. Vide tit. VII. n. 54.

5. Rubr. n. 2. *Præterea Feriâ II. cujuſque Hebdomadæ*, etiam tempore Adventûs (non autem tempore Quadrageſimæ, nec Paſchali, ut patebit ex ſequentibus) *in qua Officium fit de Feria, Miſſa principalis*, ſeu Conventualis *dici poteſt pro Defunctis*; poteſt etiam dici Miſſa Conventualis de Feria II. occurrente, ſeu Miſſa de Dominica præcedenti, aut Votiva de SS. Trinitate (patet ex illis *Dici poteſt*) cum commemorat. *pro Defunctis*, ut n. præc., & n. 8.

6. Rubr. eod. n. 2. *Si autem Feriâ illâ II. fuerit propria Miſſa de Feria*. Hæc Rubricæ verba non poſſunt de alia Feriâ intelligi, quàm de ſola *Vigilia*; non enim per totum annum eſt dabilis (extra Quadrageſimam & tempus Paſchale, quod utrumque tempus hæc Rubrica excludit infrà n. 10. & 12.) ulla Feria II., in qua habeatur Miſſa propria de Feria, niſi in eam cadat Vigilia.

7. Ex his, proinde, & variis aliis apertè patet, quòd in Rubrica ſub *Feria*, per ſe comprehendatur & Vigilia; aliàs enim hæc Rubrica aërem verberaret. Hæc allata fuit pro intelligentia tituli XIII. n. 10.

& ſeqq. ad hæc ibidem Rubricæ verba: *Niſi quando fit de Feſto in aliqua Dominicâ, vel in aliqua Feriâ, quæ habet Evangelium proprium.*

9. Rubr. eod. n. 2. *Si igitur dictâ Feriâ II. fuerit propria Miſſa de Feria* (id eſt, de Vigilia,) *vel de Feſto Simplici; vel ſi Feriâ illâ II. reſumenda ſit Miſſa Dominica præcedentis, ut ſuprà* (id eſt, ſi Miſſa Dominicæ præcedentis, ob Feſtum Duplex occurrens, non fuerit recitata in Dominica, & infra Hebdomadam non occurrat alia dies, quâ reſumi poſſet) *in Miſſa* Conventuali, quæ debet (ubi ipſa digat; & in Miſſa privatâ, quæ poteſt) dici *de die*, id eſt, de Simplici, vel de Dominica præcedenti reſpectivè, *fiat commemoratio* (ut dictum eſt n. 4.) *pro Defunctis*, generaliter penultimo loco.

9. Quamvis itaque Sacerdoti privatim legenti liberum ſit, diebus in hac Rubricâ nn. 1. & 2. expreſſis, celebrare Miſſam *de Requiem*; ſi tamen tunc legat de Feria, vel de Simplici occurrente (aliqui addunt: vel ſi legat Votivam) obligatur, vi hujus Rubricæ, præſcriptam *pro Defunctis* Orationem penultimo loco addere. Ità *Quarti*, Merati.

10. Rubr. eod. n. 4. *Excipitur tamen Quadrageſima*, in qua, dum Feriâ II. Officium fit de ea, dicitur quidem (extra Hebdomadam ſanctam) Officium Defunctorum; non verò Miſſa principalis pro Defunctis, ſed de Feria, quia hæc propriam habet Miſſam; circa quam notandum eſt ſequens Decretum.

Feriâ II. poſt Dominicam Paſſionis, quando recitandum eſt Offic. Defunctorum, non dicitur Miſſa Conventualis de Defunctis; neque Oratio FIDELIUM; quæ etiam in aliis Feriis ſecundis Quadrageſimæ non dicitur juxta Rubricas (ſcil. generalem hoc loco, & particularem in Miſſali Feriis ſecundis Quadrag.) *ſed ſolùm* quoad Defunctos (non enim hic ſolùm excludit alias Orationes præceptas aut permiſſas) dicuntur. *Iudic.*

Oratio OMNIPOTENS, *quæ eſt pro vivis & Defunctis, & omittitur tempore Paſſionis.* S. R. C. 11. Jul. 1643.

12. Rubr. eod. n. 2. *Et totum excipitur tempus Paſchale*; quo tamen tempore, dum extra Rogationes fit de Feria, Miſſa Conventualis poteſt eſſe Votiva ſuprà tit. IV. n. 8. & 9. *Et quando per annum Officium eſt Duplex vel Semiduplex*: *quibus temporibus*, à n. 10. uſque nunc enumeratis, *non dicitur* (non poteſt dici) *Miſſa Conventualis pro Defunctis.*

13. Rubr. eod. n. 2. (*Niſi in die Depoſitionis Defuncti, & in Anniverſario pro Defunctis.*) Illi *Niſi* non poteſt hîc (nominatim quoad Eccleſias Cathedrales & Collegiatas) ſumi reduplicativè, ſeu in proprio & naturali ſenſu, ut accipitur alibi in Rubrica; V. G. tit. VIII. n. 4. *In Miſſis Votivis non dicitur* GLORIA IN EXCELSIS; NISI *Miſſa Votiva ſolemniter dicenda ſit pro re gravi.*

14. Nam alioquin præſens Rubrica haberet hunc ſenſum: *In Quadrageſima, & toto tempore Paſchali, & quando per annum, Officium eſt Duplex vel Semiduplex, non dicitur Miſſa Conventualis pro Defunctis*, NISI *in die Depoſitionis*, &c., hoc eſt: dictis temporibus poteſt *in die Depoſitionis Defuncti, & in Anniverſario pro Defunctis* Miſſa Conventualis eſſe pro Defunctis.

15. Rubrica autem ſic expoſita manifeſtè repugnaret ſibi, & variis S. R. C. Decretis, ſic: *In die Anniverſarii, & Depoſitionis Defuncti non* (id eſt, nunquam) *poteſt cantari Miſſa Defunctorum loco Conventualis.* S. R. C. 5. Julii 1698. Et eadem S. R. C. 14. Januarii 1627. decreverat, quòd non poſſit introduci conſuetudo in contrarium uſum.

16. Sumitur itaque illi *Niſi* ſuprà n. 13. *ſpecificativè* (& id innuitur per *Parentheſim*, & *Claudatur*) ita ſenſu ſit, quòd, ultra Miſſam Conventualem, poſſit Miſſa de Requiem cantari in die Depoſitionis Defuncti, & in Anniverſario pro Defunctis; idque etiam in feſtis

Duplicibus, & pro die Depoſitionis, præſente corpo-re, in *diebus Dominicis*, & Feſtivis, ùt in ſequenti Appendice §. 2. & 3. patebit.

17. Rubr. eod. n. 2. *Neque pro eis* Defunctis in Miſſa Conventuali (quæ dicitur de Feria in Quadrageſima, aut tempore Paſchali, aut de Duplici vel Semiduplici per annum, & de qua ſuprà n. 10. & 12. agitur) *fit* (fieri non poteſt) *Commemoratio*. Hoc & confirmatur per Decretum, quod datur infrà tit. IX. num. 54.

18. Quòd verò in Miſſis privatis de Feſtis Semiduplicibus, & infra Octavas non privilegiatas (à fortiori in Miſſis privatis de Feſtis Simplicibus, ac de Feria non privilegiatâ) fieri poſſit commemoratio *pro Defunctis*, habemus conceſſum per S. R. C. Decretum, & habetur infrà tit. IX. n. 7. Addere autem in Miſſa de Duplici, aut æquivalenti commemorationem *pro Defunctis*, nullibi præſcriptum eſt aut permiſſum. E contrà per Rubricas id prohibetur, ùt patebit infrà tit. IX. n. 105. & ſeqq.

19. Petit Sacerdos circa præcedentia *primò*: ſi contingat quòd ultima Menſis dies ſit prima non impedita, & dies immediatè ſubſequens, ſeu prima dies Menſis ſequentis ſimiliter ſit talis, an ibidem duobus diebus conſecutivis Rubrica hoc tit. V. n. 1. ſervanda ſit? *Secundò*: ſi prima Menſis dies non impedita incidat in Feriam II., quænam tunc ex duabus Rubricis, an illa, quæ ſuprà n. 1., an verò ea, quæ ſuprà n. 5. habetur, ſit obſervanda?

20. Ad *primum* reſpondendum *affirmativè*; quia Rubrica utramque diem includit, & aliunde nihil obſtat. Ad *ſecundum* reſpondendum, obſervandam Rubricam principaliorem, quæ habetur ſuprà n. 1. de prima menſis die. Ità *Gavantus*, & Rituaꝉiſtæ paſſim.

21. Rubr. eod. n. 2. *Miſſa autem privata pro Defunctis quocunque die* (utique accedente aliqua juſtâ

 cauſâ,

cauſâ, idque ob rationem ſuprà tit. IV. n. 12. & ſeq.) *dici poſſunt, præterquàm;* addit Rubrica, *in Feſtis Duplicibus, & in Dominicis diebus.* Quia verò hæc Rubricæ verba ob varia, quæ circa eam edita ſunt S. R. C. Decreta, nominatim, quid per *Duplicia* hic intelligatur, & qualiter hæc Rubrica obliget, ſinè ulteriori expoſitione Sacerdoti, præſertim juniori, pro praxi non videntur ſufficere, ideò ſequitur:

APPENDIX AD TITULUM QUINTUM

DE MISSIS PRO DEFUNCTIS

§. 1. *Quando Miſſa privatæ* DE REQUIEM *dici poſſint?*

1. MIſſæ privatæ *de Requiem* prohibentur legi in Eccleſiis, dum in iis recitatur Officium Duplex, etiam tranſlatum aut indultum; item in Sacellis & Oratoriis, quibus nullum eſt annexum Officium, ſi ibidem Celebrans habeat Officium Duplex, idque eodem modo, quo id exponitur de Miſſis privatis Votivis *in Appen. ad tit. 4.* n. 1. & 2. Hoc ſolùm excepto, quòd, dum in aliqua Eccleſiâ in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, tum Eccleſiæ univerſalis, tum alicujus Ordinis, occurrit Feſtum Duplex, ibidem celebrari valeant Miſſæ *de Requiem*. Vide infrà n. 18. & 19.

2. Item Miſſæ privatæ pro Defunctis prohibentur in omnibus anni Dominicis, & infra Octavas privilegiatas. Inſuper in Vigiliis *Epiphaniæ & Pentecoſtes*, in Feria IV. *Cinerum* cum Feriis Hebdomadæ ſanctæ, ſimili pariter modo, quo id de Miſſis Votivis communibus *in Appen. ad tit. 4. n. 5. &* ſeqq. eſt expoſitum. Et colligitur ex variis S. R. C. Decretis.

3. Prætereà Miſſæ privatæ *de Requiem* prohibentur tempore, quo in Eccleſia aliquâ cum expoſitione SS. Sacramenti ſervantur preces 40. Horarum. Ità In-

Duplicibus, & pro die Depoſitionis, præſente corpore, in *diebus Dominicis*, & Feſtivis, ùt in ſequenti Appendice §. 2. & 3. patebit.

17. Rubr. eod. n. 2. *Neque pro eis* Defunctis in Miſſa Conventuali (quæ dicitur de Feria in Quadrageſima, aut tempore Paſchali, aut de Duplici vel Semiduplici per annum, & de quâ ſuprà n. 10. & 12. agitur) *ſit* (fieri non poteſt) *Commemoratio*. Hoc & confirmatur per Decretum, quod datur infrà tit. IX. num. 54.

18. Quòd verò in Miſſis privatis de Feſtis Semiduplicibus, & infra Octavas non privilegiatas (à fortiori in Miſſis privatis de Feſtis Simplicibus, ac de Feria non privilegiatâ) fieri poſſit commemoratio *pro Defunctis*, habemus conceſſum per S. R. C. Decretum, & habetur infrà tit. IX. n. 7. Addere autem in Miſſa de Duplici, aut æquivalenti commemorationem *pro Defunctis*, nullibi præſcriptum eſt aut permiſſum. E contrà per Rubricas id prohibetur, ùt patebit infrà tit. IX. n. 105. & ſeqq.

19. Petit Sacerdos circa præcedentia *primò*: ſi contingat quòd ultima Menſis dies ſit prima non impedita, & dies immediatè ſubſequens, ſeu prima dies Menſis ſequentis ſimiliter ſit talis; an ibidem duobus diebus conſecutivis Rubrica hoc tit. V. n. 1. ſervanda ſit? *Secundò*: ſi prima Menſis dies non impedita incidat in Feriam II.; quænam tunc ex duabus Rubricis, an illa, quæ ſuprà n. 1., an verò ea, quæ ſuprà n. 5. habetur, ſit obſervanda?

20. Ad *primum* reſpondendum *affirmativè*; quia Rubrica utramque diem includit, & aliunde nihil obſtat. Ad *ſecundum* reſpondendum, obſervandam Rubricam principaliorem, quæ habetur ſuprà n. 1. de prima menſis die. Ità *Gavantus*, & Rituaiſtæ paſſim.

21. Rubr. eod. n. 5. *Miſſæ autem privatæ pro Defunctis quocumque die* (utique accedente aliquâ juſtâ

 cauſâ,

celebrandæ incidant in Feſtum Duplex (aut in alios dies, ut ſuprà) *tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, nè dilatio animabus Suffragia expectantibus detrimento ſit; ſed dicantur* dictæ Miſſæ *de Feſto* aut Feriâ *occurrenti cum applicatione Sacrificii* (N. B. non additur: *cum additione Collectæ pro Defunctis*) *juxta mentem eorumdem benefactorum.*

9. *Curentque Eccleſiarum Rectores, Sacriſtæ, aliique, ad quos ſpectat* (idem loquitur Decretum) *ut hujuſmodi Decretum inviolatè ſervetur, atque in Sacriſtia affixum retineatur, ubi commodè ab omnibus celebrare volentibus conſpici & legi poſſit. In eos autem, qui contrà facere auſi fuerint, vel præmiſſa adimplere neglexerint, Locorum Ordinarii tam in ipſos Sæculares, quàm Regulares, pro modo culpæ animadvertant.* Ità S. R. C. approbante *Alexandro* VII. 5. Auguſti 1662. Et item S. R. C. 24. Julii 1683. ac 15. Septembr. 1714. annuente *Clemente* XI.

10. Denique Miſſæ privatæ *de Requiem* legi non poſſunt (diebus n. 1. & 2. expreſſis) in Altaribus ſive in perpetuum, ſive ad ſeptennium privilegiatis, quamvis Miſſæ in Altari privilegiato ex obligatione & fundatione ſint *de Requiem* celebrandæ.

11. Indulgentiæ tamen per hujuſmodi privilegia conceſſæ animabus in Purgatorio exiſtentibus, per Miſſas de Officio currente dictis diebus in Altaribus privilegiatis lectas ſuffragantur perinde, ac ſi pro Defunctis, ſeu *de Requiem* Miſſæ fuiſſent celebratæ. Ità *Alexander* VII. B. *Credite* 21. Novembr. 1664. & alii Pontifices.

12. *Ut præſcripta* S. R. C. *Declarationes* ſuprà n. 5. 7. & ſeqq. *accuratè obſerventur, injungimus* (ait Illuſtriſſ. D. *Reginaldus* 25. Octobr. 1683. Vide Append. ad tit. IV. n. 24.) *Authoritate Apoſtolicâ Nobis delegatâ, ut unum eorum exemplar in ſingulis Sacriſtiis noſtræ Diœceſis* Ruremundenſis *affigatur: Quibus* (præfatis S. R. C. Decretis) *Sacerdotes tam Sæculares quàm Regulares celebraturi ſe conforment, ſub pœna ſuſpen-*

ſionis à Divinis, & Sacriſtæ, aliique curam paramentorum habentes, ſub pœna ſuſpenſionis *ab Officio, ſi diebus prohibitis indebita paramenta celebrantibus exponant aut tradant.*

13. Sacerdos, recitans Officium de Feſto Duplici, veniens ad Eccleſiam, in qua permittuntur illâ eâdem die (ob Officium V. G. Semiduplex quod ibidem celebratur) Miſſæ privatæ *de Requiem*, quia ligat eum concordia perſonalis, & quia localis eſt libera, debet ibidem dicere Miſſam & aſſumere colorem ſuo conformem Officio de Feſto Duplici, ut ampliùs dicetur in Append. ad tit. XIV. juxta regulas ibidem tradendas.

14. Videtur quidem (juxta *Merati* p. 1. tit. V. n. 2. §. *Regulares in alienis*) indulgere S. R. C. 11. Junii 1701. ut Regulares (idem eſt de aliis Sacerdotibus) in alienis Eccleſiis, in quibus, ob Officium Semiduplex, Simplex, aut Feriale ibidem tunc occurrens, licitè celebrantur Miſſæ Votivæ & *de Requiem* ad ſatisfaciendum oneribus, poſſint & ipſi, ut ſuis pariter faciant ſatis oneribus, eaſdem ibidem Miſſas celebrare, quamvis in ſuis Eccleſiis eâdem die occurrat Feſtum aut Officium Duplex, quod & ipſi legerunt. At in S. R. C. Decreto 7. Maji 1746 oppoſitum videtur reſolutum, de quo vide Appendicem ad tit. XIV. §. 2. n. 7. & §. 9. n. 26.

15. Sacerdos verò recitans Officium, quod compatitur Miſſam *de Requiem*, exiſtens in Eccleſia, in qua Officium fit de Feſto Duplici, aut æquivalenti, debet ſe, legendo Miſſam privatam, quoad Miſſam & colorem paramentorum conformare Eccleſiæ, in qua celebrat. Ratio, & regulæ claræ ac diſtinctæ dantur infrà in Append. ad tit. XIV.

16. Et in tali Eccleſiâ, ubi fit de Duplici, poteſt ſola Miſſa ſolemnis in die Depoſitionis, præſente etiam corpore, & in die Anniverſariâ (ſi Anniver-

rium ex diſpoſitione Teſtatoris ſit relictum, non verò, ſi arbitrio vivorum fierent, ùt §. 5. ulteriùs patebit); cantari; nullæ verò Miſſæ privatæ legi poſſunt *de Requiem*. Ità S. R. C. 9. Junii 1698.

17. *In Eccleſiis Parochialibus ruralibus, in quibus per annum plerumque unus tantùm Sacerdos celebrat, & ſinè cantu, poteſt dici Miſſa* DE REQUIEM, *quando Anniverſaria ex Teſtatorum diſpoſitione, recurrente obitûs die, incidunt in Feſtum Duplex majus.* Ità *Merati*, ſed *Talà* habet *minus* (idem videtur à fortiori de die Depoſitionis, præſente corpore, utpote quæ magis eſt privilegiata, quàm dies Anniverſaria), *non idem tamen dicendum in diebus Tertio, Septimo, & Trigeſimo; ſed ſervetur Decretum generale* (n. 7.) *editum* 5. *Auguſti* 1662. S. R. C. 19. Junii 1700. Vide quid per *Duplex majus* quoad Anniverſ. ruralia intelligatur §. 3. n. 6.

18. *Occurrente quoque Duplici minori, etiam tranſlato* (ait die Octavâ Dedicationis juxta S. R. C. Decretum 27. Septembris 1698.) *in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum* in Kalendario Rom., *Officium faciendum eſt*, proùt & una Miſſa, *de Sancto* (aut de die Octavâ reſpectivè) *Miſſæ verò* (proùt & Officium Defunct.) ritu Dupl. *celebrandæ ſunt* DE REQUIEM. S. R. C. 19. Junii 1700.

19. Idem pariter conceſſit S. R. C. 5. Maji 1735. quoad annuam Commemorationem omnium Defunctorum, quæ in aliquo Ordine ſeu Congregatione determinatam habet diem; quâ, ſi occurrat Feſtum Duplex minus, etiam tranſlatum, fiet Officium, & una Miſſa (ubi plures dicuntur) de Feſto; at Miſſa ſolemnis cum Officio Defunct., & reliquæ Miſſæ erunt *de Requiem* ritu Duplici.

20. Si dies Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, ſeu dies 2. Novembris, incidat in Dominicam, omnes Miſſæ fient de Dominica, vel de Feſto Duplici in Dominica occurrente; nam in tali

caſu

caſu dicta Commemoratio transfertur in Feriam II. ſequentem 27. Septembris 1698.

21. At *Leodii* in Civitate, quia tunc Feriâ illâ II., ſeu die 3. Novembr., occurrit Patronus Civitatis *S. Hubertus* Ep. Conf. dupl. 1. claſſis, legitimâ authoritate ordinatum eſt, ut Commemoratio omnium Fidel. Defunctorum, tam quoad Officium Defunctorum, quàm quoad Miſſas *de Requiem*, illo anno ſervetur in ipſâ die Dominicâ, cui ſe Regulares in eadem Civitate commorantes legitimè conformant.

22. SS. D. *Benedictus* XIV. 11. Aug. 1748. omnibus Sacerdotibus tum Sæcularibus, quàm Regularibus in Regnis, aut Dominiis Regum *Hiſpaniæ* & *Portugalliæ* actu commorantibus, facultatem conceſſit legendi in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum tres Miſſas *de Requiem*, & eas celebrandi uſque ad Horam II. poſt meridiem.

23. Eâ tamen lege numquam ſatis laudandâ: (ait *Azevedo*) ut ſecundam & tertiam Miſſam, quæ vi hujus Indulti dictâ die conceditur legenda, applicare debeant omnibus Fidelibus Defunctis in generali; & ſua Sanctitas ſtrictiſſimè inhibuit aliter fieri: Ita ut pro illarum, id eſt, pro ſecundæ & tertiæ Miſſæ applicatione, nullam prorſus eleemoſynam, aut emolumentum temporale, quocumque prætextu aut colore, directè vel indirectè, recipere ſit prohibitum ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, quæ eſt ipſi Pontifici reſervata.

24. Hanc pœnam Epiſcopi jure delegato relaxare quidem poterunt, ſed factâ priùs reſtitutione eleemoſynæ pro illis Miſſis receptæ, quam Epiſcopus expendere debet in piam cauſam. Nullo tamen modo in favorem delinquentium, aut eorum conſanguineorum, &c.; ſuper irregularitate tamen ex celebratione poſt incurſam ſuſpenſionem contractâ, à ſolo Pontifice diſpenſari poterit. Haec pro informatione,

tione, ſi forte facultas eadem pro hac Patria gratioſe aliquando ad nos extendatur.

---

§. 2. *Quandonam in die Depoſitionis cantari poſſit Miſſa* DE REQUIEM.

1. NOn tantum Miſſæ *de Requiem* privatim legi, ſed & ſolemniter cantari prohibentur diebus §. 1. expreſſis. Duo tamen ſunt caſus, quibus in Duplicibus ac æquivalentibus permittitur cantari Miſſa *de Requiem*, ſcilicet *in die Depoſitionis Defuncti*, & *in Anniverſario pro Defuncto.*

2. Depoſitionis dies, ſecundum Rubricas, eſt illa, quâ non tantum corpus præſens cum precibus conſuetis terræ mandatur, ſed & dies, quâ Defunctus obiit; quin & pauci dies intermedii. Unde titulus Miſſæ II. *de Requiem* in Miſſali eſt hic: *In die* OBITUS *ſeu* DEPOSITIONIS *Defuncti*, quibus proinde diebus Miſſæ Exequiales *de Requiem*, etiam non præſente corpore, ſolemniter cantari poſſunt in Feſto Dupliti & æquivalenti, modò Feſtum illud non ſit de præcepto juxta S. R. C. Decretum 19. Sept. 1657.

3. Præſente autem & ſepeliendo corpore Miſſa ſolemnis *de Requiem* cantari poterit etiam in Dominicis, & Feſtis de præcepto ſeu in populo, dummodò tamen magna diei illius celebritas non obſtet, ait Rituale Romanum.

4. Et hinc S. R. C. 5. Julii 1698. decrevit: *In Duplicibus* 1. *claſſ.* (dum eſt Feſtum in populo) *etiam præſente corpore, non poteſt cantari Miſſa Defunctorum: & multo minus dicenda eſt una Miſſa privata, deficientibus Clericis in Choro.* Sequens tamen Decretum Feſta in populo 1. claſſ. hæc 4. excipit, ſcil. Ferias II. & III. Paſchæ, & Pentecoſtes.

5. *Cum juxta Rubricas Ritualis Romani, abſque Miſſa*

caſu dicta Commemoratio transfertur in Feriam II. ſequentem 27. Septembris 1698.

21. At *Leodii* in Civitate, quia tunc Feriâ illâ II., ſeu die 3. Novembr., occurrit Patronus Civitatis *S. Hubertus* Ep. Conf. dupl. 1. claſſis, legitimâ authoritate ordinatum eſt, ut Commemoratio omnium Fidel. Defunctorum, tam quoad Officium Defunctorum, quàm quoad Miſſas *de Requiem*, illo anno ſervetur in ipſa die Dominicâ, cui ſe Regulares in eadem Civitate commorantes legitimè conformant.

22. SS. D. *Benedictus* XIV. 11. Aug. 1748. omnibus Sacerdotibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus in Regnis, aut Dominiis Regum *Hiſpaniæ & Portugalliæ* actu commorantibus, facultatem conceſſit legendi in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum tres Miſſas *de Requiem*, & eas celebrandi usque ad Horam II. poſt meridiem.

23. Eâ tamen lege nunquam ſatis laudandâ (ait *Azevedo*) ut ſecundam & tertiam Miſſam, quæ vi hujus Indulti dictâ die conceditur legenda, applicare debeant omnibus Fidelibus Defunctis in generali; & ſua Sanctitas ſtrictiſſimè inhibuit aliter fieri: Ita ut pro illarum, id eſt, pro ſecundæ & tertiæ Miſſæ applicatione, nullam prorſus eleemoſynam, aut emolumentum temporale, quocumque prætextu aut colore, directè vel indirectè, recipere ſit prohibitum ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, quæ eſt ipſi Pontifici reſervata.

24. Hanc pœnam Epiſcopi jure delegato relaxare quidem poterunt, ſed factâ priùs reſtitutione eleemoſynæ pro illis Miſſis receptæ, quam Epiſcopus expendere debet in piam cauſam. Nullo tamen modo in favorem delinquentium, aut eorum conſanguineorum, &c.; ſuper irregularitate tamen ex celebratione poſt incurſam ſuſpenſionem contractâ, à ſolo Pontifice diſpenſari poterit. Hæc pro informatione,

ſit PRIDIE *ſepultum*. Idque tutò proinde tunc practicari poteſt, eò quòd moraliter ſit quaſi dies ipſa Depoſitionis.

10. Sed quid ſi Miſſa *de Requiem* exequialis ſolemniter, præſentibus Amicis, etiam circa *Caſtrum Doloris*, acſi corpus adeſſet, cantanda ad notabile differatur tempus; poſtquàm cadaver jam diu terræ mandatum eſt? An hæc licitè cantari poteſt *de Requiem* in Duplicibus, & æquivalentibus ſaltem extra Dominicam & Feſtum in populo?

11. De hoc caſu ſat practico altum ſilent Rubricæ; neque ullum hucuſque opinioni affirmativæ favere dignoſcitur S. R. C. Decretum ſeu Indultum. Proinde, cùm dicta Miſſa in Duplicibus aut æquivalenti cantaretur *de Requiem*, idque ſimpliciter extra *diem Depoſitionis*, & extra *diem Anniverſariam* (quibus in caſibus id ſolummodò Rubricæ, & S. R C. Decreta permittunt, & extra hos duos caſus idem, ſalvo numero 8. & 9., prohibent) oppoſitum eſt omninò practicandum, idque planè certum eſt, dum ſine notabili incommodo dies habilis determinari poteſt.

12. Attamen *cùm primùm accipitur nuntium de obitu in loco diſſito alicujus de gremio, poteſt cantari Miſſa* DE REQUIEM, *ut in die obitûs pro ejus anima in Feſto duplici majori vel minori, non tamen de præcepto* in populo, *ut citiùs ſuffragetur animæ Defuncti, non relictâ tamen Miſſâ* Conventuali *in cantu de Feſto Duplici, quatenus adſit obligatio.* S. R. C. 4. Maji 1686.

13. Miſſæ autem Confraternitatum Fidelium Defunctorum, quæ pro Defunctis Confratribus in quibusdam Eccleſiis, etiam cum magno extrinſeco apparatu infra Octavam Animarum, vel menſtruè, vel pro uno Defuncto Confratre, diu tamen poſt Depo*ſitionis* diem celebrantur, cantari non poſſunt *de Requiem*, dum eſt Duplex aut æquivalens.

14. Nam S. R. C. interrogata, an in Altaribus

priv-

ſa, quantùm fieri poteſt, Defunctorum corpora non ſint ſepelienda, poterit, præſente cadavere, unica Miſſa ſolemnis pro Defunctis celebrari Feriâ II. & III. poſt Paſcha & Pentecoſten. Hæc autem Miſſa decantabitur in Duplici 1. claſſ. haud (ſeu non) Feſtivo in populo, ſi corpus præſens fuerit, AUT PRIDIE ſepultum, S. R. C. 2. Sept. 1741.

6. S. R. C. depoſt. 21. Martii 1744. interrogata; Utrum in Dominicis 1. claſſ., & aliis diebus, in quibus abſolutè quæcumque alia Feſta, etiam 1. claſſ., excludantur, licitum ſit cantare Miſſam DE REQUIEM præſente cadavere? Et reſponſum fuit: Servetur Decretum datum die 5. Julii 1698. (ſuprà n. 4.) videlicet: In Duplicibus 1. claſſ., quæ ſunt Feſta in populo (exceptis Feriis II. & III. Paſchæ & Pentecoſtes) etiam præſente cadavere, non poteſt cantari Miſſa Defunctorum.

7. Ità hoc Decretum interpretatur Spiridion Talù n. 1135., ſecundùm quem tamen n. 75. aliis diebus, ſcilicet Dominicâ 1. Adventûs & Quadrageſimæ, Dominicâ Paſſionis, Feriâ IV. Cinerum ac tribus primis Feriis Hebdomadæ ſanctæ (non tamen tribus ultimis) permittitur una Miſſa ſolemnis Defunctorum, præſente corpore, & ſepeliendo.

8. Quinimò, ſepulto pridiè, vel citiùs, ob intermediam diem Dominicam, aut Feſtum unum vel aliud in populo ſepulturam cadaveris immediatè ſubſequens (quibus diebus id certò non licet; licitum tamen videtur, ſub clauſula infrà §. 3. n. 12. poſitâ, in Feſtis in populo, quibus permiſſa jam recenter authoritate Apoſtolicâ ſunt opera ſervilia) cadavere, Miſſa de Requiem, occurrente Duplici (etiam 1. claſſ. ſuprà n. 5.) aut æquivalente, appoſito Caſtro Doloris, & præſentibus amicis, poterit ſolemniter cantari.

9. Id ſatis clarè aſſeritur in Decreto ſuprà n. 5. ubi dicitur: Hæc autem Miſſa decantabitur in Duplici primæ claſſis haud ſeu non Feſtivo in populo, ſi corpus...

ſit

ſit PRIDIE *ſepultum*. Idque tutò proinde tunc practicari poteſt, eò quòd moraliter ſit quaſi dies ipſa Depoſitionis.

10. Sed quid ſi Miſſa *de Requiem* exequialis ſolemniter, præſentibus Amicis, etiam circa *Caſtrum Doloris*, acſi corpus adeſſet, cantanda ad notabile differatur tempus; poſtquàm cadaver jam diu terræ mandatum eſt? An hæc licitè cantari poteſt *de Requiem* in Duplicibus, & æquivalentibus ſaltem extra Dominicam & Feſtum in populo?

11. De hoc caſu ſat practico altum ſilent Rubricæ; neque ullum hucuſque opinioni affirmativæ favere dignoſcitur S. R. C. Decretum ſeu Indultum. Proinde, cùm dicta Miſſa in Duplicibus aut æquivalenti cantaretur *de Requiem*, idque ſimpliciter extra *diem Depoſitionis*, & extra *diem Anniverſariam* (quibus in caſibus id ſolummodò Rubricæ, & S. R C. Decreta permittunt, & extra hos duos caſus idem, ſalvo numero 8. & 9., prohibent) oppoſitum eſt omninò practicandum, idque planè certum eſt, dum ſine notabili incommodo dies habilis determinari poteſt.

12. Attamen *cùm primùm accipitur nuntium de obitu in loco diſſito alicujus de gremio, poteſt cantari Miſſa* DE REQUIEM, *ut in die obitûs pro ejus anima in Feſto duplici majori vel minori, non tamen de præcepto* in populo, *ut citiùs ſuffragetur animæ Defuncti, non relictâ tamen Miſſâ* Conventuali *in cantu de Feſto Duplici, quatenus adſit obligatio*. S. R. C. 4. Maji 1686.

13. Miſſæ autem Confraternitatum Fidelium Defunctorum, quæ pro Defunctis Confratribus in quibusdam Eccleſiis, etiam cum magno extrinſeco apparatu infra Octavam Animarum, vel menſtruè, vel pro uno Defuncto Confratre, diu tamen poſt Depoſitionis diem celebrantur, cantari non poſſunt de Requiem, dum eſt Duplex aut æquivalens.

14. Nam S. R. C. interrogata, an in Altaribus

pri-

privilegiatis Eccleſiæ vel Capellæ, ubi eſt inſtit
Confraternitas Fidelium Defunctorum, diebus p
Rubricas, aut S. R. C. Decreta prohibitis, poſſit l
vel cantari Miſſa de Requiem; die 24. Julii 168
dicitur reſpondiſſe: *Non poſſe.*

15. *In Exequiis Parvulorum in Feria V. & VI. & Sa*
bato (utique ante Veſperas, poſt quas reaſſumit
Gloria Patri) *majoris Hebdomadæ omitti poteſt* GLOR
PATRI *in Pſalmis, qui tempore ſepulturæ dicuntur.* S.
C. 16. Jan. 1677. At *in ſecundo triduo majoris Hebdom*
dæ non poſſunt celebrari Exequiæ Defunctorum, ſed Offici
& preces recitentur privatim. S. R. C. 11. Aug. 173

§. 3. *Quandonam in Anniverſaria die cantari poſſit Miſſa* DE REQUIEM?

ANniverſariæ (*ſeu*) *Miſſæ cantatæ* (non v
lectæ, excipe caſum §. 6. n. 17.) d
REQUIEM, *relictæ ex diſpoſitione*, etiam mediatâ *Teſ*
torum, quotannis in die ipſorum obitus vel ſepultur
juxta Teſtatoris verba, aut loci conſuetudinem co
putanda, *etiam in Duplici majori contingentis, poſſ*
celebrari; ac proinde dictæ anniverſariæ in Decreto de
Auguſti 1662. *edito* (quod vide §. 1. n. 7.) *non co*
prehenduntur. S. R. C. 22. Novembris 1664. appr
bante *Alexandro* VII. & annuente *Clemente* IX. 1
Auguſti 1669. in Decreto generali. Vide n. 8.

2. *In Anniverſariis tamen occurrentibus in Feſto Dupl*
2. claſſis non poteſt cantari Miſſa DE REQUIEM. S. R. C.
5. Julii 1698. *Infra Octavas quoque privilegiatas Ep*
phaniæ, Paſchæ & Pentecoſtes non poteſt cantari Mi
Defunctorum in Anniverſario & Officio ſolemni. S. R. C.
die & anno ut ſtatim, & 2. Septembr. 1741.

3. Neque etiam infra Octavam *Corporis Chri*
(utique illam tantùm, quæ celebratur Feriâ V. p

Dominicam SS. Trinitatis, non verò infra alias. Vide tit. III. n. 9.) Nam *Miſſæ cantandæ mortuorum infra Octavam Corporis Christi*, utique illam, quam celebrat univerſalis Eccleſia, *non ſunt celebrandæ, niſi præſente corpore*. S. R. C. 21. Septembris 1671.

4. In Eccleſiis quoque pro tempore, quo ibidem durant preces 40. Horarum cum expoſitione SS. Sacramenti (licèt in iiſdem fiat Officium, quod eſt cum Miſſis *de Requiem* compatibile, &c. Celebrans tale habeat) Anniverſaria, quantumvis habeant omnia requiſita, cantari non poſſunt. S. R. C. 2. Decembr. 1684. & Inſtructio *Clementis* XI.

5. Decretum ſuprà n. 1. non reſtringit Anniverſaria, quòd in ea tantùm Eccleſiâ, in qua quis ſepultus eſt, celebrari debeant; proinde ſi Teſtator fundarit Anniverſarium in hac vel illâ Eccleſiâ, vel ſi fundaverit duo aut plura in duabus vel pluribus Eccleſiis diſtinctis in die obitûs ſui quotannis ſolemnizanda, in illis Eccleſiis cantari poterunt, etiam in Duplici majori, Miſſæ Anniverſariæ *de Requiem*.

6. Per *Duplex majus* intelligitur in Decreto ſuprà n. 1. dies, quæ non eſt Dominica, aut Feſtum in populo; nam S. R. C. 28. Maji 1607. declaravit, quòd Officium Anniverſarium Defunctorum poſt obitum, ſi cadat in Dominico vel Feſtivo in populo (nullo modo abrogato, vide n. 11.) transferendum ſit cum eadem ſolemnitate, vel (quod per ſe eſt melius) anticipandum in diem præcedentem, etiam impeditam per Officium de Feſto Dupl. maj. (non tamen de præcepto) præcipuè de Sanctis alicujus Ordinis, non relictâ tamen Miſſa Conventuali de Feſto dup. min. (maj.) occurrente, quatenus adſit obligatio cantandi. Ità S. R. C. 4. Maji 1686.

7. In Anniverſario anticipato, illo quod ob Dominicam vel Feſtum in populo eſt tranſlatum, non debet variari Oratio, ſed tota cantatur Miſſa

 ſicut

ſicut in ipſa Anniverſarii die cantaretur. S. R. C. 5. Julii 1698.

8. Anniverſaria autem, ſi non ſint cantanda, ſed legenda, aut cantanda quidem, ſed non à Teſtatore, nè quidem mediatè fundata, aut ab illo quidem fundata, ſed tantùm in vago (ſcilicet ad libitum quoad diem) cantanda, cantari non poſſunt de Requiem in Duplici aut æquivalenti; patet ex verbis Decreti n. 1.

9. *At ex privata devotione Parochianorum petentium ſæpius per annum Anniverſaria pro Defunctis Parentibus, Fratribus, Amicis, & aliis Defunctis, poteſt in ruralibus Eccleſiis cantari Miſſa ſolemnis* DE REQUIEM *in Feſto duplici minori, altera cantata de Feſto, ubi adſunt plures, vel ſaltem duo Sacerdotes, dummodò ſermo ſit de die vere Anniverſaria à die obitus.* S. R. C. 19. Jun. 1700.

10. *Tolerari poſſunt Miſſæ...* CANTATÆ *Defunctorum in Feſto Duplici, quod non eſt de præcepto, ſeu* Feſtum in populo, *ut Teſtatorum voluntates adimpleantur, dummodò non omittatur,* ubi ipſa ſingula, *Miſſa Conventualis.* S. R. C. 1. Septembris 1607. & 20. Junii 1626. Hoc Decretum (quod à *Gavanto* tit. VI. litt. à, & ab aliis inutile allegatur, ſubticendo illo *omiſſo*.) intelligitur de Miſſis cantatis in die *Anniverſaria* ex diſpoſitione Teſtatoris. *Merati* in Indice n. 71. Sed en ecce meus Sacerdos proponit ſequentem caſum.

11. *Titius* fundavit Anniverſarium die ſui obitus perpetuò cantandum in Eccleſia A. Moritur *Titius* 22. Iulii in Feſto S. *Mariæ Magdalenæ*; qua die in loco, ubi ſita eſt Eccleſia A., & ubi fieri debet Anniverſarium, hactenus S. *Mariæ Magdal.* celebrata fuit, ſed *ſub ritu duplicis minoris tantùm, cum feſto in populo*, in quo Anniverſaria prohibentur cantari *de Requiem*, ut patet ſuprà n. 6. Aſt jam recenter, ante obitum *Titii*, die 22. Julii ex Indulto Apoſtolico per Ordinarium Loci permiſſa ſunt opera ſervilia, manente Feſto, quoad obligationem audiendi Miſſam, ut antè.

12. Quæ-

12. Quæritur, inquit Sacerdos, an dictum Anniverſarium poſſit in illa Eccleſiâ annuè *de Requiem* cantari in Feſto *S. Mariæ Magdalenæ*, dum illud cadit extra Dominicam? Reſpondeo, ſed ſalvo meliori (cùm caſus, quantùm ſcio, hactenus non ſit ventilatus) aliorum judicio, & niſi aliter ab Ordinariis Loci declaretur (quod & quoad parentheſim ad n. 8. §. 2. intellige) Affirmativè.

13. Ità nonnulli in Rubricis eruditi, quos deſuper conſului. Et ratio eſt; quia illâ die omnia, prout in die ſimpliciter feriali, videntur eſſe licita, & omninò permiſſa, modò eâdem die audiatur Miſſa. Caſus poteſt eſſe in illis Archidiœceſis Mechlinienſis Eccleſiis, ubi *S. Maria Magdalena* celebratur ritu Duplici minori tantùm, & fuit à paucis adhuc annis Feſtum in populo; nunc autem ſola remanſit obligatio audiendi Miſſam. Idem dicendum de ſimilibus, V. G. de Anniverſario cantando, quandò dies obitûs cadit in 2. Julii in feſto *Viſitationis B. M. V. dup. maj.* in Archidiœc. Mechlin. Item 26. Julii in Feſto *S. Annæ dup. maj.* in Diœc. Antverp., Leodienſ. & Ruremund. Inſuper 31. Decembr. in Feſto *S. Silveſtri P. & C. dupl.* in Diœc. Leodienſ., & Ruremund., &c.

§. 4. DE QUATUOR MISSIS PRO DEFUNCTIS.

1. In fine Miſſalis habentur 4. diſtinctæ *de Requiem* Miſſæ. In fine Miſſæ quartæ ponitur hæc Rubrica: *Epiſtola & Evangelia ſuperiùs poſita in una Miſſa pro Defunctis dici poſſunt*, ſervatis tamen reſpectivè Orationibus, *etiam in altera Miſſâ ſimiliter pro Defunctis*; hoc tamen paſſim & pro libitu fieri non convenit.

2. Inordinatum quippe foret, ſi in Miſſa quotidianâ privatâ promiſcuè diceretur Epiſtola & Evangelium ex 1. & 3. Miſſâ; aut ſi in die Commemorationis omnium Defunctorum, vel in Depoſitionis,

aut Anniverſarii die recitarentur Evangelium, & Epiſtola ex quarta Miſſâ. Hinc dictam Rubricam cum pluribus Ritualiſtis explanamus, ut ſequitur:

3. Prima ex 4. Miſſis dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunct., tam in ſolemni *de Requiem*, quàm in privatis. Attamen *Miſſa in die obitûs* (id eſt Miſſa 2. ſi non ſit Papa, Cardinalis vel Epiſcopus) *præſente corpore, ultra Miſſam de communi Defunctorum* 1. loco poſitam *celebranda erit, quando aliquis obierit*, ſeu ſepelitur *in die Commemorationis omnium Fidel. Defunct.* S. R. C. 14. April. 1646.

4. Similiter Miſſa prima dicitur, quando in aliqua Religione fit Commemoratio omnium Fidel. Defunct. Ordinis cum Oratione *Deus veniæ*. Prima quoque Miſſa dicitur in die Depoſitionis, & Anniverſariâ ſummi Pontificis, Cardinalium, & Epiſcoporum, cum Oratione unicuique reſpectivè propriâ.

5. Conſuetudo rationabilis plurium Eccleſiarum habet, ut pro defuncto Sacerdote in die Depoſitionis, Exequiarum, & Anniverſariâ dicatur Miſſa ſecunda cum Oratione *Deus, qui inter Apoſtolicos*, vel *Præſta quæſumus*. Secunda quoque Miſſa dicitur in die *Depoſitionis, & Exequiarum* pro quolibet Defuncto, qui eſt Sacerdote minor, ut Diaconus, Subdiaconus, & Laicus utriuſque ſexus, in quorum omnium Anniverſario dicitur Miſſa tertia.

6. Miſſa quarta, dicta quotidiana, dicitur in die primâ Menſis non impeditâ, & Feriâ II. per annum, dum Miſſa principalis fit pro Defunctis. Item quando Conſtitutiones alicujus Religionis aliquoties per annum præſcribunt Miſſam *de Requiem* cantandam pro benefactoribus, parentibus, &c., dicitur ſimiliter Miſſa quarta. Denique quarta Miſſa dicitur, quoties Miſſa *de Requiem* dicenda eſt cum pluribus Orationibus, de quibus §. ſequenti.

7. Sed quæ ſunt tres illæ Miſſæ, quas Sacerdos in

Dominico

Dominio Regum Hiſpaniæ aut Portugalliæ, exiſtens in Commemor. omnium Fidel. Defunctor., ſeu 2. Novembris leget ex Indulto Apoſtolico, de quo in hac Append. §. I. n. 22. ? R. nec in Decreto SS. D. *Benedicti* XIV., nec apud *Emanuelem Azevedo*, nec alibi quidquam deſuper reperi; putem autem, ſalvo meliori, repetendam eſſe, uſque ad tres vices, eamdem numero Miſſam *de Requiem* primo loco poſitam.

§. 5. DE ORATIONIBUS IN MISSA DE REQUIEM DICENDIS.

1. RUbr. tit. 5. n. 3. *In die Commemorationis omnium Defunctorum* in qualibet Miſſa, quæ (ubi dicta Commemoratio agitur, quod ordinariè eſt 2. Novembris) à quolibet Sacerdote celebratur pro Defunctis, *dicitur una tantùm Oratio*; ſecunda proinde, & aliæ Orationes in illis Miſſis prohibentur. Nam tunc Miſſa *de Requiem* (prout & Officium Defunctorum) dicitur *ritu Duplici*. Sacrificia tamen illâ die poſſunt à Sacerdotibus applicari ad libitum. Ità S. R. C. 4. Auguſti 1664., & SS. D. *Benedictus* XIV. idem habet in ſuis Litteris 1748., ſalvâ tamen lege ab eodem Sanctiſſimo datâ quoad ſecundam & tertiam Miſſam, de qua in hac Append. §. 1. n. 22.

2. Secundus caſus, in quo Rubrica eod. n. 3. unam tantùm in Miſſis pro Defunctis ordinat Orationem, eſt: *Et* in Miſſa (*de Requiem*) quæ pro anima Defuncti celebratur *in die Depoſitionis* ſuæ, prout ipſa ſumitur ſuprà §. 2. n. 1.; idque patet ex titulo Miſſæ ſecundæ in Miſſali poſito, qui eſt: *In die OBITUS SEU DEPOSITIONIS Defuncti*. Hanc autem Rubricam, & hunc Miſſæ titulum variè intelligunt de qualibet pro illo Defuncto Miſſâ *de Requiem* in die ejus obitûs, ſeu Depoſitionis, ſive cantandâ ſive privatim legendâ (utique diebus, quibus Miſſæ *de*

Requiem privatæ permittuntur) idque ſive præſente, ſive abſente corpore, modò inſepulto.

3. Etenim Rubrica generalis, quæ duobus præcedentibus numeris poſita eſt; item titulus Miſſæ primæ & ſecundæ *de Requiem* in Miſſali præſcriptus ſine ulla exceptione eodem modo loquuntur, & dirigunt Sacerdotem. Sicut ergò hic titulus Miſſæ primæ: *In die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum* intelligendus eſt de omni Miſſâ, etiam privatâ, quæ illâ die *de Requiem* celebratur, quòd in ea ſit una tantùm dicenda Oratio; ità & titulus Miſſæ ſecundæ: *In die obitûs, ſeu depoſitionis Defuncti.* Proin in die, quâ Miſſæ pro Defunctis permittuntur, Miſſa *de Requiem*, quæ applicatur animæ, cujus corpus nondum eſt ſepultum, tutò legitur ritu duplici cum una tantùm Collectâ.

4. Tertius caſus, in quo Rubrica eod. n. 3. unam tantùm præſcribit Orationem, eſt quælibet *de Requiem* Miſſa in *Anniverſario Defuncti* die, ex Defuncti fundatione, ſaltem mediatâ, ſeu cantanda ſeu privatim legenda; & in qualibet harum *dicitur* (dici debet) *una tantùm Oratio*, ait Rubrica, addens: *Et ſimiliter in die* 3. 7. *& Trigeſimâ*, ubi hæ dies ſtabiliter & cum diſtinctione (quod modò rarò fit) ſervantur.

5. Rubr. eod. n. 3. *Et* denique una tantùm Oratio dicenda eſt, *quandocumque pro Defunctis Miſſa ſolemniter celebratur*, ut fit in ſolemnibus Exequiis, etiam longo poſt Depoſitionis diem tempore celebratis, & dum à Confraternitatibus menſtruè vel aliis temporibus cum pompa pro Defunctis cantantur, prout & in Miſſa, quæ juxta Conſtitutiones Ordinis ſuprà §. 4. n. 6., aliquoties per annum eſt pro benefactoribus &c. ritu duplici cantanda.

6. Rubr. eod. n. 3. *In aliis* autem *Miſſis* pro Defunctis, quæ *Quotidianæ* dicuntur, & quæ ſunt diſtinctæ ab illis, quas Rubrica modò enumeravit (& habentur

habentur hoc §. 5. in 5. prioribus num.) *plures*, ſcilicet tres per ſe, dici debent Orationes, quæ ad libitum Celebrantis augeri poſſunt ad quinque vel ſeptem, *ut de Feriis & Simplicibus dicetur infrà* tit. IX. *in Rubrica de Orationibus* n. 45. & ſeqq.

7. Hoc unicum eſt obſervandum, quòd in omni Miſſa *de Requiem*, in qua plures dicuntur Orationes, illæ omnes debeant eſſe pro ſolis Defunctis, ac deſumendæ ſint ex Miſſali, & non aliunde; quòdque ſemper ultimo loco ſit ponenda Oratio *Fidelium*.

8. Hinc hoc Decretum: *In Miſſis quotidianis, quæ pro Defunctis celebrantur, poſſunt quidem plures dici Orationes quàm tres; ſed curandum, ut ſint numero impares; & aliquando pro illa:* DEUS VENIÆ *impunè ſubrogatur alia, V. G. pro Patre, pro Matre, &c., dummodò ultimo* ſemper *loco dicatur illa* FIDELIUM. S. R. C. 2. Sept. 1741.

9 Dum itaque Miſſa Conventualis primâ Menſis die non impeditâ, & Feriâ II. ſimiliter non impeditâ cantatur pro Defunctis, in ea, quia celebratur *merè ferialiter*, minimè verò *ſolemniter*, dicendæ ſunt plures Orationes, ſcilicet tres de præcepto, 5. aut 7. ad placitum Celebrantis; ultima ſemper *Fidelium*.

10. Similiter dum (tranſacto die Depoſitionis) per octo vel 14. dies ad certum Altare in nigris conſtitutum, præſentibus amicis, determinatâ horâ duæ *de Requiem* diebus permiſſis (aliàs dicendæ forent 2. Miſſæ de die occurrente ſinè commemorat. pro Defuncto) leguntur Miſſæ, tres in iis ad minus, etiam primâ & ultimâ die, dici debent Orationes.

11. Harum prima, ſi ſit pro Sacerdote, erit, ut ſuprà §. 4. n. 5.; ſi autem pro Defuncto non Sacerdote, prima erit *Inclina Domine*: ſi pro Defuncta, *Quæſumus Domine*; ſi pro Parentibus, *Deus, qui nos Patrem*. Oratio 2. erit *Deus Veniæ*, vel alia ex Miſſali pro Defunctis ad libitum Celebrantis eligenda. Oratio tertia, dum eſt ultima, erit *Fidelium*.

 12. Similiter

12. Similiter legens privatim Miſſam *de Requiem* diebus licitis, ſive ad intentionem propriam, ſive alienam, ſive pro Animabus in communi, ſive in particulari; item legens quotidianam perpetuò pro uno aut pluribus Defunctis fundatam; ſimiliter legens Miſſam *de Req.* Anniverſariam, ſed non à Defuncto fundatam, debet in his & ſimilibus caſibus Miſſam illam legere cum pluribus Orationibus, ſcilicet tribus, 5. vel 7. quarum prima ſemper conveniat perſonæ aut perſonis, pro qua aut quibus legitur; & ultima ſemper *Fidelium.*

13. Horum ratio eſt; quòd omnes hæ Miſſæ tum cantatæ ſuprà n. 9., tum privatæ *de Req.* n. 10. 11. & 12. enumeratæ, & hiſce ſimiles, comprehendantur ſub his Rubricæ verbis ſuprà n. 6. *In ALIIS Miſſis planis, &c.* quia hæ omnes verè ſunt *aliæ* & diſtinctæ *Miſſæ* ab illis, quas Rubrica hoc §. prioribus 5. numeris habet. Adeòque *in his aliis Miſſis* dicendæ ſunt plures Orationes. Delinquit igitur, ſibi & Animabus nocens, qui Miſſas *de Req.* à n. 6. (hoc notet Sacerdos) ſub una tantùm Oratione abſolvit, licèt Sequentiam addat: *Dies iræ*, & ſequentia

14. Rubr. n. 4. *Sequentia pro Defunctis*, quæ incipit: *Dies iræ*, non videtur ſæculo XIII. antiquior. Hanc *Lucas Waddingus Thomæ de Celano* Ordinis Minorum; alii apud eumdem *Lucam* ſancto *Bonaventuræ*, vel *Matthæo Aquaſpartano* Ex generalibus Minorum, & Cardinalibus; alii aliis tribuunt Authoribus.

15. Rubr. eod. n. 4. *Dicitur* (dici debet) hæc Sequentia in omnibus Miſſis, quæ *in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & *Depoſitionis Defuncti* celebrantur *de Requiem.* Et breviùs: *quandocumque in Miſſa de requiem dicitur* (dici debet) *una tantùm Oratio*, tunc etiam ſemper dici debet Proſa *Dies iræ.* Hæc Rubrica eſt generaliter vera, & nullam prorſus patitur exceptionem.

16. Rubr. eod. n. 4. *In aliis autem Miſſis pro Defunctis*

functis (ſive *de Requiem*) in quibus plures dici debent Orationes, ſive Miſſæ illæ legantur ſive cantentur, *dicatur* Sequentia illa *ad arbitrium*, ſeu pro devotione *Sacerdotis*; adeoque tunc licitè addi vel omitti poſſet, niſi ratione ſtipendii, vel alio ex capite ſaltem implicitè peteretur, & promiſſa foret; unde, dum Miſſa dicitur, ut ſupra n. 10., præſentibus Amicis, ſæpius ſine ſcandalo aut offenſione Sequentia illa *Dies iræ*, &c. omitti non poſſet.

17. *Qui animam eripit è cruciatibus Purgatorii, non tantum ei minuit tempus pœnæ, ſed & auget tempus Gloriæ. Quod beneficium tantum eſt, ut vix æſtimari poſſit. Itaque majus beneficium in mortuum hominem conferre te puto, ſi pro liberatione ejus ex Purgatorio aliquid facias, quàm conferres in aliquem viventem pauperem, ſi ei omnes tuas facultates largireris.* Cardinalis *Bellarminus* de quatuor Noviſſimis.

TITULUS SEXTUS

DE TRANSLATIONE FESTORUM.

1. RUbr. n. 1. *In dicendis* quotidie *Miſſis ſervetur ordo* in Rubricis *Breviarii* Romani tit. X., & per varia S. R. C. Decreta præſcriptus *de Translatione* & tranſmutatione *Feſtorum Duplicium*, & *Semiduplicium*; *quando* ſcilicet *majori aliquo Feſto*, ſeu *Dominica* vel ad tempus vel ad ſemper *impediuntur*. Tunc enim, ſicut Sancti alicujus Officium transfertur vel tranſmutatur (aut Officium Vigiliæ vel Dominicæ anticipatur) ad alium diem, ita & ſimiliter ejus Miſſa.

2. Dicit Rubrica: *De Tranſlatione Feſtorum Dupl. & Semidupl.* Quia *non eſt transferenda*, *ſed potius omittenda commemoratio Feſti Simplicis*, *etſi perpetuo occurrentis cum Feſto Duplici* 1. *claſſis*. Ita S. R. C. 18. Julii 1750. Vide *Merati* ſec. 3. c. 4. in fine §. *Cæterum*; quia ibidem ipſius dicta non ſubſiſtunt.

3. Rubr.

3. Rubr. eod. n. 1. *In Eccleſiis autem, ubi* Sanctus aliquis (cujus ſolum Officium ob cauſam n. 1. eſt transferendum) *Titulus eſt*, aut Patronus primarius *Eccleſiæ, vel* (nota particulam disjunctivam *Vel*) ubi eſt *concurſus populi* (ùt apud FF. Minores in Feſto *S. Antonii* à Padua) *ad celebrandum Feſtum, quod* quoad ſolum Officium *transferri debet, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die* poſt Tertiam, *alia de Feſto* poſt Nonam; vel, ſi caſus contingat Feriâ IV. VI. aut Sabbato poſt Penteçoſten, utraque poſt Nonam, ſed illa prior, ait *Gavantus, Vinitor*, &c., quæ eſt de die, quia concordat cum Officio, & quia Miſſa Votiva de Feſto, cujus ſolum transfertur Officium, nullam cum Officio, quod illâ die recitatur, habet connexionem.

4. Quinimò in Eccleſiis, in quibus non eſt ſtricta obligatio cantandi quotidie Miſſam Conventualem, ſed plures leguntur Miſſæ (tit. IX. n. 59.) poteſt (modò non occurrat dies, quam Rubrica n. ſeq. excipit) una tantùm cantari Miſſa ſolemnis, eaque Votiva de Patrono primario ſeu Titulari occurrente, cujus ſolùm Officium eſt transferendum, licèt non cantetur altera Miſſa concordans cum Officio. Ità S. R. C. 23. Aug. 1704.

5 Verba, quæ in Rubrica eod. tit. VI. ſequuntur, ſunt eidem addita in reviſione factâ ſub *Urbano* VIII., & comprehendunt dies, quibus præcedens Rubrica n. 3. non habet ampliùs locum, ſcilicet: *Exceptâ* primò *Dominicâ* 1. *Adventûs*; ſecundò *Feriâ* IV. *Cinerum*; tertiò *Dominicâ* 1. *Quadrageſimæ*; quartò *Dominicâ Palmarum cum tota Hebdomadâ majori*; quintò *Dominicâ Reſurrectionis, & Dominicâ Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus*; ſextò *Die Nativitatis Domini*; ſeptimò Die *Epiphaniæ*, & *Aſcenſionis*, & Octavò *Feſto Corporis Chriſti*, quibus proinde diebus de nullo umquàm Sancto cantari poteſt Miſſa Votiva. Vide tamen infrà n. 26. & ſeq. quòd de *S. Marco* Feriâ II. & III. Paſchæ poſſit cantari Miſſa Votiva; & SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà in

Appen-

Appen. ad tit. V. §. 2. n. 5. indulſit Miſſam ſolemnem *de Requiem*, præſente corpore, Feriâ II. ac III. Paſchæ, & Pentecoſtes cantandam.

6. Hinc deducitur primò; Quando Dominicâ *Paſſionis*, Dominicâ *in Albis*, Dominicâ *SS. Trinitatis*, Item quando Feriis IV. V. VI. & Sabbato infra Octavas *Paſchæ* & *Pentecoſtes* in aliqua Eccleſiâ occurrit Feſtum Patroni primarii, aut aliud, quod ibidem cum populi concurſu celebratur, tunc poſſit de illo Sancto (cujus Officium eſt ſolummodò transferendum) dictis diebus, vi Rubricæ præſentis, cantari Miſſa Votiva, quia dies illæ non fuerunt in Rubrica, ſub *Urbano* VIII. additâ, exceptæ n. præc.

7. Deducitur 2. Si Dominicâ 1. Adventûs occurrat Feſtum, V. G. *S. Andreæ* Apoſt., *S. Eligii* Epiſc. vel alterius Sancti, non poteſt eâ die Miſſa ſolemniter cantari de dicto Sancto, licèt ſit Eccleſiæ Titularis, aut celebretur cum Indulgentia plenariâ & concurſu populi. Ratio eſt, quia hæc Dominica verbis ſub *Urbano* VIII. in Rubrica additis excipitur. Cantanda igitur eſt Miſſa de Dominica 1. Adventûs cum ſolitis ſuis Orationibus, ſcilicet 2. de Beata, & 3. *Eccleſiæ* vel pro Papa, eodem modo ac ſi illâ die Patronus ſeu concurſus populi non occurrerent.

8. Proinde nulla addi poteſt de Patrono, aut aliô Sancto in illa Miſſa Oratio, quia hæc nullibi in Rubricis, aut in ullo S. R. C. Decreto eſt præſcripta, aut permiſſa. Vide n. 13. Addenda tamen eſt Oratio de Venerabili poſt omnes alias de præcepto, ſi ſit ratione Indulgentiarum, aut alio ex capite expoſitum; prout & ratione Patroni Altare melioribus poteſt ornamentis decorari, ac Miſſa extrinſecè ſolemnizari; quia hoc non afficit, vel inficit ipſam Miſſam, ſed ei totaliter extrinſecum eſt.

9. Similiter *Miſſa ſolemnis de S. Joſeph*, de Annuntiatione B. M. V., vel de alio Sancto, *quando ejus*

Feſtum

Feſtum incidit in Dominicam Palmarum, vel *in Feriam* II. III. IV. aut V. *majoris Hebdomadæ*, *non poteſt cantari*, *etiam ob concurſum populi*, & quamvis ſit alicubi Titularis Eccleſiæ; *ſed debet dicta* Miſſa *omitti*, & cantanda eſt Miſſa de Dominica, vel Feriâ currenti, eodem modo ac ſi Feſtum illud illâ die non occurreret, ut dictum eſt n. 7. *Nec poteſt illis diebus fieri Proceſſio in ejus honorem*. Ita S. R. C. 4. Auguſti 1663. Vide n. 20.

10. Idem dicendum, quando Feriâ III. Pentecoſtes celebratur alicubi Anniverſaria Dedicatio propriæ Eccleſiæ; ibidem enim cantanda eſt Miſſa de dicta Feriâ III. ſinè commemoratione Dedicationis, ut n. 8. Poſt Miſſam autem fieri poteſt Proceſſio, in quâ, cantato Hymno *Veni Creator*, cantari poteſt Hymnus *Urbs Jeruſalem beata*.

11. Quamvis Dominicâ Palmarum Miſſa Votiva, etiam pro re gravi, cantari nullo modo poſſit, multò minùs legi, ut patet ex dictis, & ex S. R. C. Decreto 14. Aprilis 1646., niſi quis expreſſam haberet facultatem Pontificiam, V. G. ob debilitatem oculorum, de qua p. III. tit. XI. §. 1. n. 28. Si quis tamen ſinè valdè notabili ſuo, vel aſſiſtentium incommodo Miſſam de Dominica, ob longitudinem Paſſionis, legere non poſſet, eamdem poſſet, (ait *Merati* p. IV. tit. VII. n. 3.) mutare in Votivam de Paſſione Domini. Sed quia hæc Miſſa Votiva in Dominica Palmarum dicenda multis eſt criſibus ſubjecta, quomodo felicès, & qualiter legi deberet, in caſûs occurrentia legerem Miſſam de Dominica, omiſſâ Paſſione. Hæc ſalvo meliori.

12. In Rubricâ tit. VI., prout eam habet *Gavantus*, & prout refertur à *Merati*, ac in variis libris impreſſis, poſt lii *Alia de Feſto* ſuprà n. 3. adduntur ſequentia verba: *Aut ſaltem*, ſi quis velit omittere Miſſam Votivam de Feſto, & ſolam cantare Miſſam de die,

tunc

tunc in hac de die Miſſa *commemoratio fieri poteſt de Feſto, ſi de eo non debeat celebrari Officium illa die.* Hæc etiam verba habet Rubrica Miſſalis impreſſi Antverpiæ 1597. Sed eadem fuere ſub *Urbano* VIII. expuncta; & ideò in modernis Miſſalibus non ampliùs reperiuntur, de quo informo Lectorem.

13. Unde, licèt prædicta verba adhuc admitterentur tamquam genuina Rubrica, de facto tamen afficerent ſolummodò dies, qui habentur ſuprà n. 6. & illis ſimiles, quibus licitæ ſunt Miſſæ Votivæ de Sancto Titulari, aut de quo eſt concurſus, cujus Feſtum etiam colitur, ſed Officium ſolummodò transferri debet.

14. Si quis itaque tali die, v. g. Dominica *Paſſionis, in Albis, SS. Trinitatis* &c. vellet omittere Miſſam Votivam de illo Sancto, tunc poſſet, vi illius antiquæ Rubricæ jam expunctæ, in Miſſa ſolemni de die currenti fieri commemoratio de præfato Sancto ſub una concluſione.

15. Minimè verò illa antiquata Rubricæ verba à *Gavanto* & *Merati* relata, afficiunt novam Rubricam ſub *Urbano* VIII. additam, & dies in eadem expreſſos, ſcilicet *Dominicam primam Adventûs*, &c. ut ſuprà n. 5. Nota, vi illorum verborum Rubricæ illius abrogatæ, non poteſt modò (quidquid fuerit ante *Urbanum* VIII.) in Miſſa, de qua ſuprà n. 7. 8. & 9. & 10. addi commemoratio de Feſto Patroni aut Titularis illa die occurrentis.

16. Fateor ſequens Decretum habere: "*Quando dies Anniverſarius Conſecrationis Epiſcopi inciderit in Dominicam 1. claſſis, infra Hebdomadam majorem, in diebus Paſchatis, Pentecoſtes, Nativitatis Domini, vel alio ſolemniori (non relativè, ſed abſolutè, et ſenſu uſitato, vel alio paritèr ſolemni) non poteſt dici Miſſa de dicta Conſecratione, ſed in ipſa Miſſa de die* DEBET FIERI COLLECTA PRO EPISCOPO *ſub una concluſione, ut diſponit Cæremoniale Epiſcoporum.*

cuparum. Ità S. R. C. 4. Aprilis 1705. Vide n. 27.

17. Nec hinc tamen, nec aliunde rectè inferri poteſt, idem eſſe faciendum n. 7. 8. 9. & 10., dum dictis Dominicis aut Feriis occurrit Titulus, Patronus, Concurſus, aut Dedicatio Eccleſiæ. Oppoſitum è contrà colligitur ex Decreto ſuprà n. 9.

18. Nam ibidem expreſſè dicitur, quòd Votiva de S. Joſepho debeat omitti; ac proin quòd cantanda ſit ſola Miſſa de Feria currente. Et Decretum nullam facit, de addenda in illa Miſſâ S. Joſephi commemoratione, mentionem, quæ ibidem facienda fuiſſet, ſi licitum foret eam in honorem S. Joſephi commemorationem addere in illa Miſſâ. Quinimò addit Decretum: Nec poteſt illis diebus fieri Proceſſio in ejus honorem. Proinde Indultum conceſſum n. 16. non poteſt extendi ad Miſſas n. 7. 8. 9. & 10. ſinè novo Decreto, de quo hactenus non conſtat.

19. Si Feſtum S. Joſeph occurrat in Feria V. majoris Hebdomadæ (fiet 1761. 1818. &c.) ejus Officium transferendum erit ad alium diem juxta Rubricas Breviarii Romani, & Decreta S. Congregationis; cæterum præceptum audiendi Miſſam (illud vacandi ab operibus ſervilibus ex Indulto Apoſtolico pro Belgio Auſtriaco & Diœceſi Leodienſi eſt modò abrogatum) ſervandum erit in prædicta Feriâ quintâ.

20. Adeoque per Ordinarios Locorum (pergit Decretum) accuratè providendum, ut eo die aliquæ quidem Miſſæ privatæ, ante celebrationem ſolitæ Miſſæ Conventualis celebrandæ, pro præcepti adimplemento non deſint. Sed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Miſſa ſolemni illius diei, quo Eccleſia SS. Eucharistiæ Sacramenti inſtitutionem & memoriam recolit, ſummâ Religione hactenus retentus, nullatenus omittatur. S. R. C. 15. Septembris 1692.

21. Idem S. R. C. ſtatuit variis vicibus (& nominatim 10. Septembris 1716.) dum Feſtum Annuntiationis

tiationis B. M. V. incidit in eamdem *Dominicam Domini* (caſus tantùm erit 1869. 1875. &c.) quòd tunc præceptum audiendi Miſſam & abſtinendi ab operibus ſervilibus non ſit differendum, ſed omninò ſervandum, & quidem quoad Miſſam ùt n. præc.

22. *Si* verò *Feſtum SS. Annuntiationis B. M. V. occurrat in Feria VI. in Paraſceve* (fiet 1785.) *vel in Sabbato ſancto* (fiet 1758. 1769. 1780.) *transferatur unà cum præcepto audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus ſervilibus ad Feriam* II. *poſt Dominicam in Albis, etiam quocumque alio Feſto impeditam, ità ut eadem Feria, prædicto caſu eveniente, perpetuis futuris temporibus pro ſede propriâ memorato Feſto Annuntiationis aſſignata & ſtabilita intelligatur.* Et pergit Decretum:

23. *Et in illa* Feriâ II. *eo prorſus modo & formâ præfatum Feſtum quoad Officium & Miſſam celebretur, quibus propriâ die* 25. *Martii in Kalend. Rom. appoſitum celebraretur: protractis ad aliam diem non impeditam, juxta Rubricas Breviarii Rom. omnibus aliis Feſtis in eadem Feriâ occurrentibus, quæ non ſunt altioris ritûs.* S. R. C. 11. Febr. & 11. Mart. 1690., approb. *Alexand.* VIII.

24. Hæc autem verba: *Quæ non ſunt altioris ritûs* in caſu locum ampliùs non habent ob ſequens Decretum: *Quando Feſtum Annuntiationis B. M. V. transfertur ſimul cum præcepto audiendi Miſſam ad Feriam* II. *poſt Domin. in Albis, præfertur cuicumque Duplici, etiam* 1. *claſſ.* EO DIE OCCURRENTI. *Si verò transfertur abſque præcepto audiendi Sacrum, præfertur quidem cuicumque Feſto tranſlato, etiam* 1. *claſſis, non autem Feſtis* (majoris ritûs, & dignitatis, ùt notat *Spiridion Talù*) *eo die occurrentibus.* S. R. C. 2. Sept. 1741.

25. *Si Feſtum Purificationis B. M. V. occurrat in Dominica privilegiatâ,* fiet 1766. 1777. 1823., vel in die Dedicationis propriæ Eccleſiæ, *& Feſtum Annuntiationis B. M. V. in Dominica* 3. *vel* 4. *Quadrageſimæ vel Paſſionis,* fiet 1759. 1764. 1770. 1780. ſolum

Officium

Officium eſt transferendum in Feriam II. immediatè ſequentem, quocumque, Feſto, etiam æqualis NON TAMEN ALTIORIS RITUS, in eam incidente. S. R. C. 20. Julii 1748. quæ præcepit, ut id generalibus Kalendarii Romani Rubricis adſcriberetur.

26. Rubrica in Miſſali Romano ad 25. Aprilis in Feſto S. Marci Evangeliſtæ ſic habet: *Ad Proceſſionem dicitur* (id eſt, debet dici) *Miſſa de Rogationibus* (etiam in minoribus Eccleſiis) *ſinè commemoratione S. Marci. Et, ſi contingat transferri Feſtum S. Marci, non tamen transfertur Proceſſio* cum Litaniis & Miſſâ de Rogationibus, *niſi quando prædictum Feſtum occurreret in die Paſchatis* (fuit 1734. erit 1886.) *tunc enim in Feriam* III. *transferatur*. Hoc & variis S. R. C. Decretis fuit confirmatum, & additum in ſequenti Decreto:

27. *Si proceſſio Litaniarum majorum terminetur ad Eccleſiam S. Marci* (utique in die S. *Marci*) *cantatur ibidem Miſſa de S. Marco, non verò de Rogationibus.* S. R. C. 23. Maij 1603. An autem hoc Decretum intelligendum ſit etiam in caſu, quò Proceſſio Litaniarum, & 25. Aprilis, incidit in Feriam II. & III. *Paſcha* (fiet 1788. 1799.) dubitari poſſet ob verba, quæ triginta circiter poſt datum Decretum annis ſunt Rubricis ſub *Urbano* VIII. ſuprà n. 5. addita, quibus Rubricæ verbis Feriâ II. & III. *Paſchæ* omnis Miſſa Votiva de S. Patrono tunc occurrente prohibetur.

28. Nihilominùs ſicut hæc nova Rubrica non derogat Rubricæ particulari Miſſalis ſuprà n. 26. ità nec Decreto præfato, quod renovatum eſt per aliud diu poſt novam illam Rubricam editum ab eadem S. R. C. 10. Jan. 1693. apud *Merati* in Indice n. 507. Proinde Feriâ II. & III. *Paſchatis*, dum in eam incidit Feſtum *S. Marci*, Miſſa poſt Proceſſionem debet eſſe de Rogationibus, & ubi Proceſſio terminatur ad Eccleſiam *S. Marco* dicatam, Miſſa debet eſſe de *S. Marco*. Ità etiam Cærem. Epiſc. l. 2. cap. 32.

29. Cùm

29. Cùm Decretum præfatum ſit particulare, habens objectum limitatum ad Rogationes majores, ſitque contra Rubricas præſcribentes Miſſam de Rogationibus ad Proceſſionem, in quibus per præfatum Decretum diſpenſatur; hinc facultas in eo conceſſa non poteſt extendi ad Litanias minores. Proinde ſi Feriâ II. III. vel IV. Rogationum Proceſſio terminetur, V. G. die 1. Maji (ſicut 1758. 1769. 1780.) ad Eccleſiam, ubi *S. Philippus* Apoſtolus eſt Titularis (idem eſt de aliis Patronis) celebranda eſt ibidem Miſſa de Rogationibus ordinaria; illa verò de Titulari cantanda eſt poſt Tertiam.

30. Paulò aliter Synodus Provincialis *Mechlinienſis* ſecunda, authoritate Apoſtolicâ roborata, ſtatuit A. 1607. tit. XIII. de Feſtis, *Annuntiationis B. V.* & *S. Marci*, ac de Litaniis; nam c. 4. ordinat, quòd, dum Feſtum *Annuntiationis B. M. V.* incidit in Dominicam 3. vel 4. Quadrageſimæ, aut in Dom. *Paſſionis*, tunc celebretur Feriâ II. proximè ſequenti, *etiam in populo*.

31. Ead. Synodus Mechlin. eod. loco. ſtatuit, ut Feſtum *Annuntiationis B. V.*, dum cadit à Dominicâ *Palmarum* incluſivè uſque ad Feriam IV. poſt Paſcha etiam incluſivè (ſeriùs enim cadere non poteſt) tunc celebretur tam quoad Officium, quàm quoad Feſtum in populo Feriâ III. poſt Dom. in Albis, eodem modo, ſicut n. 22. & 23. id Feriâ II. poſt Dom. in Albis ordinatur pro univerſali Eccleſiâ. Unde, ubi illâ Feriâ III. occurreret Titulus, aut Patronus Eccleſiæ, vel Loci, idem reſolvendum foret, quod n. 29.

32. Præfata Synodus Mechl. tit. XIII. c. 6. inſuper ordinat: Si Feſtum *S. Marci* (quod quoad Feſtum in populo à longo tempore jam fuit ſimpliciter abrogatum) venerit à Dominica *Paſcha* uſque ad Dominicam *in albis* utrimque incluſivè, celebretur Feriâ IV. (in Archidiœceſi *Cameracenſi* Feriâ II.) poſt Dom.

in Albis tam quoad Officium, quàm quoad Proceſſionem, Miſſam de Rogationibus, Abſtinentiam, & jejunium uſque ad prandium. Fiet 1764. 1767. 1772. &c.; ſi verò dies 25. Aprilis in aliam Dominicam inciderit, Officium quidem ſervetur de *S. Marco* ipsâ die Dominicâ, ſed Proceſſio, &c. ſerventur ſequenti die. Fiet 1762. 1773. 1779. &c.

33. Quòdſi verò *Feſtum S. Marci*, in Feriam IV. poſt Dom. *in Albis* tranſlatum, cum Feſtis *SS. Philippi & Jacobi*, aut *Inventionis ſanctæ Crucis* concurrerit (potiùs occurrerit) continget tantum 1848. 1867. &c., celebritas quidem à populo (quoad ſolam modò obligationem audiendi Miſſam) tunc ſervabitur, ſed dicta Proceſſio cum abſtinentia & jejunio in Feriam V. transferetur. Ità Synod. Prov. Mechl.

34. Rectè autem monet *Merati* p. IV. tit. X. n. 65., quòd, licèt modò Feſtum *Annuntiationis B. V.* (quando illud incidit in diem numeris 22. & 31. expreſſam) ex vi Decreti n. 23. tam in Foro, quàm in Choro transferatur, non tamen permittat eadem S. R. C., ſed potiùs prohibeat alia quoque Feſta, ſi quæ accidant in aliqua Diœceſi, ſimiliter in Foro, ſeu in populo transferri, quando in die ſuâ ordinariâ Officium & Miſſa celebrari non poſſunt.

35. Atque ideo fortè Synodus Diœceſana Antverpienſis 1610. celebrata tit. XIII. de Feſtis c. 3. ſtatuit: *Feſta* in populo *celebranda in Diœceſi Antverpienſi.... occurrentia illis diebus, ex quibus, ſecundùm Breviarii Rubricas, debent transferri,* CELEBRENTUR (N. B. eſt mandatum) ILLIS DIEBUS, IN QUOS INCIDUNT; *à Clero verò ſerventur Rubricæ:* EXCEPTIS DUMTAXAT *Feſto Annuntiationis B. Mariæ, & Feſto S. Marci* (nullis igitur aliis) *in quorum celebratione Statutum Synodi Provincialis* Mechlinienſis *ſervetur.*

36. Hinc vi hujus Decreti, quando Patronus Loci, V. G. *S. Waldetrudis* Viduæ 9. Aprilis, alicubi incidit

incidit in Hebdomadam ſanctam vel Paſchatis (fiet 1757. 1759. 1762. 1763. 1765.) debet in Diœceſi Antverpienſi Feſtum ejus in populo ſervari 9. Aprilis, in quamcumque incidat diem, niſi fortè depoſt per Ordinarium quoad ſolum Feſtum in populo aliter legitimè fuerit conſtitutum; Officium verò juxta Rubricas ſemper ad primam diem poſt Dom. in Albis non impeditam eſt transferendum.

37. Quoad Diœceſim Leodienſem accipe ſequentia: Dum Feſtum *Annuntiationis B. V.* occurrit à Dominica *Palmarum* uſque ad Sabbatum S. incluſivè, ritu Romano transfertur nudum Officium poſt Dominicam in *Albis* ad primam diem non impeditam (conformiter tamen, ut putem, ad novum Decretum ſuprà n. 24.) At quoad ſolum Feſtum in populo anticipatur ad Sabbatum ante Dominicam *Palmarum*, etiam dum dies 19. Martii cadit in dictum Sabbatum, ùt fiet 1785. 1796.

38. Tunc namque obligatio audiendi Miſſam quoad *S. Joſephum* anticipatur ad Feriam VI. præcedentem, quæ eſt 18. Martii. Ità Directoria Leodienſia 1663. 1674. 1693. 1701. & 1712.; dum autem Feſtum *Annuntiationis B. V.* cadit in Dominicam *Paſcha*, aut in Feriam II. III. vel IV., transfertur quoad Chorum & Forum ad Feriam II. poſt Dominicam in *Albis*, eodem planè modo, ùt ſuprà n. 22., obſervando tamen novum Decretum n. 24.

39. Dum Feſtum *S. Joſeph* cadit in Hebdomadam S. ritu Romano transfertur nudum Officium poſt *Dominicam in Albis* ad primam diem non impeditam. At, ſi cadat in Dominicam Palmarum (fiet 1758. 1769. 1780.) ſola obligatio ad miſſam anticipatur ad Feriam V., nempe 16. Martii ante Dominicam Palmarum; quia tunc ritu Leodienſi celebratur Feriâ VI. 17. Martii Feſtum *S. Gertrudis*, & Sabbato *Annuntiationis*. Ità Director. Leodienſe 1690. Si cadat in Feriam II. (fiet 1883. 1894.) anticipatur obliga-

tio Miſſæ ad Feriam VI. 16. Martii, quia Sabbato eſt Feſtum *S. Gertrudis.* Ita Director. Leodienſe 1731. Si cadat in Feriam III. (fiet 1799.) vel in Feriam IV. (fiet 1788.) vel in Cœnam Domini (fiet 1761. 1818.) anticipatur obligatio Miſſæ ad Sabbatum præcedens.

40. Quoad Miſſas vero tam privatas, quam ſolemnes dictorum Feſtorum in populo anticipandorum, videntur hæ debere eſſe conformes Officio ritûs Romani, quod illa die occurrit, niſi aliter ſit deciſum à S. R. C. Ita Doctiores in ritu Leodienſi Romano periti, quos deſuper conſului.

41. *Tranſlato Feſto, quoad ſolum Officium, in aliam diem, non transferuntur cum Officio Indulgentiæ, ſed hæ per ſe remanent affixæ diei, pro qua datæ ſunt.* Ita S. R. C. 30. Sept. 1679. Hoc poſtea confirmatum fuit per aliud 16. Jun. 1696., & 16. Sept. 1741. Excipiuntur ab hoc Decreto caſus, quibus ex ſpeciali Indulto Apoſtolico unà cum tranſlatione Officii transfertur & Indulgentia.

42. Tale Indultum ſpeciale explicitum habet Ordo utriuſque ſexus *Benedictinorum* pro Feſto *S. Benedicti*, quando illud poſt Dominicam *in Albis* transfertur. Ita conceſſit *Innocentius* XI. 29. Sept. 1679.

43. Item *RR. PP. Minimi* pro Feſto *S. Franciſci* de Paula, quando illud ſimiliter transfertur. Id indulſit *Gregorius* XIII., ut refert *Pyrrinus*, & *Verſaya* apud *Merati* ſect. 3. c. 10. n. 11. circa finem. Et RR. PP. Societatis *Jeſu*, dum ob Dominicam I. Adventûs transfertur Feſtum *S. Franciſci* Xaverii ex Indulto *Innocentii* X. 27. Octob. 1651., quod confirmavit *Clemens* XI. 24. Nov. 1702. Ita *La Croix* l. 6. n. 1357. fol. 778.

44. Indultum autem ſpeciale Apoſtolicum habetur implicitè, quando Feſtum *Annuntiationis B. V.* ſupra n. 22. 31. & 38. ſimul quoad Forum & Cho-

rum

14. At de Octava *SS. Sacramenti*, quæ *Bruxellis* in Julio, & *Amſtelodami*, in Quadrageſima celebratur, ſi infra eam Feſtum Duplex 1. vel 2. claſſis occurrat, non fit commemoratio in illorum Feſtorum Officio & Miſſa; quia dicta Octava non eſt ſpecialiter privilegiata, ſed eſt in omnibus communis cum aliis Octavis. Vide tit. III. n. 15. & 16.

15. Rubr. eod. n. 1. *Item quando infra Octavam Officium fit de Dominica*, non tantùm in die Dominicâ, ſed etiam extra eam (ùt aliquando fit infra Octavam *Nativitatis* & *Epiphaniæ* Domini) in Miſſa de Dominica fit commemoratio Octavæ; de die autem Octavâ ſemper fit commemoratio in Miſſa, quando de ea facta eſt commemoratio in Laudibus, eò quòd Officium fiat de Dominica privilegiatâ, aut de Duplici 1. vel 2. claſſis.

16. *In Feria VI. poſt Octavam Aſcenſionis Domini, ſi occurrat Feſtum* 9. *Lectionum*, licèt ſit Semiduplex tranſlatum, *facienda eſt in Miſſa commemoratio illius diei*, ſcilicet Feriæ VI. *niſi fuerit ex ſolemnioribus*, id eſt, 1. vel 2. claſſis, *juxta Rubricas* S. R. C. 4. Aprilis 1705.; tunc enim commemoratio Feriæ VI. in Miſſa de Feſto Duplici 1. vel 2. claſſis omittitur. Si autem illâ Feria VI. fiat de Feſto, & unà occurrat dies infra Octavam, commemoratio illius Feriæ VI. utpote dignioris (ùt in Rubricis Breviarii Romani probatur) in Miſſa Feſti præcedere debet commemorationem diei infra Octavam. Caſus erit 1761. 1788. in Prov. noſtra Saxoniæ S. Crucis.

17. Nota tamen ad n. 11., quòd, qui habent privilegium celebrandi in Quadrageſima Octavas, occurrente die infra Octavam in feriam IV. *Cinerum*, nullam poſſint in Miſſa illius Feriæ facere de illa Octavâ commemorationem. Ità S. R. C. 24. Jan. 1682. Similiter omittenda eſt commemoratio diei Octavæ in Miſſa Dom. *Paſſionis*, quando in eam

 cadit

2. Quia igitur, juxta Rubricas Breviarii Romani tit. XI. n. 4., nulla umquàm fit commemoratio de Simplici in Officio de Duplici 1. claſſ. ideò ſimiliter nec in Miſſa. Unde, dum ex ſpeciali Indulto fit in ſecunda Nativitatis Domini Miſſâ commemoratio *S. Anaſtaſiæ*, id non fit ex eò, quòd ſit Feſtum Simplex, ſed quòd illa 2. Miſſa *Romæ* in Eccleſia *S. Anaſtaſiæ* ſolebat celebrari.

3. Rubr. eod. n. 1. *De Feſto* itàque *Simplici fit commemoratio in Miſſa* tam principali, quàm privatâ, *quando de eo* Feſto Simplici *in Officio facta eſt* (intellige tamen Rubricam disjunctivè hoc modo: vel, nisi concurriſſet cum duplici 1. claſſis, facta fuiſſet) *commemoratio in primis Veſperis.*

4. Hinc ſequitur, quòd Feriâ IV. *Paſchæ*, & *Pentecoſtes* de Feſto Simplici, ſi tunc occurrat, fiat commemoratio in Miſſa, etiam principali, licèt de eodem Simplici, ob Duplex 1. claſſis præcedens, non fuerit facta commemoratio in 1. Veſperis. Idem eſt de ſimilibus. Et caſus perpetuus habetur annis ſingulis apud FF. Minores die 5. Octobris.

5. Rubr. eod. n. 1. *Quandò autem de eo* Feſto Simplici *fit commemoratio tantùm ad Laudes*, eò quòd Officium occurrens cum Simplici, ſit Duplex 2. claſſis (caſus eſt 25. Julii in Feſto S. Jacobi Apoſtoli) tunc *in Miſſa ſolemni non fit commemoratio de eo* Simplici, *ſed in Miſſis tantùm privatis.*

6. Rubr. eod. n. 1. *Excipitur* tamen, ab hac de Feſto Simplici Rubricâ *Dominica Palmarum*, & *Vigiliæ Pentecoſtes*, *in quibus* duobus diebus *nulla fit commemoratio*, *etiam in Miſſis privatis*, *de Feſto Simplici occurrente*, *licèt facta ſit in Officio*, ſcilicet in 1. Veſperis, & Laudibus. Et quidem in Vigilia *Pentecoſtes* fit inſuper 9. Lectio de Simplici occurrente, ſi propriam habeat. Ratio eſt, quia omnes in Dominica *Palmarum*, & in Vigilia *Pentecoſtes* Miſſæ ſunt quaſi ritû duplici 1. claſſis.

7. Se-

Miſſas proprias (hæc particula addita eſt ad excludendas Ferias Adventûs, quæ alioquin includerentur per particulam *Prædictis*, ſed modò excluduntur, quia non habent Miſſas proprias) *dicuntur* (dici debent) *duæ Miſſæ* Conventuales, *una de Feſto* occurrente, *alia de Feria* Quadrageſimæ, aut Quatuor Temporum, de *Rogationibus*, *&* de *Vigilia* reſpectivè occurrentibus *abſque ulla utriuſque commemoratione*.

22. In Miſſa tamen Conventuali, quæ eſt de Feſto, fit commemoratio de Octava, & de Simplici, ſi occurrant; & in Miſſa Conventuali de Feria Quadrageſimæ, vel Quatuor Temporum fit ſimiliter commemoratio de Vigilia, dum occurrit, ut fit, quando Vigilia *S. Mathiæ* in Quadrageſimam, & Vigilia *S. Matthæi & S. Thomæ* in Quatuor Tempora incidit, occurrente Feſto 9. Lectionum, ut clarè diſponit Rubrica Miſſalis ad diem 15. 16. & 19. Septembris.

23. Feriâ autem IV. Rogationum dicuntur tres Miſſæ Conventuales. Prima poſt Tertiam de Feſto, in qua fit commemoratio de Octava & Simplici, ſi occurrat; ſecunda de Vigilia poſt Sextam in colore Albo, & cum *Gloria*; & tertia Miſſa de Rogationibus ad Proceſſionem poſt Nonam. In 2. & 3. Miſſa Oratio 2. de Beata, 3. *Eccleſiæ* vel pro Papa.

24. Rubr. eod. n. 2. *In Feſtis tamen majoribus* I. *claſſis* in illorum Miſſa *nihil fit*, nec commemoratio, nec ultimum Evangelium, neque etiam 2. Miſſa Conventualis *de Vigilia occurrente*, *ut dictum eſt ſuprà* tit. III. n. 18. Hæc Rubrica non poteſt intelligi de Vigilia *Epiphaniæ*, ut tit. III. n. 26. dictum eſt.

25. Rubr. n. 3. *Quando infra Hebdomadam dicuntur* vel cantantur *Miſſæ Votivæ* communes (quæ non ſunt pro re gravi ex indictione Ordinarii) *poſt primam Orationem ſemper dicatur* (excipe tamen caſus num. ſeq.) *Oratio ejus*, *de quo fit Officium*, ſivè ſit Feſtum, ſivè ſit Feria etiam minor, *ut ſuprà* tit. IV.

n. 10.

11. Rubr. eod. n. 1. *De Octava* ſeu de die infra Octavam *fit commemoratio* in Miſſa, quando Officium fit de die infra Octavam, ſed Miſſa dicenda eſt de Vigilia, aut Feriâ occurrente. Vide tit III. n. 5.; vel *quando* Officium & Miſſa fit de die infra digniorem Octavam, aut quando *infra Octavam celebratur aliquod Feſtum, niſi illud Feſtum fuerit de exceptuatis in Rubrica Breviarii de commemorationibus.* Feſta autem *exceptuata*, in quorum Miſſa omittenda eſt commemoratio diei infra Octavam, hoc loco ſunt omnia & ſingula Feſta 1. & 2. claſſis, etiam tranſlata; non verò Dominicæ 1. vel 2. claſſis in Adventu, & à Dominica Septuageſimæ incluſivè uſque ad Dominicam Paſſionis excluſivè, quibus etiam Dominicis, quando Officium fit de Dominica, facienda eſt commemoratio Octavæ tunc occurrentis. Vide n. 17.

12. De Octava autem *Nativitatis* Domini, *Epiphania*, & *Corporis Chriſti* (intellige illam ſolùm de Corpore Chriſti Octavam, quæ celebratur in univerſa Eccleſiâ Feriâ V. poſt Dominicam *SS. Trinitatis*) ſemper fit commemoratio in Officio & Miſſa cujuſcumque Feſti, etiam 1. claſſis; infrà illas Octavas occurrentis. Ità apertè habet Rubrica poſt tabulam Occurrentiæ. In Miſſis tamen Votivis, quæ infrà illas Octavas pro re gravi licitè cantantur, omittenda eſt illarum Octavarum commemoratio. Vide tamen infrà tit. IX. n. 57. & ſeqq.

13. In Miſſis quoque *S. Joannis* Evangeliſtæ Dupl. 2. claſſis fit commemoratio Octavæ *S. Stephani*; & in Miſſis *SS. Innocentium* pariter Dupl. 2. claſſis fit commem. Octavarum *S. Stephani* & *S. Joannis*, idque ex ſpeciali Rubricâ; ſecùs ubi *S. Joannes*, vel *SS. Innocentes* ſunt *Titulus* vel *Patronus* ritu Dupl. 1. claſſis; tunc enim in illorum Feſto tantùm (non verò infra illorum Octavam) in Officio & Miſſa fit ſola commem. Octavæ *Nativitatis* Domini, omiſſis commemorationibus aliarum reſpectivè Octavarum.

14. At de Octava SS. *Sacramenti*, quæ *Bruxellis* in Julio, & *Amſtelodami*, in Quadrageſima celebratur, ſi infra eam Feſtum Duplex 1. vel 2. claſſis occurrat, non ſit commemoratio in illorum Feſtorum Officio & Miſſa; quia dicta Octava non eſt ſpecialiter privilegiata, ſed eſt in omnibus communis cum aliis Octavis. Vide tit. III. n. 15. & 16.

15. Rubr. eod. n. 1. *Item quando infra Octavam Officium fit de Dominica*, non tantùm in die Dominicâ, ſed etiam extra eam (ùt aliquando ſit infra Octavam *Nativitatis* & *Epiphaniæ* Domini) in Miſſa de Dominica fit commemoratio Octavæ; de die autem Octavâ ſemper fit commemoratio in Miſſa, quando de ea facta eſt commemoratio in Laudibus, eo quòd Officium fiat de Dominica privilegiatâ, aut de Duplici 1. vel 2. claſſis.

16. *In Feria VI. poſt Octavam Aſcenſionis Domini, ſi occurrat Feſtum 9. Lectionum*, licèt ſit Semiduplex tranſlatum, *facienda eſt in Miſſa commemoratio illius diei*, ſcilicet Feriæ VI. *niſi fuerit ex ſolemnioribus*, id eſt, 1. vel 2. claſſis, *juxta Rubricas*. S. R. C. 4. Aprilis 1705.; tunc enim commemoratio Feriæ VI. in Miſſa de Feſto Duplici 1. vel 2. claſſis omittitur. Si autem illâ Feria VI. fiat de Feſto, & unà occurrat dies infra Octavam, commemoratio illius Feriæ VI. utpote dignioris (ùt in Rubricis Breviarii Romani probatur) in Miſſa Feſti præcedere debet commemorationem diei infra Octavam. Caſus erit 1761. 1788. in Prov. noſtra Saxoniæ S. Crucis.

17. Nota tamen ad n. 11. quòd qui habent privilegium celebrandi in Quadrageſima Octavas, occurrente die infra Octavam in feriam IV. *Cinerum*, nullam poſſint in Miſſa illius Feriæ facere de illa Octavâ commemorationem. Ità S. R. C. 24. Jan. 1682. Similiter omittenda eſt commemoratio diei Octavæ in Miſſa Dom. *Paſſionis*, quando in eam

cadit dies infra Octavam, quæ ſpecialiter tunc indulta eſt, V. G. de *S. Benedicto* pro *Benedictinis*, vel de Venerabili *Amſtelodami*. Ità S. R. C. 23. Junii 1736.

18. Dum verò una ex prioribus Quadrageſimæ Dominicis incidit infra prædictas Octavas, vel in ipſam diem Octavam, tunc in Miſſis illius Dominicæ fit commemoratio Octavæ; quia priores Dominicæ non ſunt per præfatum Decretum exceptæ, ſed ſola Dominica *Paſſionis*. Hoc notetur pro Octava de Venerabili *Amſtelodami*.

19. Rubr. n. 2. *De Feria* in omni Miſſa *fit commemoratio* 1. *in Adventu:* 2. in *Quadrageſima*, 3. in *Quatuor Temporibus*, 4. in *Rogationibus*, & 5. in *Vigiliis* (etiam quæ occurrunt in Adventu, in Quadrageſima & Quat. Temporibus, licèt tunc de Vigilia nihil fiat in Officio) *quando Miſſa dicenda eſt de Feſto* quocumque, etiam 1. claſſis, *illis* 5. *Temporibus* jam enumeratis *occurrente*; de Vigilia tamen occurrente in Feſto 1. claſſ. vide n. 24.

20. Sub iis in *Rogationibus* intelliguntur non tantùm Feria II. ſed & Feria III. & IV. Rogationum; nam ſic illa vox in Rubricis ſemper & ubique accipitur, niſi expreſſè reſtringatur ad ſolam Feriam II. Rogationum ut fit ſuprà tit. III. n. 5. Et Miſſale Romanum Feriâ II. Rogationum id clarè exponit, dicens: *In Feriis* (nota plurale) *Rogationum in Miſſis privatis, ſi dicitur* Miſſa *de Sancto, fit commemoratio Rogationum*; hinc Rituaiſtæ omnes, vi hujus utriuſque Rubricæ, ponunt etiam Feriâ III. & IV. Rogationum in Miſſa privatâ de Feſto, etiam 1. claſſis, commemorationem de Rogationibus. Et nullibi aliqua fit exceptio, ſicut exceptio fit de Vigilia cadente in Feſtum 1. claſſis infrà n. 24., & ſuprà tit. III. n. 18.

21. Rubr. eod. n. 2. *Sed in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Feriis, Rogationibus, & Vigiliis prædictis, quæ habent*

Miſſas proprias (hæc particula addita eſt ad excludendas Ferias Adventûs, quæ alioquin includerentur per particulam *Prædictis*, ſed modò excluduntur, quia non habent Miſſas proprias) *dicuntur* (dici debent) *duæ Miſſæ* Conventuales, *una de Feſto* occurrente, *alia de Feria* Quadrageſimæ, aut Quatuor Temporum, *de Rogationibus*, *&* de *Vigilia* reſpectivè occurrentibus *abſque ulla utrorumque commemoratione*.

22. In Miſſa tamen Conventuali, quæ eſt de Feſto, fit commemoratio de Octava, & de Simplici, ſi occurrant; & in Miſſa Conventuali de Feria Quadrageſimæ, vel Quatuor Temporum fit ſimiliter commemoratio de Vigilia, dum occurrit, ut fit, quandò Vigilia *S. Mathiæ* in Quadrageſimam, & Vigilia *S. Matthæi & S. Thomæ* in Quatuor Tempora incidit, occurrente Feſto 9. Lectionum, ut clarè diſponit Rubrica Miſſalis ad diem 15. 16. & 19. Septembris.

23. Feriâ autem IV. Rogationum dicuntur tres Miſſæ Conventuales. Prima poſt Tertiam de Feſto, in qua fit commemoratio de Octava & Simplici, ſi occurrat; ſecunda de Vigilia poſt Sextam in colore Albo, & cum *Gloria*; & tertia Miſſa de Rogationibus ad Proceſſionem poſt Nonam. In 2. & 3. Miſſa Oratio 2. de Beata, 3. *Eccleſiæ* vel pro Papa.

24. Rubr. eod. n. 2. *In Feſtis tamen majoribus* I. *claſſis* in illorum Miſſa *nihil fit*, nec commemoratio, nec ultimum Evangelium, neque etiam 2. Miſſa Conventualis *de Vigilia occurrente*, *ut dictum eſt ſuprà* tit. III. n. 18. Hæc Rubrica non poteſt intelligi do Vigilia *Epiphaniæ*, ut tit. III. n. 26. dictum eſt.

25. Rubr. n. 3. *Quando infra Hebdomadam dicuntur* vel cantantur *Miſſæ Votivæ* communes (quæ non ſunt pro re gravi ex indictione Ordinarii) *poſt primam Orationem ſemper dicatur* (excipe tamen caſus num. ſeq.) *Oratio ejus, de quo fit Officium*, ſivè ſit Feſtum, ſivè ſit Feria etiam minor, *ut ſuprà* tit. IV. n. 10.

n. 10. & 11. *explicatum eſt in propria Rubricâ.* De tertia & aliis Orationibus infrà tit. IX. n. 79.

26. Caſus, qui excipitur, eſt, dum Miſſa Votiva dicitur de ſolo *S. Petro*, V. G. de ejus Cathedrâ &c., vel de ſolo *S. Paulo*, V. G. de ejus Converſione; tunc enim Oratio 2. dicitur de *S. Paulo* vel *S. Petro* reſpectivè, quia hi in Officio & Miſſâ numquàm ſeparantur. Ità *Gavantus*, *Byſſus*, *Haggerer*, *Merati*, &c. Idem eſt de *S. Joſeph* infrà n. 29.; & in hoc caſu Oratio tertia in illis Miſſis Votivis dicitur de eo, de quo factum eſt Officium.

27. Inſuper ſpeciale eſt Feriæ III. Rogationum, quòd, dum de ea, nullo Feſto 9. vel 3. Lectionum occurrente, fit Officium, in Miſſa Votivâ 2. Oratio ſit dicenda ex Miſſa de Rogationibus, & 3. Oratio non de Dominica præc., ſed de Beata. Et *dum præter Miſſam Conventualem cantatur Miſſa Votiva ex fundatione*, vel alio titulo, *in hac Miſſa non debet* (non poteſt) *fieri commemoratio Feſti, de quo cantatur Miſſa Conventualis*, ſed Or. 2. & 3. erit dicenda ratione temporis. S. R. C. 23. Jun. 1736. Vide tit. IX. n. 56.

28. Rubr. n. 4. *Quando in Miſſa de Feſto fit commemoratio de Feria Quat. Temporum, pro Feriæ commemoratione dicitur prima Oratio*, quæ immediatè poſt *Kyrie eleiſon* ponitur, non verò ultima, quæ habetur poſt *Dominus vobiſcum*. Rationem reddit Rubrica: *Quia* (quia) prima illa Oratio *concordat cum Officio*.

29. Rubr. n. 5. *In faciendis commemorationibus talis ſervetur ordo in Miſſa, ut ad Laudes ſervari debuit in Breviario*; proinde 1. loco ante omnes alias facienda eſt commemoratio de *S. Petro* & *S. Paulo* ſuprà n. 26. Idem dicendum de commem. *S. Joſephi*, dum Officium & Miſſa fit de *Deſponſatione B. V.* apud eos, qui habent privilegium dictam commem. addendi in Officio & Miſſa de *Deſponſatione*; deinde fit commemoratio de die Octavâ unâ aut multiplici

occurrente

occurrente ſecundùm ordinem dignitatis Octavarum.

30. Pone ergò caſum, quòd Dominicâ 3. Adventûs occurrat dies Octava Immaculatæ Conceptionis B. V. (ubi Feſtum illud tantùm eſt Duplex 2. claſſis) & ſimul dies Octava Dedicationis, vel Patroni propriæ Eccleſiæ, cujus Feſtum fuit Duplex 1. claſſis; in Miſſa de Dominica 3. Adventûs Oratio 2. erit de die Octava Dedicationis aut Patroni, Oratio 3. de die Octavâ Immaculatæ Conceptionis. Sic ſimiliter ordo commemorationis fieri debet infra Octavam. Ità colligitur ex S. R. C. Decreto 19. Junii 1700. apud *Merati* in Indice n. 215.

31. Rubr. eod. n. 5. *De Dominica occurrente* (ut jacet) fit commemoratio in Miſſa poſt diem Octavam, ſi hæc occurrat, ſed *ante diem infra* quamcumque *Octavam*. Pone tamen caſum, quòd, dum ante Septuageſimam, vel ante Dominicam ultimam poſt Pentecoſten faciendum eſſet Officium Dominicæ anticipatæ, occurrat Feſtum Duplex, & unà ſit infra Octavam, V. G. Dedicationis, Miſſa fiet de Feſto cum commemoratione diei infra Octavam, & deinde Dominicæ anticipatæ, utpote de qua *merè ferialiter* fieri deberet Officium, & Miſſa.

32. Rubr. eod. n. 5. *De die infra Octavam* fit in Miſſa commemoratio *ante quaſcumque Ferias prædictas* ſuprà n. 29. Notandum hîc, quòd commemoratio *Sancti Semiduplicis*, de quo n. 8. tam in Officio, quàm in Miſſa, ſit ponenda ante commemorationem diei infra Octavam, ſi ſolam Corporis Chriſti Octavam, quæ celebratur Feriâ V. poſt Feſtum SS. Trinitatis, excipeis. Ratio eſt; quia de iis Sanctis fit commemoratio etiam in 2. Veſperis; adeoque *ut in Semiduplicibus*; nam *de Simplicibus* numquàm fit commem. in 2. Veſp. quia eorum Officium terminatur ad Nonam. S. R. C. 8. Mart. 1738.

33. Semiduplex autem occurrens cedit quidem

diei

diei infra præfatam Corporis Chriſti Octavam; non verò diebus infra alias Octavas, etiam Nativitatis Domini, utpote infra quam fit de Semiduplici occurrente. Hinc, ſi S. Thomas Cantuar. Semidupl. cadat in Dominicam, & Feria ſecunda ſubſequens ſit impedita Feſto 9. Lectionum, de S. Thoma fiet commemoratio in Dominica ante commemorationem Octavæ Nativitatis Domini.

34. Rubr. eod. n. 5. *De Feriis 5. prædictis* n. 19. fit commemoratio in Miſſa *ante Feſtum Simplex*: proinde vi hujus Rubricæ debet in Miſſis privatis, quæ Feriâ III. & IV. Rogat. fiunt de Feſto occurrente, fieri commemoratio Rogationum ante commemorationem Feſti Simplicis, ſi occurrat. Vide tamen infrà n. 48. Item vi ejuſdem Rubricæ debet in Adventu in Miſſa de Feſto fieri commemoratio Feriæ, dein Vigiliæ, & tunc Feſti Simplicis. Aliquando hæc ſimul occurrunt 29. Novembris. Vide n. 43.

35. Rubr. eod. n. 5. *De feſto Simplici* in Miſſa de Duplici, Semiduplici aut Simplici digniore, &c. fit commemoratio *antè*, id eſt immediatè ante (quia Rubrica Miſſalis nullibi vult aliquam commemorationem mediare) *Orationes quæ ſecundo vel tertio loco dicendæ aſſignantur* infrà tit. IX. n. 5. & ſeqq.

36. Nota hoc loco ſequens Decretum: *Quandò occurrit fieri* apud FF. Minores Officium & Miſſa *de SS. Stigmatibus infra annum* ſub ritu Semiduplici, *& in eo cadit Feſtum Simplex, priùs fit commemoratio Feſti Simplicis, & dèpoſt*, ſimiliter per modum Simplicis, *S. Dominici*. S. R. C. 16. Septemb. 1698.

37. Rubr. eod. n. 5. *Et hæ* commemorationes 2. & 3. loco per Rubricas Miſſalis Romani aſſignatæ *dicantur ante Orationes Votivas*, quales ſunt, quæ vel de Venerabili, ratione expoſiti SS. Sacramenti, vel pro Rege, ſerenitate aëris, pro pace, &c., præſcribuntur dici poſt alias Orationes de præcepto, vel

quæ

quæ ab ipſo Sacerdote in Miſſis de Feſto Simplici, de Feria, aut Votivis ordinariis pro ejus libitu uſque ad ſeptem liberè aſſumentur.

38. Rubr. eod. n. 5. *In quibus Votivis* Orationibus dicendis *ſervetur deinde* inter ſe *dignitas Orationum*, *ut de SS. Trinitate*, *de Spiritu S. de SS. Sacramento* Euchariſtiæ, *de S. Cruce*, & de aliis Feſtis Domini Orationes Votivæ in Miſſa dicantur *ante Votivam* Orationem *de B. Maria*; *&* hæc ante illam *de Angelis*, *&* de *S. Joanne Bapt.* ac de *S. Joſepho*, iſtæ pariter *ante Apoſtolos & Evangeliſtas*, *&* *ſimiliter in aliis*, ſcilicet Martyres ante Confeſſores, &c.

39. Ex hac Rubrica ſufficienter patet, quòd, quamvis tam Oratio Votiva de Venerabili, quàm Oratio Votiva pro Rege, pro ſerenitate aëris, &c. dicendæ ſint *poſt omnes alias* ex Rubricis *de præcepto*, ut tit. IX. ampliùs patebit; tamen quando utraque ſimul in eadem Miſſa occurrit (poſt omnes alias ex Rubricis de præcepto) dicendæ, tunc Oratio Votiva de SS. Sacramento, ratione Venerabilis patenter expoſiti dici debeat ante Orationes Votivas pro Rege, pro pace, &c. Ratio eſt; tum quòd Votiva de SS. Sacramento dignior ſit, & illa pro Rege, pro pace, &c. minùs digna; tum quòd prior ſit à Pontifice per legem pro univerſali Eccleſia ad ſemper indicta, illæ autem pro Rege, pro pace, &c. ſint ab Ordinario pro particulari Diœceſi aut loco, per mandatum ad tempus præſcriptæ; atque ità de facto, ut paſſim, practicatur ubique.

40. Hactenus hoc loco dicta intelligenda ſunt de Orationibus Votivis dicendis *poſt omnes alias* ex Rubricis *de præcepto*. Si autem Oratio Votiva præſcribatur vel in loco Miſſæ Votivæ, vel ob aliud grave motivum unienda cum Oratione principali Miſſæ ſub una concluſione, idque licèt adhuc aliæ in eadem Miſſa ſub diverſa concluſione de præcepto ſint dicendæ,

dæ, tunc Oratio illa Votiva, quæ ut dignior dicitur ante Votivam de Venerabili dicendam, tunc poſt omnes alias Orationes de præcepto.

41. Sic, ubi in Feſto *S. Stephani* Mart. dupl. 2. claſſ. 26. Decembr. eſt ſecunda dies precum 40. Horarum, cum Miſſa Votiva de pace ob Duplex 2. claſſis occurrens non poſſit dici, in Miſſa ſolemni Orationi *S. Stephani* unitur Oratio de pace ſub una concluſione, deinde ſub diſtincta concluſione commemoratio Octavæ *Nativitatis* Domini, cui additur Votiva de SS. Sacramento ob expoſitum Venerabile. Vide tit. IX. [illegible]

42. In Dominica Quinquageſimæ expoſitum eſt Venerabile in Eccleſia A. ratione primæ diei precum 40. Horarum: At in Eccleſia B. eſt expoſitum SS. Sacramentum ratione alicujus Indulgentiæ communis; in priori caſu Oratio Votiva de SS. Sacramento debet in Miſſa ſolemni uniri Orationi Dominicæ ſub una concluſione, deinde ſub diſtincta concluſione dicenda eſt Oratio 2., quæ ordinarie eſt *A cunctis*, & tertia ad libitum; In 2. caſu Oratio de Venerabili dicenda eſt poſt 3. Orationem ad libitum.

43. Contingit, currente littera Dominicali B. vel C., quod Vigilia *S. Andreæ* Apoſt. cadat in Adventum. Si illa die occurrat Feſtum Duplex, aut Semiduplex, debet in Miſſa Feſti fieri commemoratio Feriæ Adventus, ac Vigiliæ *S. Andreæ* (de qua tamen nil factum eſt in Officio) & *S. Saturnini* M. Simplicis; Sed quo ordine? Vide n. 34. Ritua√iſtæ tamen ſuis in Directoriis 29. Novembr. pro (ubi caſus contingebat) habent tres diverſas [illegible]

In Miſſa	1. *Feriæ*,	*Vigiliæ*, *Simplicis*.
De Feſto	2. *Feriæ*,	*Simplicis*, *Vigiliæ*.
Commem.	3. *Vigiliæ*,	*Feriæ*, *Simplicis*.

Caſus item contingere [illegible], quando Littera Dominicalis eſt B. vel C. Ubi autem tunc

major inter Rituales habeatur conformitas, videtur juxta 1. & 2. viam commemoratio Feriæ Adventus præferenda 1. loco ante commemorationem Vigiliæ. Etenim hæc Feria ſimpliciter dignior eſt Vigilia, nam in occurrentia utriuſque (ſi non occurrat Feſtum 9. Lectionum) Officium fit de Feria. Vide tit. III. n. 17. 27. 29. ubi datur ratio (& ſic tacite occurritur objectioni) cur, dum Officium fit de Feria Adventus aut Quat. Temp. occurrente tunc Vigilia, Miſſa fieri debeat de Vigilia, & non de Feria.

Confirm. Quia 14. Auguſti, ſi nullum occurrat Feſtum 9. Lectionum, Officium fit de die infra Octavam S. Laurentii, ſed Miſſa dicuntur de Vigilia cum commemoratione Octavæ: ſi tamen 14. Auguſti occurreret Feſtum 9. Lectionum, in Miſſa de Feſto fieret commemoratio de Octava ante commemorationem Vigiliæ. Ita Rubrica Miſſalis ad 14. Auguſti: item ad 28. Julii; proinde ſic fieri debet in noſtro caſu. Sic argumentantur Gavantus, Merati, Pitt., Byſſus, Cuſtius, &c.

44. Quod commemoratio Vigiliæ in caſu non debeat poſt commemorationem Feſti Simplicis, docent quidem illi, qui, duce Gavanto apud Merati p. 1. tit. 3. ante n. 6. ſecuti ſunt viam ſecundam, quorum ratio eſt, quia in Miſſa dignior, adeoque præferenda eſt Oratio, quæ ultima in Officio præ illa, de qua nihil factum eſt in Officio.

45. At oppoſitum cum via 1. & 3. apparet conformius Rubricis Miſſalis, quæ ſupra n. 34. ſimpliciter dicunt, quod de quinque illis Feriis ſupra n. 18. enumeratis (ſcilicet Adventus, Quadrageſimæ, Quat. Temporum, in Rogationibus, & Vigiliis) fiat in Miſſa commemoratio ante Feſtum Simplex.

46. Et ſupra n. 35. præſcribitur, quod inter commemorationem de Simplici, & inter illam, quæ 2. & 3. loco ponenda eſt, non datur media; proinde

inde

inde quòd commemoratio de Simplici ratione occurrentiæ ultimum habeat in Miſſa locum. Hinc, cùm Rubrica nullibi diſtinguat quoad præferentiam commemorationis in Miſſa faciendæ inter Vigiliam, quæ habet commemorationem in Officio, & inter Vigiliam, quæ, ob occurrentiam Feriæ majoris, per accidens non habet eam commemorationem in Officio, nec nos diſtinguere debemus.

47. Accedit, quòd in Cathedralibus & Collegiatis, cantatâ Miſſâ de Feſto, etiam de illa Vigiliâ dicatur integra Miſſa Conventualis, ſuprà n. 21.; at de Simplici fit ſola commemoratio in Miſſa de Feſto.

48. Alia difficultas eſt, an Feriâ III. & IV. Rogationum (de Feria II. omnes conveniunt,) in Miſſa de Feſto (ſecluſo *Duplici 1. claſſis*, quia tunc omittitur commemoratio de Simplici ſuprà n. 29. & ponitur ſola commemoratio de Rogationibus) commemoratio Rogationum debeat poni ante, vel poſt commemorationem de Simplici? Ultimum, ſcilicet *Poſt*, tenent *Gavantus* & *Merati* p. IV. tit. XI. n. 14. ob rationem ſuprà n. 44. & ſequuntur varii Ritualiſtæ.

49. Alii tamen ſuſtinent primum, ſcilicet *Ante*, ob dicta ſuprà n. 29. 34. & 45. ubi Rubrica videtur clarè ſtatuere, quòd de Rogationibus debeat fieri commemoratio in Miſſa ante commemorationem Simplicis, & quòd Oratio 2. & 3. loco ponenda debeat ſequi (utique immediatè) poſt Orationem Feſti Simplicis, quod alioquin non fieret; pone enim, quòd Feriâ IV. Rogationum fiat Officium de Vigilia, & occurrat Feſtum Simplex.

50. Hoc in ſuppoſito Miſſæ privatæ erunt de Vigilia, in qua, ſi dicantur (ut dici poſſunt) quinque Orationes, tunc ſecunda erit de Simplici (ut volunt *Gavantus* & *Merati*) tertia erit de Rogationibus, quarta de Beata, quinta *Eccleſiæ* vel Papa. Ubi apertè videtur agi contra Rubricas, quæ præſcribunt,

bunt, quòd commemoratio de Simplici fieri debeat (immediatè) ante commemorationes 2. & 3. loco ponendas, quod hoc in caſu non fit.

51. Sed in oppoſitum videtur facere: *Si in Feria III. Rogationum occurrat* ſolummodò *Feſtum Simplex*, de eo fiet totum Officium, prout & omnes Miſſæ privatæ cum commemoratione Rogationum; poſſunt etiam Miſſæ privatæ eſſe de Rogationibus cum commemoratione Simplicis.

52. Accedit; ſi quis in caſu numeri præc. illâ die privatim legeret Miſſam Votivam, deberet 2. Oratio eſſe de Simplici, *de quo factum eſt Officium*: ità expreſſis terminis Rubrica ſuprà n. 25., & habetur clarè in Rubrica ſuprà tit. III. n. 10. & 11. Oratio autem 3. deberet eſſe de Rogationibus.

53. Cùm itaque in Miſſa Votivâ, de qua n. præc., Oratio de Simplici occurrente, de quo fit Officium, ponenda ſit 2. loco, & illa de Rogationibus 3. loco; id proinde & in Miſſa de Feſto fieri debebit. Atque hæc eſt communior praxis. Interim quiſque teneat, quod Rubricis judicat conformius eſſe.

54. Rubr. n. 6. *Si facienda ſit* in Miſſa occurrente *commemoratio pro Defunctis* (de quo tit. V. n. 3.) hæc commemoratio *ſemper* (nullibi caſus excipitur) *ponitur penultimo loco*. Sæpius, dum Miſſa fit de Feria, vel Simplici, in Directoriis legitur: *In Miſſa Oratio 2. FIDELIUM 3. A CUNCTIS*, vel alia. Id intelligendum eſt, dum Celebrans tres tantùm Orationes intendit dicere in Miſſa de Feria aut Simplici; ſi autem intendat 5. Orationes dicere, vel 7. (tot enim poſſe dici in Miſſis de Feria vel Simplici patebit tit. IX.) tunc ità ſuas debet dirigere Orationes, ut ſemper *penultima* ſit *Fidelium* pro Defunctis.

55. Ex hac Rubrica evidenter ſequitur, quòd Oratio pro Defunctis non poſſit addi in Miſſa *de Duplici*, ſicut aliqui id abuſivè ſolebant facere, præ-

ſertim, dum Altari in nigris conſtituto, & præſentibus Amicis, legitur Miſſa de Duplici. Ratio eſt; quia in Miſſa de Duplici, per ſe loquendo, tantùm dici poteſt una Oratio ſuprà tit. I. n. 3., & infrà tit. IX. n. 4.; proinde deberet Oratio pro Defunctis, ſi adderetur in Miſſa *de Duplici*, per ſe poni ultimo loco, quod eſt manifeſtè contra hanc Rubricam: *Semper ponitur penultimo loco.*

56. Rubr. eod. n. 6. *In Miſſis Defunctorum nulla* umquàm *ſit commemoratio pro vivis, etiamſi Oratio eſſet communis pro vivis & defunctis*, qualis eſt hæc: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum, &c.*, quam *Innocentius* III. conceſſerat dici in Miſſis etiam Defunctorum; ſed hæc conceſſio eſt per hanc Rubricam revocata: & in Miſſis Defunctorum ſatis pro vivis proviſum eſt in priori Memento.

57. Rubr. n. 7. *Quando dicuntur plures Orationes, prima tantùm, & ultima cum ſua concluſione terminantur.* Hæc Rubrica eſt generalis, & locum habet tam in Miſſis ſolemnibus, quàm privatis. In nonnullis tamen caſibus, de quibus in Append. ad tit. IV. n. 13., & ampliùs agetur tit. IX. n. 62. & ſeqq., Orationi Miſſæ addenda eſt alia Oratio ſub una concluſione: deinde aliæ ſub diſtincta concluſione, ſi quæ ulteriùs ſint dicendæ.

58. Rubr. eod. n. 7. *Et ante* 1. & 2. *Orationem tantùm* (dum hæc ſecunda eſt dicenda ſub diverſa concluſione, prout in Miſſis privatis ſemper eſt dicenda) *dicitur* (debet dici) OREMUS. Excipe Miſſas de Feriâ IV. & Sabbato Quat. Temporum, & Feriâ IV. tam ante Dominicam Paſſionis, quàm Hebdomadæ S., in quibus pluries dicitur *Oremus*. Item excipe Miſſas de Feriis Quadrageſimæ, in quibus poſt ultimam Poſt-communionem ſimiliter dicitur *Oremus*, addendo: *Humiliate capita veſtra Deo.* Hæ exceptiones patent ex Rubricis particularibus proprio loco.

59. Rubr.

59. Rub. eod. n. 7. *Ante primam* Orationem *dicitur etiam: DOMINUS VOBISCUM.* Excipe ſimiliter Miſſas n. præc. exceptas, in quibus immediatè poſt *Kyrie eleiſon* dicitur prima Oratio, & poſt ultimam tantùm Lectionem dicitur: *Dominus Vobiſcum*; ſed Feriâ IV. & Sabb. Pentecoſtes priùs *Gloria*.

60. Rubr. n. 8. *Cùm verò dicuntur plures in Miſſa Orationes, & una Oratio*, poſteriùs dicenda, *eadem ſit cum alia ibidem* in eadem Miſſâ priùs *dicendâ*, *Oratio hujuſmodi* poſteriùs dicenda, *illa ſcilicet* tantùm, *quæ eadem eſt, non* verò *alia*, *commutetur cum alia de communi vel proprio, quæ ſit diverſa.*

61. Et ſic, dum dies 23. Julii incidit in Sabbatum (Litterâ Dominicali exiſtente B.) Oratio *S. Liberii* (quæ eſt eadem cum Oratione Vigiliæ *S. Jacobi*) in Laudibus (non verò in 1. Veſperis) & in Miſſa ante Epiſtolam (non verò in Secreta & Poſtcommunione) mutatur in hanc: *Exaudi, Quæſumus.*

62. Rubr. eod. n. 8. *Idem ſervetur in Secretis*, ſi Secreta poſteriùs dicenda ſit eadem cum Secreta priùs dicenda. Sic *ſi Dominica Septuageſima* (ait Rubrica ibidem poſt Secretam Miſſæ poſita) *venerit ante Feſtum Purificationis, vel ipſa die Purificationis, Secreta de S. Maria erit TUA DOMINE, ut in ejuſdem Miſſa Votivâ*; quia ſcilicet alioquin Secreta de *S. Maria* coincideret cum Secreta Dominicæ.

63. Sic pariter 19. Januar. in Miſſa *S. Canuti Mart.* Semid. Secreta eſt eadem cum ea de *S. Maria*; proin tunc, & idem eſt practicandum. Concludit Rubrica: *Et in Orationibus poſt Communionem* idem ſervetur in caſu occurrentia.

TITULUS OCTAVUS
DE INTROITU, *KYRIE ELEISON* ET *GLORIA IN EXCELSIS.*

1. JAm aggredimur partes integrales Miſſæ, ait *Gavantus*, quarum primam Rubrica ponit *Introitum*; quia quæ ante gradus Altaris modò dicuntur, in variis Eccleſiis ſunt diverſa, & non ſunt partes Miſſæ, ait *Soto* 4. diſt. 13. q. 2. a 4. *Innocentius* III. quoque lib. 2. c. 13. afferit: Sacerdos *ad Altare perveniens*, ANTEQUAM ORDIATUR *Sacrum* Miſſæ *Officium* ſeu Sacrificium, *de peccatis ſuis cum aſtantibus confitebatur.*

2. Plerique in Miſſali Introitus ſunt deprompti ex Pſalmis, qui ſunt ex interpretatione, quæ ante *S. Hieronymi* ætatem, ab ipſo tamen curſim emendata, adhibebatur, & à Patribus vocatur *Itala*, quâ etiam nunc utuntur *Ambroſiani*, & Clerus *Baſilicæ Vaticanæ.* Pauciores Introitus ſunt ex aliis S. Scripturæ locis; pauciſſimi verò extra S. Scripturam Canonicam; ſic Feria III. poſt Pentecoſten Introitus eſt ex libro IV. *Eſdræ cap.* 2.

3. Author Introitûs Miſſæ in Feſto *SS. Trinitatis* (quoad priorem ſui partem, ſcilicet quoad hæc verba: *Benedicta ſit S. Trinitas, atque indiviſa unitas*) Aſſumptionis *B. Mariæ Virg.*, & omnium Sanctorum, qui eſt: *Gaudeamus*; in Miſſali non exprimitur, nec illum alibi reperire potui. Introitus: *Salve ſancta Parens*, qui dicitur in variis *B. Mariæ* Miſſis, in Miſſali adſcribitur *Sedulio*, qui pronomine vocatur *Cælius*, & obiit anno Æræ vulgaris 430. Exſtat in Hymnario ad calcem Pſalterii *Thomaſii.*

4. Rubr. n. 1. *Introitus* (qui Sabbato ſancto non dicitur, prout nec in Vigilia Pentecoſtes in Miſſa

Con-

Conventuali poſt Litanias) *ſemper eodem modo dicitur cum GLORIA PATRI, ùt in Ordinario* (vide Miſſale, Dominicâ 1. Adventûs) *præterquàm tempore Paſſionis* in Miſſis de Tempore tantùm, *& in Miſſis Defunctorum*, quæ per totum annum dicuntur;

5. Nam in illis Miſſis ad Introitum omittitur *Gloria Patri*, &, finito Pſalmi Verſu, Introitus uſque ad dictum Verſum repetitur, *ùt etiam* (ait Rubrica) *ibi*, id eſt, in Miſſali ad Dominicam Paſſionis, & ad Miſſas Defunctorum, *annotatum eſt*.

6. Dictum eſt n. 4. *In Miſſis de Tempore tantùm*; nam in Miſſis de Feſto, & in Votivis, etiam de Paſſione Domini, & de ſeptem Doloribus B. M. V. (ùt colligitur ex S. R. C. Decreto 31. Auguſti 1669. apud *Merati* in Indice n. 440.) ad Introitum tempore Paſſionis dicitur *Gloria patri*.

7. Rubr. n. 2. *Kyrie eleiſon* Græcè eſt idem, quod Latinè *Domine miſerere*. Quis illud ab Oriente in Occidentem invexerit, Viri docti diſputant, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 4. n. 7. Dictum *Kyrie* in Miſſa uſurpatum fuiſſe ſæculo VI., & quidem ante *S. Gregorium* annis ſexaginta, conſtat ex Concilio *Vaſtenſi* anno 529.

8. Adhibetur autem in Miſſa vox illa Græca, proùt & quædam Hebraicæ voces, ùt *Amen, Alleluja, Sabahot, Hoſanna*, ut eadem ſignificetur eſſe Eccleſia primùm ex Hebræis & Græcis, ac deinde ex Latinis populis conflata.

9. Olim non erat præfinitum, quoties in Miſſa *Kyrie Eleiſon* eſſet dicendum, ſed repetebatur (ait *Martenne*) *donec ſubſiſtendum Celebrans innuiſſet*. Et in iis Miſſis *Kyrie Eleiſon* omittebatur, quæ poſt Litanias die 25. Aprilis, & triduo Rogationum ad Proceſſionem celebrabantur, in quibus illud *Kyrie* jam anteà dictum erat in Litaniis præcedentibus.

10. Nunc autem in illis Litaniarum Miſſis, pro-

ut & in omnibus aliis (ait Rubrica eod. n. 2.) *dicitur* tantùm *novies poſt Introitum* Miſſæ *alternatim cum Miniſtro, id eſt, ter* KYRIE ELEISON, illud dirigendo ad patrem; *ter* CHRISTE ELEISON, illud dirigendo ad Filium; & *ter* KYRIE ELEISON, illud dirigendo ad Spiritum ſanctum. Ità *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 4. (quod priùs notaverat *Innocentius* III.) ad ſignificandum, quòd omnes Perſonæ ſint in ſe invicem.

11. Rubr. n. 3. Hymnus *Gloria in excelſis* (quem Græci *Doxologiam* vocant) quoad ſui initium è cælo ad nos Angelorum voce derivatus eſt. Cætera, quis addiderit, ait Cardinalis *Bona*, incertum eſt. Olim cantabatur in ſola Miſſâ Nativitatis Domini: poſteà illum Dominicis, & Feſtis ſolemnibus ſolus recitabat Epiſcopus; Presbyteri autem in die Paſchatis tantùm. Verùmtamen paulò poſt ſæculum X. Presbyteris eumdem recitare licuit in Miſſis nonnullis per annum. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà n. 15.

12. Nunc autem, ait Rubrica eod. n. 3., *GLORIA IN EXCELSIS dicitur in* Miſſa, *quandocumque in Matutino dictus eſt Hymnus* TE DEUM, *præterquàm in Miſſa Feriæ V. in Cœna Domini, & Sabbati ſancti, in quibus* GLORIA IN EXCELSIS *dicitur, quamvis in Officio non ſit dictum* TE DEUM.

13. Ab hac Rubrica excipitur caſus, quo Miſſa, quæ difformis eſt Officio, à Rubricis dicenda præſcribitur in colore Violaceo. Sic *Gloria* omittitur, quoties, dicto in Officio *Te Deum*, Miſſa eſt celebranda de Rogationibus, de Quat. Temporibus, & Vigiliis, de quibus, ſuprà toto tit. III. In Miſſis tamen Vigiliarum Epiphaniæ, Aſcenſionis Dom., & Pentecoſtes, prout & Quat. Temporum Pentecoſtes, dicitur: *Gloria*, quia dicuntur Feſtivè in colore Albo vel Rubro, & in Officio dictum eſt: *Te Deum*.

14. Rubr.

14. Rubr. n. 4. *In Miſſis* quoque *Votivis* communibus (quæ non ſunt ab Ordinario pro re gravi indictæ, de quibus ſuprà tit. IV. & VI.) tàm privatis, quàm cantatis, etiam cùm expoſitione SS. Sacramenti, *non dicitur* (non poteſt dici) *Gloria*, idque licèt *etiam* Miſſæ illæ Votivæ *tempore Paſchali*; vel de Titulo Eccleſiæ, aut Patrono Loci (S. R. C. 2. Decemb. 1684.) dicantur, *vel infra* quaſcumque *Octavas*, idque ſivè illæ Octavæ ſint de Domino, vel de Beata, ſivè de aliis Sanctis, etiamſi *de Domino*, vel de *B. Maria*, aut aliis Sanctis cantetur *Miſſa Votiva* communis infra proprias ipſorum reſpectivè Octavas. S. R. C. 2. Decemb. 1684.

15. Hinc qui infra Octavam, V. G. Immaculatæ Conceptionis in Feſto *S. Damaſi* Semidupl., legit aut cantat Votivam de dicta Immaculatâ Conceptione; dicet quidem Miſſam de Octava, ſed more Votivo; adeòque extra Sabbatum (ob dicenda n. 17.) dicet eam ſinè *Gloria in excelſis*.

16. Quinimò ſi quis in Vigilia Aſſumptionis *B. Mariæ*, dum Officium fit de die infra Octavam *S. Laurentii*, & Miſſæ præſcribuntur de Vigilia (de quo ſuprà tit. III. n. 6. & ſeqq.) vellet celebrare Miſſam Votivam de *S. Laurentio*, in hac non poſſet dici *Gloria*. Quia, licèt Miſſa illa ſit conformis illius diei Officio, in quo dicitur *Te Deum*, non eſt tamen per Rubricas illâ die præſcripta, ſed permiſſa tantùm in gradu merè Votivo, cujus proinde naturam induit. Ita Merati, & alii.

17. Rubrica tamen excipit tres caſus, in quibus in Miſſa Votivâ, de qua n. 14. dicitur *Gloria*. His ce Rituaſiſtæ ſuperaddunt quartum. Itàque Rubrica eod. n. 4. ait: *Niſi in Miſſa B. Mariæ in* quolibet anni *Sabbato*, etiam Adventûs, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, &c., in qua, dùm ſub quocumque BB. Virginis Myſterio in gradu Vo-

tivo licitè celebratur, etiam privatim, juxta hanc Rubricam, dici debet *Gloria in excelſis.*

18. Non verò dicitur *Gloria* in Votivis de *B. Maria* extra Sabbatum, V. G. Feriâ VI. in Votivis de Doloroſa, etiamſi dicantur infra Octavam B. *Virginis*, vel in ejuſdem Altari, aut Eccleſiâ, niſi ex privilegio particulari, de quo conſtare expreſſè debet, aliter à S. R. C. ſic aliquibus Eccleſiis, V. G. *Loretta*, *Hallis*, &c., fuerit conceſſum.

19. Imò ſi quis ob defectum viſûs ex ſpeciali Pontificis diſpenſatione (de qua p. III. tit. X. §. 1. n. 23. & ſeqq.) omnibus anni Dominicis & Duplicibus poſſet legere Votivam de Beata, non poſſet extra Sabbatum, etiam in die *Paſcha*, *Pentecoſtes*, *Nativit.* Domini, &c., addere *Gloria*.

20. Non eſt etiam dicendum *Gloria* in Votivis, quæ de Beata in Duplicibus extra Sabbatum diſpenſativè cantantur quotidiè, de quibus infrà tit. IX. n. 74. & 75., quia ſunt *Votiva communes.*

21. Rubrica eod. n. 4. excipit ſecundò: *Et* in Miſſa Votivâ, etiam privatâ; *Angelorum*, id eſt: in omnibus SS. Angelorum Votivis, in quacumque Hebdomadæ die, ſive de Angelis in communi, ſivè de uno in particulari, Votivè dicantur, ſemper dicitur *Gloria*; quia prima hujus Hymni verba fuêre ab eis primitivè prolata *Luca* cap. 2.

22. Rubrica eod. n. 4. excipit tertiò: *Et niſi Miſſa Votiva ſolemniter* ex indictione Ordinarii legali vel ſpeciali, *dicenda ſit pro re gravi*, *vel pro publica Eccleſia cauſâ*, in qua Miſſâ ſemper *Gloria in excelſis* dicitur, *dummodò non dicatur Miſſa* illa Votiva ſolemnis *cum paramentis Violaceis*, cum quibus in nulla umquàm Miſſâ dicitur *Gloria in excelſis.*

23. Quartò dicitur *Gloria in excel.* in Miſſa Votivâ, etiam privatâ, de aliquo Sancto, qui non colitur ùt Duplex aut Semidupl., illâ die, quâ ipſe

obiit:

obiit: V. G. Si quis, 4. Martii in Feſto S. Caſimiri C. ſemidupl. Miſſam diceret de S. Luciæ P. & M. Votivam, hæc haberet Gloria. Ità Gavantus, & Rituliſtæ paſſim, qui hanc Miſſam vocant Semifeſtivam, ſeu mixtam ex Feſtiva & Votivâ. Neque unquàm, concludit Rubrica, dicitur Gloria in excelſis Deo in Miſſis Defunctorum. Hæc eſt regula generalis.

TITULUS NONUS

DE ORATIONIBUS.

1. Oratio, in Miſſali *Mozarabico*, & in vetuſtiſſimis Sacramentariis vocatur *Collectio*; & frequenter *Collecta* dicitur. Hoc nomen plures habet ſignificationes; nam 1. *Cor.* 2. Eleëmoſynam, ſignificat. Apud Eccleſiaſticos Scriptores *Collecta* eſt idem, quod Cætus Fidelium, qui orationis gratiâ in unum locum conveniebant, ut ſeſe colligerent ad orandum; *S. Bonaventura*, de Myſter. Miſſæ.

2. Oratio autem in Miſſa vocatur *Collecta*, vel quia Sacerdos, velut Deum inter & homines mediator, vota omnium colligit, vel quia brevis eſt oratio, quam Sacerdos recitat ſuper populum congregatum; vel quia aſtantes, collectis in ſe animis, cogitationes & affectus ſuos ad Deum elevant. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 5. n. 1.

3. Orationis ſeu *Collectæ* vis & natura ad Apoſtolicam referenda eſt Traditionem. Illæ, quæ nunc in Miſſali recitantur, à *S. Gelaſio* auctæ & limatæ ſunt, & à *S. Gregorio* dein, nonnullis mutatis, in ordinem, & librum Sacramentorum redactæ. Inter eas tamen ſunt aliquæ poſterioris ævi. *Leoni* II. attribuitur bina Oratio *S. Petri*; & *Innocentius* III. eſt author Orationis *A cunctis*. Variæ denique aliæ de Sanctis Orationes uſque ad hæc noſtra tempora Miſſali ſunt autho-

thoritate Apoſtolicâ appoſitæ, de quibus omnibus

4. Rubr. n. 1. *In Feſtis Duplicibus dicitur* (dici debet) in Miſſis tam Conventuali, quàm privatis, *una tantùm Oratio*; & nunquàm addi poteſt ſecunda ſeu ulterior, *niſi ratione occurrentiæ facienda ſit aliqua commemoratio*; vel ex Rubrica particulari; aut ex mandato Papæ, vel Ordinarii, aut ab alio ad hoc facultatem habente Apoſtolicam, addenda ſit in Miſſa aliqua Oratio, *ut dictum eſt ſuprà* tit. I. n. 3.

5. Rubr. n. 2. *In Feſtis Semiduplicibus*, extra Octavas *occurrentibus*, *ab Octava Pentecoſtes uſque ad Adventum*; *& à Purificatione*, ſeu à 2. Februarii excluſivè, *uſque ad Quadrageſimam*, ſeu uſque ad Feriam IV. Cinerum excluſivè; *dicitur* (dici debet, dum nulla facienda eſt commemoratio ratione Occurrentiæ) 2. *Oratio A CUNCTIS*; & 3. *ad libitum*; etiam tunc, quando addenda eſt Oratio de Venerabili ratione SS. Sacramenti patenter expoſiti, vel etiam alia Oratio à legitima authoritate præſcripta; quia

6. *Non eſt omittenda una ex aſſignatis Orationibus in Miſſa, velut tertia A CUNCTIS, ſi ſecunda fuerit de Feſto Simplici, ut ejus loco dicatur Oratio imperata, velut* DEUS REFUGIUM, vel alia quæcumque; *ſed poſt* 3. *Orationem A CUNCTIS poteſt & imperata dici; tùm in Miſſa de Semidupl., vel Simplici, vel in Votivâ* (Decretum nihil addit de Miſſa Feriali, de qua infrà n. 50.) *non ſint neceſſariò dicendæ Collectæ impares, puta tres, quinque, vel ſeptem.* S. R. C. 2. Decemb. 1684.

7. *In Miſſa* quoque *privatâ* (proin non in Conventuali, excipe duos caſus in Rubrica ſuprà tit. V. n. 3. & 8.) *de Feſto Semiduplici, Simplici, vel Votiva, vel de die infra Octavam*, infra quam licitæ ſunt Miſſæ *de Req.* privatæ *ſive de Feria non privilegiata* (privilegiatæ ſunt Feriæ IV. Cinerum, & Hebdomadæ ſanctæ) *poteſt* (non debet) *in penultimo loco addi Collecta pro particulari Defuncto, puta* INCLINA, *vel*

DEUS QUI NOS PATREM, & ſimilia. Sed ob id non eſt omittenda ulla ex Collectis pro tempore aſſignatis, puta A CUNCTIS, vel ECCLESIÆ; nec ulla de imperatis. S. R. C. 2. Decembris 1684.

8. *Quando 3. Oratio eſt ad libitum, & ex juſſu Summi Pontificis* pro toto mundo, *vel Epiſcopi* pro ſua Diœceſi, *debet apponi aliqua ſpecialis Oratio pro publica indigentia, videlicet contra Turcas, ſeu ad petendam ſerenitatem, aut pluviam, &c. hæc Oratio DEBET recitari tamquam ex præcepto quarto vel ulteriori loco, non omiſſa tertio loco illa, quæ eſt ad libitum, ſeu pro devotione Sacerdotis eligenda.* S. R. C. 17. Aug. 1761.

9. Proinde 3. *Oratio ad libitum*, dum eam Rubrica præſcribit ſupra n. 5., vere eſt *de præcepto ſtricte*; & hoc ſolo ſenſu vocatur Oratio *ad libitum*, quod Sacerdos, dum in Miſſa legit ſecundam *A cunctis*, obligetur 3. loco dicere unam, quam ex Miſſali Romano, aut ſuæ Diœceſis, vel Ordinis, authoritate Apoſtolica approbato (& non aliunde) pro ſua vel populi devotione voluerit ſibi eligere. Hæc *ad libitum* Oratio poteſt eſſe vel de Sancto quocumque, vel de quocumque Myſterio, de quo poteſt dici Miſſa Votiva. S. R. C. die 2. Sept. 1741.

10. Petit Sacerdos, an etiam Oratio 3. ad libitum poſſit in Miſſa dici de mere Beatificato nullo modo Canonizato? R. negative; quia in Beatorum cultu eſt *limitate* procedendum, & nihil eiſdem circa cultum eſt tribuendum, niſi quod eſt ſpecialiter à Sede Apoſtolica indultum, qualiter nullibi legitur conceſſa facultas in Miſſa dicendi 3. Orationem ad libitum de mere Beato non Canoniſato.

11. Notet autem inſuper Sacerdos, quod pro 3. Oratione *ad libitum* non aſſumatur Oratio de illo Sancto, de quo explicita eſt mentio facta in Oratione *A cunctis*. Item cavère debet Sacerdos pro ſua modeſtia, ne coram Prælato ſuo, aut Principe dicat Orationem,

quæ

quæ habet titulum : *Pro ſeipſo Sacerdote.* Ità ex *Burchardo* refert *Gavantus.*

12. Etiam notandum, quòd in Oratione *A cunctis* nomina Patronorum *S. Michaëlis* Archangeli, & *S. Joannis* Baptiſtæ præponenda ſint Apoſtolis. Ità S. R. C. 22. Auguſti 1622. Et *S. Joſeph*, ubi eſt Patronus, in Oratione *A cunctis*, & in Suffragiis communibus eſt præponendus eiſdem SS. Apoſtolis *Petro & Paulo.* Ità S. R. C. 11. Maji 1743.

13. Si autem ipſa Miſſa (in qua dicenda eſt Oratio *A cunctis*) legatur de Sancto, qui in Oratione *A cunctis* ad litteram N. eſt exprimendus, vel ſi de Sancto illo in Miſſa fiat commemoratio; vel ſi ipſa Eccleſia, in qua legitur Miſſa, alicui Sancto in Oratione *A cunctis* expreſſo, aut SS. Trinitati, &c., ſit dedicata, tunc ad litteram N. ſubſtitui poteſt alius Sanctus ad placitum Celebrantis. Vide infrà n. 83.

14. Rubr. n. 3. *In Feſtis Semiduplicibus occurrentibus ab Octava Epiphaniæ uſque ad Purificationem*, ſeu uſque ad 2. Februarii incluſivè, *dicitur* (dici debet, ùt ſuprà n. 5.) *ſecunda Oratio DEUS QUI SALUTIS, tertia ECCLESIÆ, vel pro Papa, DEUS OMNIUM FIDELIUM.* Dum itàque Dominica 2. claſſis cadit in 2. Februarii, ſeu in Feſtum *Purificationis B. M. V.*, quod tunc (ubi non eſt Titulare) quoad ſolum Officium eſt transferendum ad Feriam 2. ſequentem, vide tit. VI. n. 25, in Miſſa Dominicæ Oratio 2. erit de Beata, ùt ſuprà; Oratio 3. *Eccleſiæ* vel pro Papa.

15. Rubr. n. 4. *In Feſtis Semiduplicibus à Feriâ IV. Cinerum uſque ad Dominicam Paſſionis 2. Oratio* eſt *de Feria*; Oratio 3. *A CUNCTIS.* Oratio autem Feriæ numquàm omitti poteſt; Oratio verò *A cunctis* omitti debet, ſi occurrat Feſtum Simplex, vel Vigilia.

16. Rubr. n. 5. *In* Feſtis *Semiduplicibus, à Dominica Paſſionis uſque ad Dominicam Palmarum, 2. Oratio* eſt *de Feria, tertia ECCLESIÆ vel pro Papa.* Notat

tamen

tamen *Gavantus* (quem modò ob Decretum infrà n. 18. ſequuntur alii omnes Rituaiiſtæ) quòd, ſi infra Dominicam Paſſionis ſint cantandæ duæ *Miſſæ Conventuales*, una de Feſto Semidup. occurrente, altera de Feria (ut fit in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis) tunc in Miſſa Conventuali de Semiduplici Oratio 2. debeat eſſe *Eccleſia* vel pro Papa, & omittenda ſit in illa Miſſa Oratio tertia.

17. Si verò tunc occurrat Feſtum Simplex, in Miſſa Conventuali de Feſto Semiduplici, Oratio 2. erit de Sancto Simplici; & in illa Miſſa erit ſimiliter omittenda 3. Oratio, ut patet ex Decreto n. ſeq. Atque hic eſt caſus unicus, in quo in *Miſſa de Feſto Semiduplici* non ſunt dicendæ tres de præcepto Orationes, ſed duæ tantùm. In Miſſa verò Conventuali alterâ, quæ dicenda eſt de Feria, Oratio 2. erit *Eccleſia* vel pro Papa tantùm, ſine 3. Oratione.

18. Id firmatur hoc Decreto: *in Miſſa ſolemni ſeu* Convent. *de Feria commemoratio non eſt facienda de Sancto ſemiduplici occurrente, cujus Miſſa Conventualis pariter cantanda eſt abſque commemor. Feria. Et in* UTRISQUE *Miſſis tempore Paſſionis dicenda eſt* TANTUM 2. *Oratio* ECCLESIÆ, *vel pro Papa*, ut docet *Gavantus*.

19. *In Miſſis autem privatis*, pergit Decretum, *de Feſto Semiduplici* poſt Dominicam Paſſionis occurrente, *cùm ſit clara diſpoſitio Rubricæ tit.* IX. *de Orationibus n.* 5., *dicenda eſt* 2. *Oratio de Feria*, 3. ECCLESIÆ *vel pro Papa. De Simplici verò facienda eſt commemoratio juxta eamdem Rubricam.* S. R. C. 12. Junii 1693. Tunc Oratio 2. erit de Feria, & Oratio 3. de illo Feſto Simplici, & tunc Oratio *Eccleſia* vel pro Papa debebit omitti. Vide n. 89.

20. Rubr. n. 6. *In Feſtis Semiduplicibus ab Octava Paſchæ uſque ad Aſcenſionem Domini* 2. *Oratio de S. Maria* CONCEDE, 3. ECCLESIÆ *vel pro Papa.*

Rubrica

Rubrica eſt de ſe clara, prout & ſequens Rubrica n. 7. dicens: *In Feſtis Semiduplicibus, infra Octavas (quaſcumque) occurrentibus, 2. Oratio dicitur de Octava, tertia dicitur, quæ 2. loco infra Octavam ponitur.* Huic Rubricæ nihil eſt addendum, niſi quòd in Feſto Semidup. infra Octavam in Quadrageſima ex privilegio, etiam poſt Dominicam Paſſionis celebratam, Oratio 2. dicatur de Octava, & 3. de Feria.

21. Hactenus egit Rubrica generalis de Feſtis Semiduplicibus; ſed, quod mirum videtur, non egit de omnibus: non enim loquitur de *Feſtis Semiduplicibus à Dominica 1. Adventûs uſque ad Nativitatem Domini.* De his tamen ex Rubrica particulari habemus, quòd 2. Oratio ſit de Feria Adventûs, & 3. de S. Maria *Deus qui de Beatæ.*

22. Rubr. n. 8. *Infra Octavas Paſchæ, & Pentecoſtes, in Miſſa de Octava dicuntur duæ tantùm Orationes, una de die, & alia ECCLESIÆ, vel pro Papa.* Circa hanc Rubricam gravis agitatur quæſtio, an occurrente infra dictas Octavas Feſto Simplici (vel Semiduplici, de quo alioquin illo anno aliter celebrari non poſſet, vide tit. VII. n. 8.) tunc etiam duæ tantùm debeant in Miſſa dici Orationes, una ſcilicet de die, & ſecunda de Feſto illo Simplici occurrente tantùm? An verò tunc pro tertia inſuper addi debeat illa *Eccleſiæ*, vel pro Papa?

23. Eadem reſultat difficultas, ſi occurrat Feſtum Simplex à Dominica Paſſionis uſque ad Feriam V. in *Cœna Domini*, quando infra illud tempus Miſſa ſit de Tempore; an tunc præter Orationem ſecundam de Simplici, dicenda vel omittenda ſit Oratio tertia *Eccleſiæ*, vel pro Papa?

24. Rubrica Miſſalis ad Dominicam Paſſionis ſic habet: *A hac die incluſivè uſque ad Feriam quintam in Cœna Domini* in Miſſa Feriali (de Miſſa Dominicæ Palmarum vide tit. VII. n. 6.) *poſt Orationem diei*

dicitur

igit numquàm omitti, ſed ſemper dici, quâcumque aliâ Oratione adveniente. Proin particula *Tantùm* adjuncta ad lii *Una* non adverſatur ibi binario aut ternario Orationum numero; conſequenter lii *Niſi* ibidem ſubſequens, habet hunc neceſſariò ſenſum 2. Orationis incluſivum: *Niſi Orationi de Duplici addenda ſit alia Oratio.* Habent hoc loco noſtri Philoſophi materiam ſpeculandi, &, dum agunt de *Propoſitionibus Exponibilibus*, hæc exponendi.

33. Rubr. n. 9. *Infra alias Octavas* (ab Octavis *Paſchæ* & *Pentecoſtes* diſtinctas) dum Miſſa dicenda eſt de die infra Octavam, *& in Vigiliis, quæ,* quantùm eſt de jure communi, *jejunantur* (quàmvis variis in Vigiliis modò in diverſis locis jejunium ſit abrogatum) dum Miſſa pariter facienda eſt de Vigilia (*exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini & Pentecoſtes*) *dicuntur* (dici debent) *tres* Orationes, ſcilicet *una* (ſeu) prima *de die infra* Octavam, vel de Vigilia reſpectivè, *ſecunda de S. Maria* pro diverſitate temporis diverſa; & *tertia ECCLESIÆ, vel pro Papa.*

34. Duæ tantùm ſunt in Kalendario Romano Vigiliæ, quæ, quantùm eſt de jure communi, non jejunantur, ſcil. Vigilia *Epiphaniæ*, & *Aſcenſionis* Domini, in quarum Miſſa ſimiliter tres debent dici Orationes, quæ ſuis reſpectivè locis clarè aſſignantur.

35. Dicit Rubrica ſuprà n. 33. *Exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini, & Pentecoſtes*, in quarum Miſſâ una ſolummodò dicenda eſt Oratio; & ideò quidem in Miſſa Vigiliæ *Pentecoſtes* poteſt addi commemoratio Sancti Simplicis occurrentis, ut tit. VII. n. 6. dictum eſt. Nam Miſſæ harum duarum Vigiliarum habent rationem Duplicis ſolemnioris, ſcilicet *primæ claſſis*; & ideo in eis etiam non dicuntur Orationes per Epiſcopum imperatæ, ut patebit infrà. In Miſſa tamen, quæ in dictis Vigiliis cantatur coram SS. Sacramento patenter expoſito, additur, ſed ſub

& 4. Maji 1709. in Piſtorienſi, occurrente Feſto Simplici non eſt dicenda tertia Oratio ECCLESIÆ vel pro Papa. Ità S. R. C. 15. Septembris 1736. Vide etiam Decretum infrà n. 54.

29. Non deeſt quoque ratio, quia commemorationes, ſeu Orationes in Miſſa dicendæ ratione Occurrentiæ ſubſtituuntur Orationibus pro tempore aſſignatis, ut habet Rubrica infrà n. 86. & ità ſcilicet ut, ſi in Miſſâ dicenda ſit una commemoratio, ſeu Oratio ratione Occurrentiæ, etiam omittenda ſit una Oratio de Tempore. Exemplum clarum habet juvenis Sacerdos infrà n. 89.

30. Reſtat reſpondendum rationi Guyeti deſumptæ ex particulari Rubrica circa particulas Una, Tantùm, ac Niſi, ſcilicet quòd in his Rubricæ verbis ſuprà n. 25. Dicitur UNA ex ſequentibus Orationibus TANTUM, NISI, &c., illi UNA præſupponit Orationem principalem & ſubſtantialem Miſſæ, & ſolummodò afficiat Orationem addendam ratione Temporis, cujus indoles & natura eſt, ut ipſa (quando in Miſſa poſſunt tantùm dici tres vel duæ Orationes de præcepto) omittatur, illi debet fieri commemoratio, ſeu dum adeſt Oratio dicenda ratione Occurrentiæ, ut patet ex n. præc. & infrà n. 89. [illegible]

31. Proinde hæc duplex particula Una & Tantùm videtur addita ad cenſendum numero ternario Orationum, & illa Niſi ſubſequens excludit Orationem illam Eccleſiæ vel pro Papa, quam particula Una & Tantùm afficit, ſenſus quippe eſt: Niſi poſt Orationem diei ſubſtantialem facienda ſit commemoratio Simplicis [illegible], quia tunc nulla dicitur ex his duabus ſequentibus Eccleſiæ vel pro Papa.

32. At in Rubricæ verbis ſuprà n. 27. In Feſtis Duplicibus, & in die Octavâ dicitur (poteſt dici) UNA TANTUM Oratio, NISI, &c. illi UNA afficit principalem & ſubſtantialem Miſſæ Orationem, quæ eſt

igit numquàm omitti, ſed ſemper dici, quâcumque aliâ Oratione adveniente. Proin particula *Tantùm* adjuncta ad lii *Una* non adverſatur ibi binario aut ternario Orationum numero; conſequenter lii *Niſi* ibidem ſubſequens, habet hunc neceſſariò ſenſum 2. Orationis incluſivum: *Niſi Orationi de Duplici addenda ſit alia Oratio.* Habent hoc loco noſtri Philoſophi materiam ſpeculandi, &, dum agunt de *Propoſitionibus Exponibilibus*, hæc exponendi.

33. Rubr. n. 9. *Infra alias Octavas* (ab Octavis *Paſchæ* & *Pentecoſtes* diſtinctas) dum Miſſa dicenda eſt de die infra Octavam, *& in Vigiliis, quæ* quantùm eſt de jure communi, *jejunantur* (quàmvis variis in Vigiliis modò in diverſis locis jejunium ſit abrogatum) dum Miſſa pariter facienda eſt de Vigilia (exceptâ *Vigiliâ Nativitatis Domini & Pentecoſtes*) *dicuntur* (dici debent) *tres* Orationes, *ſcilicet una*, ſeu prima *de die* infra Octavam, vel de Vigilia reſpectivè: *ſecunda de S. Maria* pro diverſitate temporis diverſa; & *tertia* ECCLESIÆ, *vel pro Papa*.

34. Duæ tantùm ſunt in Kalendario Romano Vigiliæ, quæ, quantùm eſt de jure communi, non jejunantur; ſcil. Vigilia *Epiphaniæ*, & *Aſcenſionis* Domini, in quarum Miſſa ſimiliter tres debent dici Orationes, quæ ſuis reſpectivè locis clarè aſſignantur.

35. Dicit Rubrica ſuprà n. 33. *Exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini, & Pentecoſtes*, in quarum Miſſa una ſolummodò dicenda eſt Oratio; & idè quidem in Miſſa Vigiliæ *Pentecoſtes* poteſt addi commemoratio Sancti Simplicis occurrentis, ut tit. VII. n. 8. dictum eſt. Nam Miſſæ harum duarum Vigiliarum habent rationem Duplicis ſolemnioris, ſcilicet *primæ claſſis*: & ideo in eis etiam non dicuntur Orationes per Epiſcopum imperatæ, ut patebit infrà. In Miſſa tamen, quæ in dictis Vigiliis cantatur coram SS. Sacramento publicè expoſito, additur, ſed ſub

una concluſione, Oratio de Venerabili.

36. Nota ſequens Decretum: *Dum occurrit*, ve
transfertur Feſtum Semiduplex ad Vigiliam alicujus Apo
ſtoli, aut alterius Sancti, *in Miſſa Feſti Oratio* 2
eſt de Vigilia, 3. *Oratio debet eſſe*, non de Beata, ſe
A CUNCTIS. Ità S. R. C. 15. Sept. 1736. F
ratio eſt, quia Feſtum Semiduplex, de quo fit Mi
ſa, quæ, juxta Rubricas, exigit 2. Orationen
A cunctis, prævalet Vigiliæ, cujus Miſſa, juxta Ru
bricas, exigit 2. Orationem de Beata, vel de Spirit
S. Hæc ratio etiam locum habet infrà n. 38.; no
verò n. 39., quia ibidem obſtat Decretum.

37. Rubr. eod. n. 9. *Sed infra Octavas S. Maria*
ſub quocumque Titulo celebratas, *& in Vigilia*, e
infra Octavam omnium Sanctorum, dum Miſſa fit d
die infra Octavam *S. Mariæ*, vel de Vigilia, vel de di
infra Octavam omnium Sanctorum reſpectivè, *ſe*
cunda Oratio dicitur de Spiritu ſancto: DEUS, QU
CORDA, &c., tertia ECCLESIÆ *vel pro Papa*. Hæ
tertia, dum ſecunda eſt de Spiritu ſancto, non po
eſt concludi *Ejuſdem Spiritus*. Vide infrà n. 95.

38. *In Vigilia tamen Omnium Sanctorum, ſi occu*
rat dici Miſſa de Feſto Semiduplici, modò non occurra
Octava, *poſt Orationem Vigiliæ, tertia erit* A CUNCTI
non verò de Spiritu S. Ità S. R. C. 12. Junii 171
Rationem habes ſuprà n. 36.

39. Aliquando Octava Dedicationis, aut Titu
propriæ Eccleſiæ, vel Patroni Loci, quorum Fe
tum eſt Duplex 1. claſſis, & Octava Nativitatis
M. V., cujus Feſtum eſt tantùm Duplex 2. claſſi
occurrunt. Infra Octavam, nullo occurrente Fe
9. Lectionum, Miſſa fit de Octava Dedicationis
vel Patroni tanquàm digniore. Vide tit. VII. n. 30.
Miſſa Oratio 2. erit de Octava *B. V.*, Oratio ter
de Spiritu ſancto.

40. Ità Doctiores, quos deſuper conſului;
fundat

fundatur in S. R. C. Decreto 23. Junii 1738. apud *Merati* in Indice n. 88. ubi deciditur, quòd Oratio de Spiritu S. ſemper infra Octavas B. V. dicatur 2. vel 3. loco. Vide infrà tit. XII. n. 55. Ratio eſt; quia, cùm 2. Oratio in Miſſa de Octava Dedicationis vel Patroni ſit de Beata, non poteſt ipſa dici 3. loco, nè 2. & 3. Oratio utraque dicatur de eadem Beatâ; quod in eadem Miſſâ ob æquipollentiam utriuſque Orationis non eſt permiſſum. Proinde pro 3. Oratione ſumenda eſt Oratio 2. de Octava Nativitatis B. M. V. quæ eſt de Spiritu S.

41. Rubr. n. 10. *In Dominicis infra Octavas occurrentibus*, dum Miſſa fit de Dominica, *dicuntur* (dici debent) *duæ tantùm Orationes, una de Dominica, ſecunda de Octava*; unde tunc tertia Oratio omittitur. Dicitur tamen tertia, imò & plures Orationes, ſi una aut plures ratione Occurrentiæ (ut in Miſſa Dominicæ infra Octavam Nativitatis Domini) vel ratione expoſiti SS. Sacramenti, aut ex præcepto Ordinarii, ſint dicendæ.

42. Dum Epiphaniæ Feſtum cadit in Dominicam (ut fit, quoties littera Dominicalis eſt F.) Miſſa Dominicæ infra Octavam dicitur Sabbato præcedenti. In ea ſimiliter duæ tantùm dici poſſunt Orationes ad formam numeri præc. Similiter ſi in Dominicis Adventus, Septuageſimæ, & aliis uſque ad Dominicam Paſſionis excluſivè occurrit ipſa dies Octava; in Miſſis de Dominica 2. vel 3. claſſis dicuntur pariter, per ſe loquendo, duæ tantùm Orationes. Idque dicendum videtur à fortiori.

43. Rubr. eod. n. 10. *Et in die octava*, quando de ea fit Officium & Miſſa, *dicitur* UNA TANTUM *Oratio*, & nunquam dicitur ſecunda aut tertia, NISI *facienda ſit* ratione occurrentiæ *aliqua commemoratio*, aut ex præcepto Pontificis vel Ordinarii aliqua Oratio ſit addenda ſuprà loco cit.

44. Rubr. n. 11. *In diebus Dominicis*, dum extra Octavas ſub ritu Semiduplici Miſſa fit de Dominica, *dicuntur* (dici debent) *tres* Orationes, *ut in Ordinario aſſignantur*, *quibuſdam* diebus Dominicis (ſcilicet *Paſſionis* & *Palmarum*) *exceptis*, *ut ſuis etiam locis notatur*, & habetur ſuprà n. 24.

45. Rubr. n. 12. *In Feſtis* omnibus *Simplicibus*, dum fit Miſſa de Feſto Simplici, *&* in omnibus *Feriis per* totum *annum*, etiam in Feriis Adventûs, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, dum Miſſa fit vel de Dominica præcedenti, vel de dictis Feriis, *niſi aliter in propriis locis notetur* (ut ſuprà n. 24. aliter notatur circa Miſſas de Feria à Dominica Paſſionis uſque ad Cœnam Domini; in quibus duæ tantùm de præcepto, & non plures dicendæ ſunt Orationes) *dicuntur* (dici debent) *tres* de præcepto Orationes, *ut in Semiduplicibus* dicendæ ſunt; *aut* dici etiam poſſunt *quinque*, ſi Celebrans ad tres de præcepto adhuc duas addere voluerit: nam illi *Ad libitum*, quod habetur numero ſeq., non tantùm afficit *ſeptenarium*, ſed & *quinarium* Orationum numerum.

46. Rubr. eod. n. 12. Imò in prædictis Miſſis, quæ fiunt de Feſto Simplici, aut de Feria, *poſſunt etiam dici ſeptem* Orationes *ad libitum*, ſi Celebrans ſeptem legere voluerit. Porrò illi *Ad libitum* (vide n. 49.) aliter accipitur ſuprà n. 5. & 9., quàm hoc loco, ad quod reflectat juvenis Sacerdos; qui, ſi velit has ſeptem ad libitum legere, eas recitabit hoc ordine: Poſt Orationem ſubſtantialem Miſſæ priùs ponantur Orationes ratione Occurrentiæ, ſi quæ ſint; deinde hæ, quæ ſunt 2. & 3. loco dicendæ: tunc illa de Venerabili, ſi ſit ratione SS. Sacramenti in Altari, in quo Sacerdos celebrat, patenter expoſiti dicenda; & tunc illa ab Ordinario præcepta, ſi talis detur, ac demùm aliæ ad libitum uſque ad

 ſeptimam

ſeptimam à Celebrante eligendæ ex ipſo Miſſali, & non aliunde, ut dictum eſt, & recitandæ juxta ordinem dignitatis.

47. Cùm autem Rubrica n. 45. quoad 5. vel 7. Orationes, in Miſſa de Simplici aut de Feria dicendas, loquatur generaliter, dicendum videtur, quòd eas omnes liceat dicere non tantùm in Miſſis privatis, ſed & in Miſſa Conventuali de Simplici aut de Feria. Hoc confirmatur ſequenti Decreto, in quo pro Miſſa Conventuali permittuntur 5. Orationes.

48. *Occurrente commemoratione Sancti Simplicis in Feria II. Quadrageſima, quando dictum eſt Nocturnum Defunctorum, non debet* (quàmvis poſſit) *in Miſſa* Conventuali 4. *loco dici Oratio OMNIPOTENS pro commemoratione Defunctorum, ſed ſufficit* 3. *Oratio A CUNCTIS. Quòd ſi dicatur* 4. *Oratio OMNIPOTENS, tunc quinta erit ad libitum.* S. R. C. 4. Maji 1709.

49. Lii *Ad libitum* in hoc Decreto poteſt intelligi dupliciter: primò, quòd *Oratio quinta* poſſit in caſu ſimpliciter dici vel omitti, ità ut Celebrans ad ſuum placitum vel quinque poſſit Orationes dicere, vel quatuor tantùm; & ità ſumitur lii *Ad libitum* n. 46. Secundò, quòd *Oratio quinta* debeat dici (ſuppoſito quòd dicantur quatuor) ſed pro quinta poſſit eligi aliqua ad libitum Celebrantis, & tunc ſenſus Decreti erit: *Quinta dici debet, ſed eligi poteſt ex Miſſali.* Ità ſumitur lii *Ad libitum* hoc tit. n. 5.

50. In præfato autem Decreto lii *Ad libitum* ſumitur (ſecundùm aliquos, quos conſului) non primo, ſed 2. modo; quia alioquin in Miſſa de Feria Orationes non deberent eſſe (quod tamen Rubrica videtur requirere) numero impares. Decretum autem hoc tit. n. 6., non requirens numerum imparem in Orationibus, agit tantùm de Miſſa, quæ fit ritu Semiduplici, Simplici, ac Votivo, non verò de Miſſa Feriali, quæ, juxta Rubricas, debet per ſe tres

habere Orationes de præcepto, vel 5. aut ſeptem ad libitum Celebrantis, ſed ſemper impares.

51. Alii verò Ritualiſtæ, quos etiam conſului, volunt hanc particulam *Ad libitum* in Decreto n. 48. ſumi primo modo, eò quòd Rubrica ſuprà n. 45. & 46. æqualiter planè loquatur de Simplicibus & de Feriis, ſcilicet, quòd in eorum Miſſis dici debeant tres, ùt in Semiduplicibus, & quòd etiam poſſint dici quinque vel ſeptem ad libitum Orationes.

52 Cùm itàque (dicunt hi) S. R. C. declaraverit hoc tit n. 6., quòd in Miſſa de Simplici non ſemper debeant eſſe Orationes numero impares, ſed poſſint eſſe quatuor vel ſex, dùm numerum talem exigunt commemorationes faciendæ, ſequitur proinde, quòd in caſu hoc quinta & ſeptima ſit *Ad libitum* Celebrantis addenda vel omittenda.

53. Sic videtur eadem S. R. C. implicitè, virtualiter, & æquivalenter idem declaraſſe de *Miſſa Feriali*; atque ità etiam docet *Merati* hoc loco n. XI. §. *Circa numerum*, ubi ait: *Quinque aut ſeptem* Orationes, *ait Turrinus p.* 2. *ſect* 2. *n.* 2., *poſſunt dici in Simplicibus ET FERIIS, non quatuor aut ſex, NISI NUMERUM TALEM EXIGERENT COMMEMORATIONES.* Ità etiam *Talù* n. 831., dicens: *Quinta erit ad libitum*, non ex præcepto, ſed ex congruentia. Eligat autem Sacerdos, ùt judicat expedire. De numero Orationum in Miſſis *de Requiem* quotidianis vide Appen. ad tit. V. §. 5. n. 6. & ſeqq.

54. *Occurrente commemoratione Sancti Simplicis in Feria II. poſt Dom. Paſſionis, quando dictum eſt Nocturnum Defunctorum, in Miſſa de Feria dicenda eſt* 2. *Oratio de Simplici tantùm.* Ità S. R. C. 4. Maji 1709.; proinde non poterit pro tertia addi Oratio *Eccleſiæ*, vel pro Papa. Vide hoc tit. n. 28. & ſeqq.

55. Rubr. n. 13. *In Feriis* (ſcilicet IV. & Sab-

bato)

bato) *Quat. Temporum, & ubi plures* in Miſſa *legun-tur Lectiones* (ut Feriâ IV. Hebdomadæ IV. Quadrageſimæ, & Hebdomadæ ſanctæ) *hujuſmodi plures Orationes* (ſcil. ſecunda tantùm pro Feria IV. Hebdomadæ ſanctæ, & in Quat. Temporibus poſt *Pentecoſten*; pro aliis Feriis 2. & 3. Oratio de præcepto, & aliæ uſque ad ſeptem ad libitum) *dicuntur* (dici debent) *poſt ultimam Orationem ante Epiſtolam, ut ſuis in locis notatur in proprio Miſſarum de Tempore.*

56. Rubr. n. 14. *In Miſſis Votivis, quando* authoritate legitimâ legali vel ſpeciali *ſolenniter dicuntur pro re gravi, vel pro publica Eccleſiæ cauſâ dicitur* (utique dici ſolummodò poteſt, quia præſcribit Rubrica hoc loco regulam in omnibus pro re gravi Votivis, in qualibet Eccleſiâ ſequendam) *una tantùm Oratio.* Proin in tali Votivâ nec præſcribit nec permittit Rubrica addendam de Officio occurrente, licèt Duplex ſit vel Dominica, Orationem. Hoc certum eſt, & ab omnibus admittitur; eſtque à S. R. C. deciſum (Vide Decretum tit. VII. n. 27.) dum hæc Miſſa Votiva ſolemniter cantatur poſt Miſſam Conventualem, quæ de Officio diei cum ſuis occurrentibus Orationibus cantata eſt.

57. Si quoque ſola Miſſa Votiva ſolemniter pro re gravi, ut n. præc., cantaretur in Eccleſia, in qua non eſt obligatio ſtricta cantandi Miſſam Conventualem Officio conformem, non videretur ſimiliter in ea ſecundùm aliquos facienda eſſe aliqua commemoratio Officii occurrentis; nam Rubrica ſimpliciter dicit: *Dicitur UNA TANTUM Oratio.*

58. Attamen *Byſſus*, *Guyetus*, &c., (quos refert, & ſequi videtur *Merati* p. 1. tit. IV. §. 8. n. 44.) tenent (ſatis probabiliter ait idem *Merati*) quòd in dicta Miſſâ facienda ſit commemoratio, qualiter in Miſſa de Feſto Solemni, nempe de Feſto occurrente, ſi eſt Duplex, de die Octava, ſi occurrat, de

Dominica, de die infra Octavam privilegiatam, & de Feria majori, ſi ſimiliter occurrant.

59 Ratio ipſorum eſt, quòd Rubrica præſcribens unam tantùm Orationem in Miſſa Votivâ, de qua agitur, loquatur *ſuppoſitivè*, quòd celebrata fuerit Miſſa Conventualis de Officio occurrente. Vide n. 77. Interim notetur ſequens Decretum: *In Eccleſiis minoribus, ubi unica celebratur Miſſa, non poteſt omitti illa Miſſa occurrentis Feſti de præcepto, ut cantetur Votiva.* S. R. C. 22. Auguſti 1744.

60. Rubr. eod. n. 14. *Sed in Miſſa* ſolemniter Votiva *pro gratiarum actione additur alia Oratio, ut in proprio loco*, ſcilicet in fine Miſſalis poſt Miſſam Votivam de SS. Trinitate, *notatur*.

61. *Gavantus*, quem varii ſequuntur, inhærens Rubricæ generali ſuprà tit. VII. n. 57., reſolvit dictam Orationem in Miſſa Votiva ſolemni *pro gratiarum actione* (idem eſt de ſimilibus) dicendam eſſe, non ſub una, ſed ſub diverſa concluſione.

62. Verùm Rubrica, noviter poſt tempora *Gavanti* recognita, ſtatuit in fine Miſſalis poſt Miſſam Votivam de *SS. Trinitate* oppoſitum, dicens: *Pro gratiarum actione dicitur Miſſa de SS. Trinitate, vel de Spiritu S., vel de B. Maria, additis ſequentibus Orationibus*; id eſt, additâ pro Oratione: *Deus, cujus Miſericordiæ*, pro Secretâ: *Odorem, Domine*, & pro Poſtcommunione: *Deus, qui neminem*, idque *SUB UNA* in tribus illis locis *CONCLUSIONE*. Huic Rubricæ particulari parendum eſt, & recedendum à *Gavanto*, proùt modò ab omnibus practicatur.

63. Hoc etiam (ſcilicet unio duarum in Miſſa Orationum ſub una & primâ concluſione) jubetur fieri in collatione SS. Ordinum, conſecratione Epiſcoporum, & Virginum; in benedictione Abbatum, Abbatiſſarum, & Cœmeterii; in conſecratione Regum & Reginarum, & in reconciliatione Eccleſiæ,

ſiæ, ùt patet ex Miſſali, & Pontificali Romanis.

64. In Conſecratione autem Eccleſiæ & Altaris, Miſſa ſit de Dedicatione, niſi Conſecratio fiat diebus ſupr. tit. VI. n. 5. exceptis, V. G. Dominicâ 1. Adventûs; nam tunc Miſſa fieret de Dominica, & à ſolo Conſecratore, ait *Merati* ſec. 8. c. 5. n. 18., addenda eſt Oratio de Dedicatione ſub una concluſione; id namque fit n. præc. in reconciliatione Eccleſiæ. Et deinde Oratio, 2. & 3. loco dicenda, dici debet ſub diſtincta concluſione, ùt patebit ex ſeqq.

65 Debet itàque Oratio illa in præfatis caſibus addenda uniri Orationi Miſſæ ſub una concluſione, etiam tunc, quando Miſſa de Feſto, aut de Dominica vel de Feria occurrente (quæ præſcribitur legenda) habet plures commemorationes vel ratione occurrentiæ, vel ratione temporis 2. & 3. loco dicendas, quæ tunc omnes dici debent ſub diſtinctæ concluſione. Et hoc quidem de Miſſa pro Conſecratione Epiſcopi, dum ipſa ſic dici debet cum pluribus Orationibus, deciſum eſt à S. R. C. his verbis:

66 *Commemoratio in Miſſa pro Conſecratione Epiſcopi, quando ratione Feſti occurrentis dicitur Miſſa de Feſto habente plures commemorationes, debet uniri cum Oratione Miſſæ, & dici ſub unica concluſione*; deinde plures iſtæ commemorationes, quæ ſpectant ad Miſſam occurrentem, ſub diſtincta concluſione; *juxta Rubricam Pontificalis Romani de Conſecratione Electi in Epiſcopum, & Miſſalis Romani in fine poſt benedictiones.* S. R. C. 8. Junii 1709. Vide tit. VI. n. 16.

67. Idem quoque eſt extendendum ad alios caſus n. 63. expreſſos, V. G. in Miſſa pro collatione Ordinum (quæ, dum fit temporibus à Jure præſcriptis, ſemper debet eſſe de Sabbato occurrente, licèt in eo occurrat Feſtum, V. G. *S. Thomæ* Apoſtoli, ità S. R. C. 21. Martii 1744.) in qua, dum Collectæ Sabbati ſub una concluſione unita eſt Oratio

pro

pro Ordinandis aut Ordinatis, debeat (ſecluſo Sabbato ſancto) addi aliæ duæ (in Sabbato ante Dominicam SS. Trinitatis una tantùm) Orationes 2. & 3. loco dicendæ ſub 2. concluſione. Ità pluribus oſtendetur in Appendice finali hujus libri.

68. Similiter & idem reſolvendum de Miſſa ſolemni, quæ in precibus 40. Horarum loco Votivæ cantatur de Dominica 1. vel 2. claſſis; tunc namque, dum Miſſæ illius Oratio, & illa de Venerabili, vel de pace, aut alia (proùt Miſſa alioquin Votivè dicenda exigit) ſub una concluſione eſt recitata, debent ſub diſtincta concluſione ſuperaddi aliæ Orationes illâ die in Miſſa 2. & 3. loco præſcriptæ.

69. Ratio horum omnium eſt (quam etiam affert Magiſter Cæremoniarum Baſilicæ Lateranenſis in Litteris Romæ datis 18. Novembris 1753.) quòd in illis caſibus Miſſa præſcribatur, quæ illâ die occurrit, & quidem dicenda, proùt jacet, ſeu proùt diceretur, ſi non conferrentur (ſecluſâ Oratione addendâ ſub prima concluſione) SS. Ordines, aut non eſſent preces 40. Horarum, &c. Adeoque dicenda eſt Miſſa cum omnibus commemorationibus, & cum cæteris juxta Rubricas illâ die in Miſſa dicendis. Per hoc autem, quòd Celebranti ordinetur, ut ad collectam Miſſæ ſubſtantialem addat aliam ſub una concluſione, non præſcribitur ei, aut indulgetur, ut numerum Orationum per Rubricas præſcriptum diminuat, aut ſimpliciter omittat.

Fateor: Inſtructio *Clementis* XI. & XII. n. 10. habet, quòd primâ die precum 40. Horarum, dum Miſſa ſolemnis, ob occurrens Feſtum aut Dominicam 1. vel 2. claſſ., cantanda eſt de Feſto, Dominicâ, &c. occurrente, in illâ Miſſâ Oratio de SS. Sacramento addenda ſit *ſub UNICA concluſione*; particulam *Unica* etiam habet Decretum ſuprà n. 66. Sed lii

Unica

Unica idem eſt quod *Una*, ùt habet Miſſale in fine, vel quòd *Per unum PER DOMINUM*, ùt habet Pontificale Romanum. Adeoque lii. *Unica* excludit quidem diſtinctam ſeu ſecundam conclusionem ab Oratione de Venerabili, non verò ab aliis Orationibus, quæ ſunt in eadem Miſſâ vel ratione Occurrentiæ vel ratione temporis 2. & 3. loco dicendæ.

Pone enim caſum, quòd in aliqua Eccleſiâ ſit in Dominica de *SS. Trinitate* prima dies precum 40. Horarum, tunc Miſſa ſolemnis ibidem cantabitur de *SS. Trinitate*; & ipſi Orationi Miſſæ addetur Oratio de SS. Sacramento, idque *ſub UNICA concluſione*, ſeu ſub *UNO Per Dominum*. Deinde autem ſub diſtincta concluſione addetur Oratio de Dominica 1. poſt Pentecoſten, de qua in eadem Miſſâ legetur & ultimum Evangelium. Idem igitur eſt in ſimilibus dicendum; proinde allegata Inſtructio non obeſt aſſertioni noſtræ, ſed prodeſt potiùs; quia non excludit (proinde includit) alias Orationes in Miſſa ſolemni dicendas, utique ſub altera concluſione.

70. *Dum Miſſa cantatur coram SS. Sacramento, in Altari expoſito, DEBET fieri* (non poteſt omitti) *commemoratio de eodem SS. Sacramento POST OMNES ALIAS DE PRÆCEPTO: In Miſſa ſolemni Feſtorum 1. vel 2. claſſis* (ſi in ea una tantùm Oratio dicatur) *eſt facienda ſub una concluſione*; ſi autem in illa Miſſâ 1. vel 2. claſſis ſint dicendæ duæ aut plures Orationes ratione occurrentiæ, tunc commemoratio de Venerabili eſt poſt omnes illas facienda ſub ſecunda concluſione. S. R. C. 23. Junii 1736.

71. Itàque Oratio de Venerabili præſcribitur duplici modo in Miſſa ſolemni addenda. Primò merè ob expoſitum in Altari SS. Sacramentum, & tunc ſemper dicenda eſt *poſt omnes Orationes in illa Miſſâ DE PRÆCEPTO* Rubricarum *addendas*, ùt ordinat Decretum. Et ſic patet, quòd in Miſſa cantatâ de

Feſto

Feſto Dupl. 1. vel. 2. claſ., in qua plures *de præcepto* dicendæ ſunt Orationes, numquàm poſſit Oratio de Venerabili uniri priori, ſeu Orationi ſubſtantiali Miſſæ ſub una concluſione, ſed ſemper ponenda ſit ſub diſtincta concluſione poſt omnes alias de præcepto.

72. Secundò Oratio de Venerabili præſcribitur loco Miſſæ Votivæ unienda cum Oratione Miſſæ occurrentis ſub una concluſione, & tunc hæc de Venerabili Oratio ſic ſemper unitur, licèt in Miſſà occurrente dici debeant plures de præcepto Orationes, quæ tunc (quia Oratio de Venerabili addenda loco Miſſæ Votivæ, eas omnes præcedit) dicendæ ſunt ſub ſecunda concluſione.

73. Rubr. eod. n. 14. *In aliis autem* Miſſis Votivis (quæ non fiunt ex præſcripto Ordinarii legali aut ſpeciali pro re gravi) ſive privatim legantur, ſive cantentur, etiam cum pompa, & cum expoſito Venerabili, *dicuntur plures* Orationes, ſcilicet tres de præcepto, quinque autem, imò etiam ſeptem ad libitum, *ùt in Feſtis Simplicibus* ſuprà n. 45. dictum eſt; non eſt tamen neceſſe, quòd Orationes in iis ſint numero impares ſuprà hoc tit. n. 6.

74. Nonnulli Indultum habent relaxativum Rubricarum Votivas cantandi etiam in Duplicibus, & æquivalentibus. Sic conceſſit S. R. C. 19. Novembris 1633. (ùt refert *Merati*) Monachis Congregationis Vallis Oletani, canendi ſingulis diebus (exceptis ſolis Feſtis ſolemnioribus) Miſſam Votivam de *B. Maria*. Hoc, & ſimilia Indulta, ubi authenticè de iis conſtat, ſunt, ob S. R. C. authoritatem, veneranda. Sed quærit Sacerdos, an in iis una tantùm, an plures ſint dicendæ Orationes maximè dum cantantur in Duplicibus?

75. Reſpondeo, cùm hoc, & ſimilia Indulta, nominatim in Append. ad tit. IV. n. 31., ordinariè non con-

cedantur ex gravi, ſeu publicâ Eccleſiæ cauſâ; ſed ob particularia quædam motiva Miſſæ illæ Votivæ tolerentur duntaxat in Duplicibus, & æquivalentibus, ſic cenſentur tantùm, etiam dum in Duplicibus cantantur, *Votivæ communes*; adeoque ſub hiſce Rubricæ verbis: *In ALIIS autem* Votivis *dicuntur plures* Orationes, comprehenſæ ſunt.

76. Aliud eſt, dum in Indulto fit mentio *cauſæ gravis*, vel *concurſûs*, & conceditur *Credo*, aut additur: *Miſſa Solemnis* vel *Solemniter*. Sic *Miſſa Votiva de B. M. V. cum GLORIA & CREDO, ſed ſinè Officio, poteſt celebrari in aliqua die*; V. G. Dominicâ per annum, vel Duplici, *ob publicam cauſam & ratione concurſûs*. S.R.C. 8. Junii 1658. Et in Miſſa illâ Votivâ eſt una tantùm (conformiter tamen ad dicta n. 56. & ſeqq.) Oratio dicenda.

77. Idem poſſet dici de Miſſa Votivâ ſequenti Indulto conceſſâ: *In novem diebus ante Nativitatem Domini, ubi adeſt antiquiſſima conſuetudo, vel* (N. B. disjunctivam) *concurſus, poteſt cantari unica Miſſa VOTIVA SOLEMNIS B. M. V.* (cum *Gloria*, & *Credo*, & unâ Oratione) *quàmvis in ipſis occurrat Feſtum S. Thomæ Apoſtoli, & Dominica 3. vel 4. Adventûs, non omiſſâ tamen Conventuali* (ubi ipſa ligat) *ſuâ horâ decantandâ*. S. R. C. 28. Septembr. 1658.

78. Excipe diem *Expectationis Partûs B. M. V.* (ubi hoc Feſtum celebratur,) in qua die, non Miſſa Votiva, ſed occurrens de *Expectatione Partûs* erit cantanda cum commemoratione Feriæ tantùm; ac etiam, quando idem Feſtum occurrit Feriâ ſextâ aut Sabbato cum ultimo illius Feriæ Evangelio; quod ultimum Feriæ Evangelium omittitur Feriâ IV. Q. T. ob rationem dandam infrà tit. XIII. n. 12.

79. Quòd autem in Votivis communibus 2. Oratio per ſe debeat eſſe de quo fit Officium, dictum eſt tit. IV. n. 11. & tit. VII. n. 25. Oratio verò tertia di-

cenda

cenda eſt illa, quæ in Miſſa de die foret ſecunda; Oratio quarta (ſi plures Celebrans velit dicere) illa, quæ in Miſſa de die foret tertia, & ſic de cæteris, donec veniatur ad Orationes ad libitum uſque ad ſeptem.

80. *In Votivis autem de SS. Sacramento Oratio de Feſto, & tertia* (ſi non occurrat alia dicenda) *quæ ſecundo loco erit dicenda ratione temporis occurrentis* (ſcilicet *A cunctis*, vel alia) *non verò ea, quæ dicitur 2. loco in Miſſa infra Octavam ejuſdem SS. Sacramenti.* S. R. C. 5. Julii 1705.

81. Rubr. n. 15. *In Votivis B. Mariæ* Ordinariis *ſecunda Oratio dicitur de Officio illius diei, & tertia de Spiritu ſancto: Sed in Sabbato, quando de ea* (S. Maria) *factum eſt Officium, ſecunda Oratio erit de Spiritu ſancto, tertia ECCLESIÆ, vel pro Papa;* quarta, 5. 6. & 7. Orationes dicuntur ad libitum Celebrantis, modò ex Miſſali approbato aſſumantur.

82. Quando quis ob defectum viſus habet diſpenſationem Pontificiam, ut ſingulis per annum Dominicis & Duplicibus, ac æquivalentibus legat Votivam de Beata (Vide p. III. tit. X. §. 1. n. 23.) ſemper dicere debet, etiam in Paſchate, Pentecoſte, Nativitate Domini, Dominica Palmarum, &c. tres Orationes, quarum ſecunda (quia illam de die occurrente, ob quotidianam mutationem, non poſſet legere) de Spiritu S., tertia *Eccleſiæ*, vel pro Papa.

83. Rubr. eod. n. 19. *In Votivis de Apoſtolis* (ſcilicet *de S. Petro & S. Paulo* tantum, non verò de aliis Apoſtolis, ita *Gavantus* hoc loco) *quando ponitur Oratio A CUNCTIS, ejus loco dicitur Oratio de S. Maria CONCEDE.* In Votivis autem de aliis Apoſtolis, quando ponitur Oratio *A cunctis*, ipſa dicenda eſt. Et, ubi in Julio fit de Diviſione Apoſtolorum *ritu ſemiduplici*, ut in Diœceſi *Antverpienſi*, Oratio ſecunda debet per ſe eſſe *A cunctis*, tertia ad libitum.

84. *Gavantus* p. IV. tit. V. n. 15. habet: In Collecta Sexageſimæ occurrunt duo præter regulas ordinarias. Alterum eſt, quòd dicatur Collecta de *S. Paulo* ſinè Collecta de *S. Petro*, qui in Feſtis eorum, & commemoratione per annum, numquàm dividuntur. Alterum eſt, quòd (dum Sexageſima venit poſt diem 2. Februarii) licèt in prima Collecta fiat mentio de *S. Paulo*, tamen in Miſſa in Oratione *A cunctis* adhuc fiat de eodem commemoratio contra id, quod habetur n. præc. de Miſſa Votivâ Apoſtolorum *SS. Petri & Pauli*, quæ excludit Orationem *A cunctis*.

85. Sed nota novum titulum Stationis, quæ, ut in Miſſali dicitur in Sexageſima, eſt ad *S. Paulum*. Et item nota, quòd nominet Eccleſia *S. Paulum* (in Oratione Miſſæ & Officii) occultiori nomine *Doctoris Gentium*. Titulus autem Stationis non eſt Feſtum, neque Commemoratio, neque quid Votivum.

86. At regula illa: *De eodem bis non fit in eodem Officio*, valet in Feſtis, Commemorationibus & Votivis, non in titulo Stationis, & occulto præſertim nomine, vel tacito, V. G. Apoſtoli cognomine in noſtro caſu, quæ ſicut in Officio non excludit commemorationem communem, ità nec in Miſſa Orationem *A cunctis*. Ità *Gavantus*.

87. Rubr. n. 16. *Si verò dicuntur* (dici debent) *plures* (ſcilicet ſecunda & 3. ratione temporis) *Orationes, & occurrat fieri commemorationem alicujus Sancti*, vel Octavæ, aut Feriæ, *ea ponitur 2. loco, & 3. Oratio dicitur, quæ aliàs 2. loco dicenda erat*. Quæ autem aliàs 3. loco dicenda erat, in Miſſis de Semiduplicibus omitti debet. Ad hoc Sacerdos benè reflectat. Aſtâ in Miſſis de Simplici, de Feria, & Votivis ea dici poteſt 4. loco, & ſic uſque ad 5. vel 7.

88. Si autem duæ vel plures dicendæ ſint Orationes ratione occurrentiæ, V. G. de Feria & Sancto

to, Simplici ſimul, tunc utraque, ſcilicet aliàs 2. & 3. loco dicenda, omitti debet in Miſſis de Semiduplici; ſed in Miſſis de Feria, & in Votivis dici poſſunt uſque ad quinque vel ſeptem.

89. Exemplo Juniori res fiet clarior: in Miſſa *SS. Cornelii & Cypriani MM.* Semidupl. 16. Septembris Orat. 2. eſt de Simplici occurrente *SS. Euphemiæ, &c.* MM., Oratio 3. eſt *A cunctis*. Illa *ad libitum*, quæ, ſecluſâ commemoratione Simplicis, fuiſſet 3. loco dicenda, omitti debet in hac Miſſâ. Si autem dies 16. Septembris incidat in Quatuor Tempora, tunc in Miſſa *SS. Cornelii, &c. MM.* Oratio 2. eſt de Feria, & Oratio 3. de Simplici occurrente. Et hoc in caſu utraque, ſcilicet Oratio *A cunctis*, & ad libitum, omitti debet. Idem dic de ſimilibus.

90. Rubr. n. 17. *In concluſione Orationum hic modus* in Miſſa *ſervetur: Si Oratio ſic dirigatur ad Patrem*, ut in ea nulla fiat mentio Filii, *concluditur*: *PER DOMINUM NOSTRUM*, &c. At, ſi Oratio dirigatur *ad Filium*, concluditur: *QUI VIVIS ET REGNAS CUM DEO PATRE.* Si in Oratione, quæ dirigitur ad Filium, fiat mentio Patris, concluditur: *Qui vivis... cum eodem Deo Patre.* Vide Orationem ſecundam poſt *Agnus Dei.*

91. Rubr. eod. n. 17. Si Oratio ſic dirigatur ad Patrem, ut *in principio* aut medio *Orationis fiat mentio Filii*, idque licet ſub nomine *Verbi, Chriſti, Salvatoris, Redemptoris* (non tamen *Redemptionis*. Vide Orationem Feriæ IV. Quatuor Temporum Adventûs) *Unigeniti*, item *Dei* cum addito *Genitricis Mariæ* (ut in Oratione *A cunctis*) aut quocumque alio nomine, modò ſit expreſſivum ſecundæ in SS. Trinitate Perſonæ, *concluditur* Oratio: *PER EUMDEM DOMINUM.* Sic concluditur Oratio in Feſto Exalt. S. Crucis 14. Septembris, in qua fit tantum mentio Filii ſub nomine, *Crucis, Cujus, Ejus.*

92. Rubr.

92. Rubr. eod. n. 17. *Si in fine Orationis* (quoad ſenſum, licèt non quoad expreſſionem) *ejus* (Filii ſub quocumque nomine) *fiat mentio*, Oratio concluditur: *QUI TECUM VIVIT*; ſic in Oratione *S. Ludovici* Regis Galliæ 25. Auguſti; *Ejus... interceſſione Regis Regum JESU Chriſti Filii tui facias nos eſſe conſortes*, mentio Filii fit in fine quoad ſenſum, qui eſt: *Ejus... interceſſione facias nos eſſe conſortes Regis Regum JESU Chriſti Filii tui*; adeoque concludendum: *Qui tecum vivit, &c.* Idem quoque eſt de variis aliis, in quibus varia Breviaria, ac Diurnalia ſæpius deficiunt. Orationem autem de SS. Nomine *Jeſu* omnia Exemplaria *Romæ*, *Venetiis*, & alibi impreſſa rectè concludunt: *Per eumdem Dominum.*

93. Rubr. eod. n. 17. *Si in Oratione facta ſit mentio Spiritûs S.*, prout importat tertiam in SS. Trinitate Perſonam; *in concluſione dicitur* (dici debet) *IN UNITATE EJUSDEM SPIRITUS S., &c.*

94. Sic pro tertia SS. Trinitatis Perſonâ accipitur in Oratione ſuper populum Feriâ IV. Dominicæ 2. Quadrageſimæ. Item in Oratione *Omnipotens* in fine Miſſalis eſt. *Pro omni gradu Eccleſiæ*, cujus concluſio ibidem in Miſſalibus rectè imprimitur *Ejuſdem Spiritûs*. Hæc eadem Oratio habetur in Officio *Paraſceves* poſt lectam Paſſionem 3. loco; proinde ibidem ſimiliter concludi deberet: *Ejuſdem Spiritûs*, quod non fit. Ad hoc reflectere dignentur Typographi in reimpreſſione, dum ad hunc locum venerint.

95. Si penultima Oratio ſit de Spiritu S., vel in ea de eodem fiat mentio, tunc ultima Oratio non poteſt concludi *Ejuſdem Spiritûs*, ſed concludi debet propriâ ſuâ concluſione. Ind. S. R. C. 12. Septemb. 1736. Caſus ſæpius eſt ad [illegible] 5. & 6. Novemb. Modus terminandi Orationes carmine expreſſus eſt hic:

PER DOMINUM dicas, ſi Patrem quilibet oras,
Si Chriſtum memores, PER EUMDEM dicere debes:

Si loqueris Chriſto, QUI VIVIS *ſcire memento.*
QUI TECUM, *ſi ſit Collecta finis in ipſo.*
Si Flamen memores, EJUSDEM *dic prope finem.*

96. Rubr. eod. n. 17. *Alia quoque in dicendis Orationibus ſerventur, quæ ſuperius in Rubrica de Commemorationibus dicta ſunt.* Vult *Merati* ſect. 5. c. 16. n. 3. ex Cardinali *Thomaſio*, quòd in Oratione Fundatoris addi non poſſit: *Patris noſtri*; atque *quòd in Breviario Monaſterii S. Benedicti*, *in Pramonſtratenſi*, *& in Officiis Minorum S. Franciſci*, *quæ alicubi reperiuntur, nomina SS. Fundatorum Benedicti, Norberti, & Franciſci titulum* PATRIS NOSTRI *in Orationibus non habeant.* Quoad SS. Patrem noſtrum dico,

97. Quòd non videatur *Merati*, dum illa ſcribebat, legiſſe Breviarium & Miſſale *Franciſcanum*, in quibus 17. Septembris in Feſto SS. Stigmatum Oratio ſic habet: *Domine* JESU *Chriſte... qui... in Carne* BB. PATRIS NOSTRI FRANCISCI. Idem habetur in Secreta Miſſæ ejuſdem; nec non & in Poſt-communione Miſſæ, quæ habetur 25. Maji in Tranſlatione SS. P. N. *Franciſci.*

98. S. R. C. 23. Junii 1736. juſſit omninò expungi in Orationibus cognomina & Patriam Sanctorum, talia ſunt: *Nolaſcus*, *de Matha*, *Borgias*, *Nonnatus*, *à Capiſtrano*, &c. Juxta reſponſum tamen Romanum 6. Maji 1747. non eſt omittendum in Oratione *S. Joannis* 27. Jan. illi *Chryſoſtomi*, quia eſt nomen Characteriſticum illius Sancti. Idem eſt de illi *Cæleſtinus*, *Chryſologus*, *&c.*

99. *In Miſſa privata* (de cantata coram SS. Sacramento vide n. 70.) *de Sancto Duplici vel Semiduplici, de quo tali die fit Officium, poteſt quidem fieri* (proinde non debet) *Commemoratio* (poſt omnes alias de præcepto) de *SS. Sacramento expoſito occaſione precum* 40. *Horarum*, *ſed omittenda eſt in Feſtis* 1. *&* 2. *claſſis.* S. R. C. 2. Decembri 1684.

100. Qui-

100. Quinimò *commemoratio de SS. Sacramento in Missis privatis*, quæ non ſunt 1. vel 2. claſſis, *poterit fieri* poſt omnes alias de præcepto, *quando ejus expoſitio fit* non tantùm pro precibus 40. Horarum, ut n. præc., ſed & *pro* qualibet *publica cauſa*, *etiamſi Sacramentum expoſitum ſit in Pyxide* tantùm. Ita S. R. C. 11. Maji 1746.

101. Quando igitur SS. Sacramentum expoſitum eſt ſub Miſſa Feriis tertiis in honorem *S. Antonii*, Feriis V. in honorem Venerabilis, Feriis VI, & Sabbatis in honorem *S. Mariæ*; item quando Pyxis expoſita eſt publicè Dominicis, aut aliis diebus, merè ob dandam hominibus S. Communionem, ſecluſa omni cauſa publica; non poterit in Miſſa privata addi commemoratio de SS. Sacramento.

102. Orationes ab Ordinario præſcriptæ pro Rege, pluvia, &c. debent in omnibus Miſſis, tam privatis, quàm ſolemni Feſtorum primæ claſſis, omitti. Ita S. R. C. 28. Auguſti 1627. Item in Dominica Palmarum, & in Vigiliis Nativitatis Domini & Pentecoſtes, quia hæ Miſſæ ſunt ritualiter 1. claſſis. Inſuper uſus habet, ut dictæ Orationes omittantur in Miſſa ſolemni, prout & apud varios in Miſſis privatis (quibus favent Decreta n. 99. & ſeq.) Duplicis 2. claſſis. In omnibus autem aliis (ſi Miſſas *de Requiem* excipias) etiam in iis, in quibus duæ præſcribuntur Orationes, etiam cum additamento *Tantum*, recitari debent.

103. Sicut autem in Miſſa, ex Orationibus ibi præceptis, unam aut plures voluntariè omittere eſt illicitum, ita à fortiori prohibitum eſt Orationem nec authoritate Apoſtolica præſcriptam, nec permiſſam, aut indultam voluntariè in Miſſa addere.

104. Primum fit, dum quis Votivam die habili (ſi die inhabili bis peccat) legit aut cantat ſub una tantùm Collecta, omiſſis ſecunda & tertia, quæ,

 dum

dum Votiva non cantatur pro re gravi ex indictione Ordinarii, ſunt ſtrictè præceptæ; Item dum quis extra caſus, n. 102. omittit in Miſſa Collectam pro Rege, pluviâ, &c. ab Ordinario indictam.

105. Secundum fit, dum quis in Miſſa de Duplici, aut æquivalenti; item in Miſſa de Semiduplici addit ex devotione, ſtipendium dantis requiſitione, aut ex alia authoritate, dummodò non ſit primitivè Apoſtolica, unam aut alteram Orationem pro aliqua neceſſitate, aut de aliquo Sancto, aut pro vivis, etiam infirmis, etiam in periculo mortis, pro peregrinantibus, &c. Quia talis directè agit contra Rubricas Miſſalis, quæ ſuprà tit. I. n. 3. & tit. IX. n. 4. præſcribunt, quòd in Miſſa de Duplici una tantùm Oratio, & ibid. n. 5. ac ſeqq. in Semiduplicibus tres (aliquando duæ) tantùm Orationes dici poſſint, niſi, quod Niſi non habet locum in præſenti caſu.

106. Etenim *non licet aliquid ex devotione, ſeu authoritate privatâ, MISCERE, MUTARE, vel APPONERE inter ea, quæ integrant Officia cujuſque diei; Quia in Officiis Sanctorum nihil eſt addendum, vel minuendum, NISI A SANCTA SEDE CONCESSUM FUERIT.* S. R. C. 10. Junii 1710.

107. In hoc S. R. C. Decreto ſub *Officii*, utique divini, nomine (ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 3. n. 4.) etiam Miſſa continetur, ut probat textus Can. *De his.* diſt. 12. ubi dicitur: *Cætera OFFICIA publica, id eſt, Veſperas, Matutinum, ſive MISSAS, &c.*

108. Item ipſa Rubrica infrà tit. XVIII. n. 4. ſub hiſce verbis: *In OFFICIO de Tempore* comprehendit & Miſſas, ut patet ex exceptione, quam Rubrica addit: *Præterquàm in MISSA Litaniarum.* Sic pariter *Innocentius* III. c. *Dolentes* de celebr. Miſſar, ſub *OFFICIO diurno* etiam, juxtà omnes

Canoniſtas, comprehendit & Miſſam; quin & idem *Innocentius* ſupra tit. VIII. n. 1. per *Officium* intelligit *ſolam Miſſam.*

109. Prætatum quoque Decretum *Authoritatem privatam* opponit *Authoritati Apoſtolicæ* his verbis: *NISI à ſanctâ Sede conceſſum fuerit*; ita ſcilicet, ut, quidquid circa Miſſam per additionem, diminutionem, vel mutationem ab aliquo actum fuerit (à quocumque illa additio in Miſſâ, diminutio vel mutatio fiat) illud (ſi fiat ſine facultate à ſancta Sede conceſſâ) ab ipſo fiat authoritate privatâ.

110. Et cùm Decretum dicat: *quòd non liceat ALIQUID apponere, &c.*, utique ſub illo *Aliquid* comprehenditur Oratio, Secreta, & Poſt-communio apponenda. Hæc ſola ſufficere videntur. Inſuper tamen notandum eſt ſequens Decretum.

111. *Regularium Superiores* in ordine ad Officium Divinum *non veniunt ſub nomine Ordinariorum.* En generale Decreti principium, ex quo in eodem Decreto infertur: *Et conſequenter non poſſunt* Regularium Superiores *aſſignare*, ne quidem pro ſuis ſubditis, *aliquam ex Dominicis Novembris pro recitatione Officii B. M. V., quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico præfati menſis à Locorum Ordinariis eligendo.* Ita S. R. C. 21. Januarii 1701., & ſic refert Merati in Indice n. 222. Idem habet *Talu*, qui tamen illud n. 729. ſic incipit: *Regularium Superiores, & Priores Locales non veniunt, &c.*

112. Sic pariter ex eodem principio & alia poſſent inferri, ſcilicet, quòd iidem non poſſint mandare, ut in Miſſâ de Duplici aut æquivalenti, vel in Miſſa de Semiduplici addatur collecta pro certa neceſſitate, ex eo præciſè, quòd hoc Epiſcopis ſeu Locorum Ordinariis authoritate Apoſtolicâ ſit conceſſum, ſuprà n. 8. Si ergo iidem facultatem habeant (ut ſit ſuprà in Append. ad tit. IV. n. 11.

in certis caſibus) Apoſtolicam pro addenda in Miſſa Oratione, hæc debet aliunde, & independenter à S. R. C. 17. Auguſti 1701. demonſtrari, antequàm ipſa licitè poſſit tum activè tum paſſivè exerceri.

113. Ex dictis ſequitur, quod Feriis III. & VI. vel aliis Hebdomadæ diebus in Miſſa, ſive Conventuali, ſive privatâ, quæ fit de Duplici, æquivalenti, aut Semiduplici occurrente, non poſſit addi, aut ordinari ut addatur commemoratio de S. Antonio à Padua, de *S. Rocho*, aliiſve Sanctis; item pro infirmis, aut pro alia neceſſitate, niſi fiat à Perſonis, qui ad hoc Indultum habent Apoſtolicum, vel niſi certo Sacello tale Indultum ſit conceſſum (de quo authenticè conſtare debet) & cujus Indulti tenor litteralis ſtrictè eſt ſervandus, vel niſi in Miſſa de Semiduplici 3. Oratio ſit *ad libitum*; quia pro hac eligit Celebrans ex Miſſali unam, quam vult.

114. Sequitur 2., quod hæ vel ſimiles Orationes addi non poſſint in Miſſis Duplicibus & æquivalentib, aut Semiduplicibus, licèt ſtipendium offerentes id enixè pro cauſa reſpectu ſui gravi poſtulent; prout nec Oratio pro Defunctis in Miſſa de Duplici & æquivalenti, quamvis, præſente corpore, vel in Altari in nigris conſtituto, ac præſentibus Defuncti conſanguineis, Miſſa de duplici aut æquivalenti dicatur, etiam pro prima & ultimâ die. Vide ſuprà tit. VII. n. 56., & tit. IX. n. 7

115. Collectæ autem pro Defunctis additio in Miſſis de Duplici, & æquivalenti non requiritur ad lucrandas in Altari privilegiato Indulgentias plenarias; quia *Alexander* VII., & *Clemens* IX., in Brevi à *Clemente* XI. approbato, declarant Indulgentias plenarias per Miſſam de Feſto Duplici aut æquivalenti (modò Miſſa *de Requiem* licitè celebrari non poſſit) in Altari privilegiato pro Defunctis lucrabiles eſſe *per Sacrificii applicationem*, nullâ factâ mentione

mentione additionis Collectæ pro Defunctis facienda, quod fieri deberet, si hæc pro Indulgentiis lucrandis requireretur. Videri poteſt Reſolutio *Fraxinelli* Ordinis Eremit. *S. Auguſtini* apud *Gavantum* in fine libri, & *S. Thomas* Supplem. q. 71. a. 9. ad 5.

116. Et SS. D. BENEDICTUS XIV. Brevi *Cùm ſicut* 14. Martii 1741. conceſſit, ut, dum Sacerdos Ordinis FF. Minorum Miſſam in die obitûs Fratrum, ac Monialium ejuſdem Ordinis (ac quoad Moniales in earum reſpectivè Eccleſiâ, Sacerdos Sæcularis, vel alterius Ordinis Regularis,) aut in alio die ad quodcumque Altare Eccleſiarum Ordinis (quod idem SS. D. 1755. 22. Septembr. ad Altare Valetudinarii pro infirmis extendit) pro illorum vel illarum animâ, quæ Deo in charitate conjuncta obiit, celebrabit, Miſſa ejuſdem animæ, pro qua celebrabitur, perinde ſuffragetur, acſi ad Altare privilegiatum celebrata fuiſſet.

117. Ubi nulla pro lucrandis Indulgentiis in Miſſa de Duplici vel æquivalenti conceditur facultas addendi Collectam pro Defunctis. Et fundamentum convincens, vide ſuprà tit. VII. n. 54. & 55.

APPENDIX AD TITULUM IX.

1. UT Sacerdos undequaque ſit inſtructus, undenam Orationes divinis in Laudibus, & maximè in tremendo Miſſæ Sacrificio, deſumi debeant, quando aliquam in ſuâ Miſſâ pro libitu eligendam tenetur aut poteſt addere, valde utile apparet hìc apponere Breve SS. Domini ad omnes totius Orbis Epiſcopos directum 23. Mart. 1743.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis.

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

2. Quemadmodum preces ad Deum pro Principibus effundere valde conſentaneum eſt, ita convenit, ut precum ipſarum formulæ ſint ex illis, quæ Eccleſia uſu recepit; maxime verò, ſi hujuſmodi preces in celebratione Miſſarum adhibendæ ſint.

3. Præterea ad Eccleſiaſticam authoritatem unicè ſpectat preces illas ſtatuere, atque indicere; cum nulli ſæculari poteſtati fas ſit decernere, præceptoque mandare, ut publicæ preces fiant, ſive ad perſolvendas Deo gratias pro beneficio aliquo recepto, ſive auxilium opem in gravi aliqua neceſſitate implorandam.

4. Divus *Paulus* in 1. ad *Timotheum cap.* 2., ut Vos bene noſtis, ita loquitur: *Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, Orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt.*

5. Quòd ſi expediat hoc loco praxim oſtendere, quâ primæva Eccleſia utebatur in orationibus & precibus ad Deum pro Principibus offerendis, eam ſatis patefacere poterunt ſancti Dionyſii Epiſcopi Alexandrini ad Præſidem Emilianum Epiſtola, Tertullianus *in Libro ad Scapulam, & in Apologetico*, S. Cyprianus *in Epiſtola ad Demetrianum*, Origenes *in Reſpon. ad Celſum*, & Athenagoras *in ſua Legatione ad Imperatores pro Chriſtianis.*

6. Multum quidem inter ſe conveniunt credendi & orandi ratio; proinde in celebratiſſimis Epiſtolæ S. Cæleſtini ad Galliæ Epiſcopos additionibus *cap.* 11. legitur: *Obſecrationum quoque Sacerdotalium Sacramenta reſpiciamus.... ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi.* Atque hinc oritur, in publicis ſupplicationibus formulas ab Eccleſia præſcriptas eſſe adhibendas, præſertim ſi res agatur de Orationibus, quæ recitari debeant in Miſſa, ut dictum eſt.

7. Idcircò etiam in ſacro Concilio *Tridentino* cavetur, ne preces in Miſſarum celebratione adhibeantur,

antur, *præter eas, quæ ab Eccleſia probatæ, & frequenti ac laudabili uſu receptæ fuerint.* Quam ob rem in Miſſali Romano pro omni ferè neceſſitate exiſtunt piæ quidem ac religioſæ Orationes, è vetuſtis ac venerabilibus Sacramentariis opportunè depromptæ. Neque enim putamus nimium progredi; imò inter æquos authoritatis Noſtræ limites Nos certè conſiſtere credimus, cùm aſſerimus, ad Eccleſiaſticam quidem, non autem ad ſæcularem poteſtatem pertinere de Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus rebus diſponere.

8. Magnus ille Oſius Epiſcopus Cordubenſis apud S. Athanaſium in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, Eccleſiaſtica ſanè libertate ad Conſtantinum Imperatorem hæc ſcripſit: *Ne te miſceas Eccleſiaſticis rebus, neque Nobis in hoc genere præcipe, ſed potiùs ea à Nobis diſce. Tibi Deus Imperium commiſit, Nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit.... Cave, nè, quæ ſunt Eccleſiæ, ad Te trahens, magno crimini obnoxius fias. Scriptum eſt: QUÆ SUNT CÆSARIS, CÆSARI; ET, QUÆ SUNT DEI, DEO.*

9. Ad viciniora autem tempora, & ad rem, quæ Epiſtolæ huic noſtræ occaſionem dedit, propiùs accedentes, dicimus, à Laicorum ipſorum Tribunali abrogata fuiſſe atque reſciſſa ſæcularis alicujus Magiſtratûs Decreta, quibus publicè pro Principibus preces indictæ fuerant, quòd ejuſmodi Decreta nullius authoritatis, aut roboris eſſe, per ſe innoteſceret.

10. Et non multis ab hinc annis ſacra Concilii Congregatio, Prædeceſſoribus noſtris annuentibus, publicè abrogavit, irritumque fecit ſæcularis poteſtatis edictum, quo illa, ob partam à Principe victoriam, indixerat pro gratiarum actione: *Te Deum Laudamus*, etiamſi proteſtationem inſeruiſſet de præjudicio Eccleſiaſtico juri non inferendo, quòd nimirum facto proteſtatio ipſa adverſaretur.

11. Ut

11. Ut igitur æquitatis jure, rectoque ordine omnino procedatur, monemus Vos atque hortamur, ut tum Vos, tum alii operâ veſtrâ Deum ſedulò rogent pro incolumitate ac felicitate veſtrorum Principum, quemadmodùm & Nos pro Principibus Catholicis quotidiè facimus. Æquo, libentique animo accipite, quòd Poteſtates ſæculares à Vobis petant, ut pro ſe publicæ preces fiant, atque operam date, ut Eccleſiæ formulæ in illis uſurpentur; neque novæ, aut inuſitatæ Orationes in Miſſa recitentur.

12. Sin autem, quod Nobis perſuadere non poſſumus, laicalis aliqua poteſtas uſu, vel conſuetudine aliquâ (quæ abuſus reverà dici debet) præſumat authoritatem veſtram in hoc minimè agnoſcere, ſed jure ſuo directè velit publicas preces indicere, imò & pœnam parère renuentibus ſtatuere audeat; loquimini & Vos, quemadmodùm Oſius ad Imperatorem locutus eſt. Rationes adducite, quas, qui errant, fortaſſe ignorant.

13. Palàm ipſis facite, hanc nullatenus eſſe rationem (*Vide* Append. ad tit. VI. n. 26.) exorandi Deum, atque id, quod cupiunt, conſequendi; ad Vos confugere eos debere, cùm Vos ii ſitis, qui, licèt *ex hominibus aſſumpti*, tamen eſtis *pro hominibus conſtituti in iis, quæ ſunt ad Deum*, ut ad Hæbreos Apoſtolus loquitur; nec, præter Vos, poſſe aliquem opus hujuſmodi ſuſcipere, & hunc ſumere ſibi honorem, *ſed qui vocatur à Deo tamquàm Aaron*.

14. Quòd ſi dictis non acquieſcant, neque à Vobis opportunum judicetur in eos ità procedere, ut Eccleſiaſticæ Diſciplicæ jura exigerent, Vobis ſtrictè mandamus, ut Nos quàmprimùm certiores de iis faciatis, opportunis quoque tranſmiſſis ad manus noſtras documentis; cùm Nos parati ſimus ea omnia facere, quæ clariſſimi Prædeceſſores noſtri in hujuſmodi occaſionibus facere conſueverunt.

15. No-

mentione additionis Collectæ pro Defunctis faciendæ, quod fieri deberet, ſi hæc pro Indulgentiis lucrandis requireretur. Videri poteſt Reſolutio *Fraxinelli* Ordinis Eremit. *S. Auguſtini* apud *Gavantum* in fine libri, & *S. Thomas* Supplem. q. 71. a. 9. ad 5.

116. Et SS. D. BENEDICTUS XIV. Brevi *Cùm ſicut* 14. Martii 1741. conceſſit, ut, dum Sacerdos Ordinis FF. Minorum Miſſam in die obitûs Fratrum, ac Monialium ejuſdem Ordinis (ac quoad Moniales in earum reſpectivè Eccleſiâ, Sacerdos Sæcularis, vel alterius Ordinis Regularis) aut in alio die ad quodcumque Altare Eccleſiarum Ordinis (quod idem SS. D. 1755. 22. Septembr. ad Altare Valetudinarii pro infirmis extendit) pro illorum, vel illarum animâ, quæ Deo in charitate conjuncta obiit, celebrabit, Miſſa ejuſdem animæ, pro qua celebrabitur, perinde ſuffragetur, ac ſi ad Altare privilegiatum celebrata fuiſſet.

117. Ubi nulla pro lucrandis Indulgentiis in Miſſa de Duplici vel æquivalenti conceditur facultas addendi Collectam pro Defunctis. Et fundamentum convincens, vide ſuprà tit. VII. n. 54. & 55.

APPENDIX AD TITULUM IX.

1. UT Sacerdos undequaque ſit inſtructus, undenam Orationes divinis in Laudibus, & maximè in tremendo Miſſæ Sacrificio, deſumi debeant, quando aliquam in ſuâ Miſſâ pro libitu eligendam tenetur aut poteſt addere, valde utile apparet hic apponere Breve SS. Domini ad omnes totius Orbis Epiſcopos directum 23. Mart. 1743.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis,

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hiſpaniæ tantum, nunc verò ad univerſam extenſa eſt Eccleſiam. Vide ſuprà tit. VI. n. 46.

4. In hac Miſſa (cujus Introitus: *Stabat*) eâque ſolâ, poſt *Graduale*, quod incipit *Doloroſa*, omittitur Verſus; nam poſt dictum *Graduale* ſequitur immediatè duplex *Alleluja*, quod eſt dicendum, dum hæc Miſſa à Dominica SS. Trinitatis uſque ad Septuageſimam Votivè celebratur; ſequitur autem, immediate poſt *Graduale*, Tractus dicendus poſt Septuageſimam. An autem caſu, an verò Myſterio in hac ſolâ Miſſâ poſt *Graduale* omiſſus ſit Verſus, nullibi hactenus detegere potui.

5. Rubr. eòd. n. 2. *Quod* Graduale *ſemper* in omni Miſſâ (*præterquàm tempore Paſchali*, ſcilicet in ſolo Sabbato ſancto, & deinde incipiendo à Sabbato in Albis incluſivè uſque ad Dominicam SS. Trinitatis excluſivè, *cujus* Gradualis *loco tunc* in Miſſis de Tempore, & de Sanctis *dicuntur duo Verſus* (cum 4. *Alleluja*) *ut habetur in Rubrica in Sabbato in Albis*.

6. Igitur *Graduale* poſt Epiſtolam convenit etiam Miſſis Octavæ *Paſchæ*, ſcilicet à die *Paſchæ* uſque ad Feriam VI. ſequentem incluſivè; tunc enim illud dicitur pro renatis fonte Baptiſmatis, ut hi ſciant, quòd, in qua vocati ſunt vocatione, laborare & ſeſe continuò exercere debeant.

7. Miſſis autem Votivis, quæ infra Octavam Paſchæ à Feria quartâ dici poſſunt *pro re Gravi* ex indictione legali aut ſpeciali Ordinarii, prout & privatis Votivis, quæ infra eamdem Octavam à die Paſchæ leguntur de Beata ab habente, ob defectum viſûs, diſpenſationem Apoſtolicam, de qua p. III. tit. X. §. 1. n. 23., non convenit Graduale (utpote quod ſolis de Octavâ Paſchæ Miſſis competit) ſed in iis dicuntur duo Verſus cum quatuor *Alleluja*, ut in aliis tempore Paſchali. Ità ex *Byſſo* lit. G. n. 54. §. 9. refert *Merati* hoc loco.

8. In

8. In Miſſis autem Rogationum (prout & in Miſſa ad Litanias majores 25. Aprilis, ad Proceſſionem cantandâ, etiam dum incidit in Feriam II. poſt Paſcha, & ſeq. Ferias, aut in Dominicam) & in Vigilia *Pentecoſtes* dicitur unum *Alleluja* cum uno Verſu. In Miſſis Defunctorum, etiam tempore Paſchali, dicitur *Graduale* ſine *Alleluja*; Teſtatur tamen S. *Hieronymus* etiam in Exequiis Chriſtianorum *Alleluja* cani conſuevisſe. Vide SS. D. *Benedictum* XIV. de Geſtis D. N. I. C. in Sabbato S.

9. Rubr. n. 3. *Poſt Graduale* ejuſque Verſum *dicuntur duo* ALLELUJA, *deinde* dicitur *Verſus*, *& poſt Verſum unum* ALLELUJA. Hæc vox Hebraicè *Laudate Dominum* ſignificat, & primò legitur ſcripta à Pſalmiſta. Extra Pſalterium autem vox illa in Veteri Teſt. non reperitur, niſi *Tobiæ* 10. In Nova Lege *Joannes* Apoc. 19. audivit Choros Angelorum in cælo canentium *Alleluja*. Hinc colligere liquet pulcherrimum hoc Canticum è cœlo in Eccleſiam deductum fuiſſe.

10. Rubr. eod. n. 3. *Tempore Paſchali*, *quando non dicitur Graduale* (n. 5.) *dicitur* poſt Epiſtolam duplex *Alleluja*; dein Verſus cum *Alleluja*, ac *aliud*, ſeu quartum *ALLELUJA poſt ſecundum Verſum*; *& quando dicitur Sequentia*, tunc *non dicitur ALLELUJA poſt ultimum Verſum*, *ſed poſt Sequentiam*. Ab hac Rubrica excipitur Sabbatum Quat. Temporum poſt Pentecoſten.

11. *Merati* p. 4. tit. 4. n. 2. & ſec. 6. c. 8. n. 1. refert, quòd, licèt in aliquibus Miſſalibus impreſſa habeatur Sequentia in Miſſa de SS. Nomine *Jeſu*, non poſſit tamen ipſa dici, ſed omitti debeat; tum quia in conceſſione anteà factâ RR. PP. Societatis *Jeſu* 10. Octobr. 1701. dicitur expreſſè: *Excluſâ tamen Sequentiâ*; tum quia S. R. C. 16. Febr. 1737. in *Mechlinienſi* apertè ſtatuit Sequentiam in Miſſa de SS. Nomine *Jeſu* eſſe omittendam.

12. Excipit tamen *Merati* FF. Minores, addendo: *Niſi à FF. Minoribus S. Franciſci.* Directorium quoque Romanum eorumdem Fratrum annis ſingulis notat Miſſam de SS. Nomine *Jeſu* cum Sequentia *Lauda Sion Salvatoris* eſſe dicendam. *Et SS. D. Benedictus* XIV. l. 2. c. 5. n. 18. ait: *Particularis eſt etiam ea Sequentia in Miſſa de SS. Nomine Jeſu Fratrum Minorum, ut obſervat Meratus.*

13. Sequentia *Stabat Mater Doloroſa* dicenda eſt in Miſſa de 7. Doloribus B. V. in die Feſtivitatis tantum, quæ in universali Eccleſiâ ſervatur Feriâ VI. poſt Dom. Paſſionis, vel Sabbato ſeq. Omittenda eſt autem dicta Sequentia in Miſſis Votivis ejuſdem Myſterii per annum celebrandis.

14. Sic etiam omittenda eſt Sequentia *Veni ſancte Spiritus*, & *Lauda Sion Salvatorem* in Miſſis Votivis quibuſcumque, etiam pro re gravi, de Spiritu S., & de Venerabili reſpective. Dicitur autem Sequentia *Lauda Sion Salv.* in Feſto Corporis Chriſti, & *Bruxellis* Dominicâ poſt 13. Julii, ac *Amſtelodami* in Quadrageſima, quando ibidem particularis ſolemnitas celebratur de Venerabili, & per Octavam, dum Miſſa fit de Octava, alias non.

15. Rubr. n. 4. *A Septuageſima* incluſive *uſque ad Sabbatum S.* excluſive in Miſſa, dicto Graduali cum ℣. *non dicitur* ALLELUJA, *neque dicitur in Miſſis de Feriis in Adventu.* Hinc in Miſſali ad Miſſam Dominicæ 1. Adventus dicitur: *In Feriis Adventus, quando per Hebdomadam reſumitur Miſſa de Dominica, non dicitur* ALLELUJA, *nec Verſus ſequens, ſed tantum Graduale*, utique cum ſuo Verſu ſubſequenti.

16. Rubr. eod. n. 4. Nec *Alleluja* dicitur in Miſſis de *Quatuor Temporibus*, & de *Vigiliis, quæ jejunantur*, id eſt, quæ, quantum eſt de jure communi, jejunari debent, licet jejunium hinc inde ſit abrogatum, vel ad alias dies translatum, *exceptis Vigilia Nativitatis*

Domini,

Domini ; ſi venerit in Dominica, & Vigilia Paſchæ & Pentecoſtes ; ac Quatuor Temporibus Pentecoſtes. Nec etiam in Miſſa dicitur ALLELUJA in Feſto SS. Innocentium, niſi venerit in Dominica, vel niſi ubi ipſi Titulares ſunt aut Patroni.

17. Rubr. n. 5. *A Septuageſima uſque ad Paſcha, ejus loco* (id eſt, loco *Alleluja*, proin poſt Graduale cum ſuo Verſu) *dicitur* TRACTUS à trahendo, ſeu tractim cantando ſic dictus, *qui Tractus prædicto tempore in aliquibus Feriis*, ſcilicet Feria II. IV. & Sabbato Quadrageſimæ, *non dicitur, ut ſuis locis ponitur.*

18. Rubr. eod. n. 5. *Nec dicitur* Tractus *in Feriis à Septuageſima uſque ad Quadrageſimam*, ſeu uſque ad Feriam IV. Cinerum excluſive, quando & quoties infra Hebdomadam *repetitur Miſſa Dominicæ*, quod & notatur in Miſſali ad Miſſam Dominicæ Septuageſimæ ante Evangelium his verbis :

19. *A Septuageſima uſque ad Feriam IV. Cinerum Tractus dicitur tantum in Dominicis & Feſtis*, ac in Miſſis Votivis. *In Feriis autem, quando repetitur Miſſa de Dominica, non dicitur Tractus, ſed tantum Graduale*, utique cum ſuo Verſu ſubſequenti, ut n. 12.

20. Rubr. n. 6. *Dicto Graduali, ſeu* ALLELUJA, *ſeu Tractu, dicitur Evangelium*, quæ vox Græca ſignificat Latine *Bonum nuntium*. Evangelium ab Eccleſiæ primordiis in Eccleſia lectum ſemper fuiſſe, certum eſt, ut fidem faciunt Viri, qui, eruditione & doctrina clari, de Miſſa ſcripſerunt.

21. Series autem, & ordo Epiſtolarum, ac Evangeliorum, quæ totius anni decurſu in Proprio Miſſarum de Tempore leguntur in Miſſa, vulgo D. *Hieronymo* tribuuntur. SS. D. *Benedictus* XIV. P. 2. c. 5. Vide *Gavant.* n. 1. lit. k ; *Pittò*, & n. 6. lit. b.

22. Quærit Sacerdos, cur in Miſſa ante Evangelium legatur Epiſtola, cum hæc, utpote minoris dignitatis, videatur poſtponenda ? Reſpondeo pri-

mò; quia Apoſtoli præibant Chriſto, qui eos mittebat *Luca* 10. binos ante faciem ſuam: ſecundò per hoc ſignificatur munus Præcurſoris Chriſti, qui venit parare vias ejus. Ità *Innocentius* III. l. 2. c. 19.; tertiò ut animus audientium à minoribus ad majora ſentienda proficiat, & gradatim ab imis ad ſumma conſcendat. Ità *Walafridus Strabo* cap. 22.

23. Rubr. eod. n. 6. *Et in principio Evangelii dicitur:* DOMINUS VOBISCUM, ut populus attentus fiat ad ipſum Dominum loquentem. Ità *Quarti* hic n. 6. ℞. *ET CUM SPIRITU TUO;* *deinde* dicitur: *SEQUENTIA* (vel *Initium*, ſi principium legatur alicujus ex 4. Evangeliis) *SANCTI EVANGELII SECUNDUM N.*, id eſt Matthæum, Marcum, Lucam, vel Joannem. ℞. *GLORIA TIBI DOMINE. In fine Evangelii à miniſtro* ℞. *LAUS TIBI* CHRISTE, *quod etiam dicitur in fine illius partis Paſſionis, quæ legitur in tono Evangelii, præterquàm in Paraſceve,* dum nihil dicitur. *Poſteà, ſi dicendum eſt, dicitur* CREDO.

24. Notanda hic ſunt verba noſtri *Alexandri Alenſis* p. 4. Summæ, tract. de Miſſa: *Perlecto Evangelio, dicunt aſſiſtentes* AMEN, *QUASI dicant:* FACIAT NOS DEUS PERSEVERARE IN DOCTRINA EVANGELII. *Alii dicunt:* DEO GRATIAS *in gratiarum actionem pro beneficio tantæ doctrinæ, & tam ſalutaris.* *Nunc* (obiit *Alenſ.* 1245.) *dicimus:* LAUS TIBI CHRISTE.

25. Vetuſtiſſima eſt conſuetudo, quòd populus ſtando audiat Evangelium, ut paratum ſeſe ſignificet ad ea Domini mandata, quæ in Evangelio leguntur, omnino perficienda. Si quis baculum ſub Evangelio haberet, eum eamdem ob cauſam deponebat. Et Equeſtrium Ordinum Religioſi ſub Miſſæ Evangelio vel manum gladio admovent, vel ipſum è vagina deducunt, ut ſe pro Chriſti Fide ſuum profundere ſanguinem ſemper paratos declarent.

TITU-

TITULUS UNDECIMUS
DE SYMBOLO *CREDO.*

1. LEcto Evangelio, & Sermone, ſi habendus ſit, finito, Catechumenorum Miſſa eſt peracta, & Miſſa Fidelium, ſeu Sacramentorum incipit à Symbolo, ſi dicendum ſit. Hoc quidem eſt quadruplex; ſed, quod dicitur in Miſſa, & de quo hîc agitur, eſt anno 381. in *Concilio Conſtantinopolitano* (exceptâ particulâ *Filioque*, quæ depoſt adjecta fuit) editum: quia in eo Symbolo diſertiùs & luculentiùs Orthodoxi Articuli explicantur, & exortæ uſque ad ea tempora hæreſes profligantur. Hinc hoc Symbolum in S. R. C. Decreto infrà n. n. 42. minùs rectè videtur vocari *Apoſtolorum.*

2. Dictum Symbolum in Orientis Eccleſiis cœptum eſt legi in Miſſa anno 471. Et deinde in Occidentis Eccleſiam venit. In Hiſpania ſub *Recaredo* Rege cœpit A. 589. in Miſſa recitari, & dicebatur olim ante Orationem Dominicam, qui mos adhuc in Miſſa *Mozarabica* perſeverat. In Gallia & Germania ſub *Carolo* Magno ſæculo IX. inceptum eſt in Miſſa recitari *Credo*, dum & cœpit in Eccleſia Romanâ legi, ſed nondum cantari, inquit *Martenne*, donec tandem *S. Henricus* Imperator à *Benedicto* VIII. *Romæ* 1014. impetravit, ut in publica Miſſâ ſolemniter decantaretur. Secundùm autem modernas Eccleſiæ Rubricas fieri debet, ut ſequitur:

3. Rubr. *Symbolum* CREDO in Miſſa *dicitur poſt Evangelium in omnibus* diebus *Dominicis per* totum *annum*, non tantùm quando tunc Officium & Miſſa ſit de Dominica, ſed *etiamſi in illis* diebus Dominicis *fiat* Officium & Miſſa *de Feſto*, *in quo aliàs* Symbolum *non diceretur*, *vel* etiamſi *Dominica*, eò

quòd de ea in Officio & Miſſâ nil fiat, *vacet*, ùt fit dum dies 25. 26. 27. 28. Decembris, & 1. 2. 3. 4. 6. & 13. Januarii cadunt in Dominicam.

4. Idem habet Rubrica infrà n. 50. dicens: *Item* (dicitur *Credo.*) *in omnibus Feſtis*, *quæ* in diebus *Dominicis.... celebrantur*, *in quibus*, id eſt, in quorum Feſtorum Miſſis, *ratione* diei *Dominicæ* Symbolum dici debet. Item *Credo* eſt dicendum in Miſſâ votivâ (de ſolemni pro *re gravi* vide in fine hujus tit.) quæ ex diſpenſatione Pontificiâ, ob defectum viſûs (de quo p. III. tit. X. §. 1. n. 23.) per modum Simplicis de *S. Mariâ* feſtivè legitur in omnibus per annum Dominicis; idque ratione Dominicæ.

5. Quærit autem Sacerdos, an dicendum ſit *Credo* in Miſſis de Vigiliis *Nativitatis Domini*, & *Epiphaniæ*, ac in die Octavâ *SS. Innocentium*, dum hæc tria cadunt in Dominicam? &. de die Octavâ *SS. Innocentium* eſt res certa; habetur enim in ejus Miſſâ poſt Evangelium: *Non dicitur* CREDO, *niſi venerit in Dominicam.* Hæc exceptio videretur circa Miſſas de Vigilia *Nativitatis* Domini & *Epiphaniæ* (in quibus ſimile quid poſt Evangelium non habetur) quoad *Credo* fundare regulam in oppoſitum.

6. *Gavantus* tamen hoc loco lit. m. & p. 4. tit. 3. n. 1. & 14. reſpondet affirmativè, cui aſtipulantur omnes Ritualiſtæ, ait *Merati* in ſuis Kalendariis. Ratio videtur, quia Officium Vigiliæ *Nativitatis* Domini à Laudibus eſt Duplex, & illud de Vigilia *Epiphaniæ* Semiduplex. Adeoque & Miſſa de illis dicitur ritu Feſtis Duplicibus & Semiduplicibus proprio. Et hac ratione poſſunt dici Miſſæ *de Feſtis*, *quæ in* diebus *Dominicis celebrantur*, in quibus diebus Rubrica ſuprà n. 4. concedit *Credo*. Hinc, ait *Gavantus*, ſuprà lit. m: *Hic caſus* de Vigiliis *Nativitatis* Domini, & *Epiphaniæ*, dum cadunt in Dominicam, *fuit omiſſus in Miſſali.*

7. Aliud

7. Aliud eſt de Miſſa Rogationum, quæ dicitur ad Proceſſionem Litaniarum 25. Aprilis in Feſto *S. Marci*, dum cadit in Dom. *in Albis* (fiet 1802. 1813.) vel in Dom. 2. 3. aut 4. poſt *Paſcha* (fiet 1662. 1773. 1779. 1790.) nam *occurrente Feſto S. Marci in die Dominicâ* (à die Paſchæ diſtinctâ n. 13.) *in Miſſa Rogationum non dicitur* (non poteſt dici) CREDO. S. R. C. 25. Sept. 1688. Ratio in Decreto additur; *quia* Miſſa Rogationum *eſt Miſſa* merè *Ferialis*.

8. Rubr. Miſſalis infrà tit. XIV. n. 24. omittendum ait Symbolum, quando in die Feriali per annum dicenda eſt Miſſa Dominicæ præcedentis, quod in Directorio Sæcularium fit ſæpius; & in Miſſali Romano Feriâ VI. ante Pentec. habetur: *Miſſa*, nullo tunc Feſto 9. Lectionum occurrente, *dicitur* (Feſtivè, quia Feria illa ſexta eſt Semidupl.) *de Dominica præcedenti*; *& non dicitur* CREDO, niſi cadat infra Octavam habentem Symbolum.

9. Inſuper non dicitur *Credo* in Miſſa Dominicæ, quæ celebratur *Ferialiter*, quando de Dominica fit *anticipativè* in Sabbato vel aliâ die præcedenti Dominicam Septuageſimæ, aut ultimam poſt Pentec.

10. Imò, ſi in die, in qua recitari debet Officium dictæ Dominicæ anticipatæ, celebretur aliqua Octava, reſolvit *Merati* ſect. 6. c. 8. n. 4. contra *Gavantum*, eſſe Rubricis conformius, ſi de hac Feriâ infra Octavam perinde agatur pro anticipanda Dominicâ, ſicut de Vigiliis infra Octavam non privilegiatam occurrentibus; ſcilicet, ut fiat Officium de die infra Octavam cum 9. Lectione & commemoratione Dominicæ anticipatæ; Miſſa verò dicatur de eadem Dominicâ *modo Feriali* cum commemoratione Octavæ ſinè *Gloria* & *Credo*; in fine *Benedicamus Domino* in colore Viridi. Vide tamen tit. XII. n. 61.

11. Corollaria circa Miſſam Dominicæ accipe,

 ſequentia.

ſequentia. Omnis Miſſa, quæ *Feſtivè* dicitur in die Dominicâ, habet *Credo*. Nulla Miſſa, quæ *Ferialiter* dicitur in Dominica, habet *Credo*. Nulla Miſſa de Dominica, quæ dicitur extra diem Dominicam habet *Credo*, niſi hæc duo adſint: quòd dicatur *Feſtivè*; & infra Octavam habentem *Credo*. Atque hinc Miſſa de Dominica infra Octavam *Nativitatis* Domini & *Epiphaniæ* habet *Credo*, quando dicitur extra diem Dominicam.

12. Rubr. *Credo* dicitur *in tribus Miſſis de Nativitate Domini, & deinceps uſque ad* diem *Octavam beati Joannis Apoſtoli incluſivè*; adeoque & in Feſto *SS. Innocentium*, licèt in colore Violaceo. Item *in Epiphania & per Octavam*. In Feſto SS. Nominis *Jeſu*, etiam quando extra Dominicam transfertur, ùt fiet 1761., & per Octavam, ubi celebratur. Item *Feriâ V. in Cæna Domini, in Paſchate Reſurrectionis, & per Octavam*.

13. Decrevit tamen S. R. C. 14. Febr. 1705. *Si Feſtum S. Marci occurrat in die Paſchæ* (fiet 1886.) *Proceſſio cum Litaniis transfertur in Feriam* III. *ſequentem juxta Rubricas particulares Miſſalis*. Item: *occurrente Feſto S. Marci infra Octavam Paſchæ*, (fiet 1764. 1772. 1778.) *in Miſſa Rogationum non eſt dicendum* CREDO. S. R. C. 5. Julii 1698. Ratio datur n. 7., *quia* Miſſa Rogationum *eſt Miſſa merè Ferialis*.

14. Quæ diximus n. 7. & 13. intelligi debent: ſalvis Municipalibus, V. G. in Provincia Mechlinienſi, & alibi, ubi Miſſa Rogationum cum Litaniis in caſibus illis transfertur ad aliam diem. Vide tit. VI. n. 32. & ſeqq.

15. Rubr. *Credo* dicitur *in Aſcenſione Domini, & per Octavam. In Pentecoſte, & per Octavam. In Feſto Corporis Chriſti, & per Octavam*, etiam quæ *Bruxellis & Amſtelodami* ex Indulto celebratur; non tamen dicitur *Credo* in Miſſa de Venerabili, quæ per annum ex Indulto Apoſtolico ſub ritu Semiduplici con-

ceſſa eſt Feriis quintis non impeditis.

16. Rubr. *Credo* dicitur *in Omnibus Feſtis*, etiam dupl. majoribus *B. Mariæ* (etiam Feriâ VI. vel Sabbato poſt Dominicam Paſſionis in Feſto 7. Dolorum B. V.) *& per Octavas*. In Miſſis tamen *B. Mariæ* in Sabbato non dicitur *Credo*, etiam dum ex Indulto Apoſtolico ſit Officium & Miſſa de Immaculata Conceptione ritu Duplici vel Semidup., quia hæc inter Feſta *B. Mariæ* non numerantur.

17. Rubr. *Credo* dicitur *in Feſtis* 12. *Apoſtolorum & Evangeliſtarum*, *& per* eorum *Octavas. In utraque Cathedrâ S. Petri*, *& in Feſto S. Petri ad Vincula. In Feſtis Converſionis*, *& Commemorationis S. Pauli Apoſtoli. In Feſto S. Joannis ante Portam Latinam*. In Feſto Diviſionis Apoſtolorum, ubi ſaltem eſt Duplex. *In Feſto S. Barnabæ Apoſtoli*, qui ſeorſim enumeratur, quia non computatur inter duodecim.

18. Hinc ſi qui alii Sancti ſint, aut vocentur *Apoſtoli*, ut plures in Epiſtolis *S. Pauli*, & in Martyrologio Romano nominantur (de quibus meritò videndus SS. D. *Benedictus* XIV. l. 4. de Serv. Dei Beatif. p. 2. c. 11. n. 4.) nullus eorum, vi tituli *Apoſtoli*, poteſt in Miſſa habere *Credo*, niſi illud ipſis aliunde ſit debitum. Vide tit. XVIII. n. 17.

19. Rubr. *Credo* dicitur *In Feſtis Inventionis*, *& Exaltationis S. Crucis. In Transfiguratione Domini. In Feſtis Angelorum*, etiam quæ celebrantur ſub ritu duplicis minoris, ut ſit 2. Octobris; idque ſive de Angelis fiat in communi, ſive in particulari; & per eorum, ubi celebrantur, Octavas. Vide n. 76. *In Feſto* quoque *S. Mariæ Magdalenæ* dicitur *Credo*.

20. Rubr. *In Feſtis* 4. *Doctorum*, *videlicet Gregorii*, *Ambroſii*, *Auguſtini*, *& Hieronymi*, *addito Feſto S. Thomæ de Aquino*, *& S. Bonaventuræ. Item in Feſtis Doctorum*, *Athanaſii*, *Baſilii*, *Gregorii Nazianzeni*, *Joannis Chryſoſtomi*; &, mandante *SS. D. Benedicto XIV.*

1755., in Feſto *S. Leonis* Papæ & Doctoris 11. Aprilis, dicitur *Credo.*

21. In Miſſalibus poſt *Benedictum* XIII. editis præſcribitur *Credo* etiam in Feſtis SS. *Iſidori*, & *Anſelmi*; quibus additur Feſtum *S. Petri Chryſologi*, de quibus omnibus modò in univerſa Eccleſiâ dicitur Officium ſub ritu Duplici de communi Doctorum.

22. Mens namque Rubricæ Miſſalis, ùt exponit *Merati*, eſt, quòd in *Feſtis principalibus* Doctorum (etiam dum Officium & Miſſa, ob impedimentum occurrens, transferri debet) ſemper dicatur *Credo*, dummodò ſint Feſta Duplicia. Et hac ratione apud Monachos Caſſinenſes in Feſtis *SS. Ildephonſi* (qui tamen in Officio *Antverpiæ* 1691. impreſſo, & à *Gregorio* XIII. approbato, cultum habet, non tamquàm Doctor, ſed velut nudus Confeſſor, & hactenus ab Eccleſia nullum accepit alium, quod notandum. Vide SS. D. ſuprà) *Leandri*, & *Bedæ*, & apud RR. PP. Carmelitas in Feſtis *S. Cyrilli* Epiſc. Alexand. 28. Jan. & *S. Cyrilli* Confeſſoris 6. Martii dicitur *Credo*, quia Sancti illi coluntur ab ipſis tamquàm Eccleſiæ Doctores ritu Duplici.

23. *Alexander* III. in Miſſa Canonizationis *S. Bernardi* Abbatis Evangelium Doctorum recitavit: *Vos eſtis ſal*; & *Innocentius* III. in Collecta à ſe compoſitâ *B. Bernardum* appellat *Abbatem*, & *Doctorem egregium*. Quare *dolendum videtur*, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 4. de Beatif. p. 2. c. 12. n. 9., *quòd uſque adhuc cogitatum non fuerit* (En SS. Dominus videtur eos præſertim, quorùm maximè intereſt, excitare) *de Sancto, tot meritis eximio, cæleſtique doctrinâ referto, colendo titulo Doctoris in univerſa Eccleſiâ.* Quamdiu autem id legitimâ authoritate non fit, dum Officium *S. Bernardi* eſt transferendum extra omnem Octavam, in Miſſa *S. Bernardi* non poteſt dici *Credo*.

24. Ad-

24. Additur n. 21. *In Feſtis principalibus*; quia, dum Rubrica tribuit *Symbolum* in Feſtis Doctorum, id intelligendum eſt de Feſtis eorum primariis tantùm, prout Rubrica per Feſta 12. Apoſtolorum ſola intelligit primaria, & ideò depòſt ſeorſim nominat ſecundaria, quod Rubrica, quoad Feſta Doctorum ſecundaria, non facit. Vide n. 17. Hinc 14. Martii in Tranſlatione *S. Bonaventuræ* Eccleſiæ Doctoris Duplex (idem videretur de Tranſlatione bina *S. Auguſtini*, ſed hæc privilegium dicitur habere ſpeciale) in Miſſa non eſt dicendum *Credo*.

25. Rubrica nuſlibi præſcribit *Credo* pro Miſſis SS. Martyrum, SS. Confeſſorum non Doctorum, SS Virginum & non Virginum; ideò aliqui (quos inter *La Croix* l. 6. p. 2. n. 468.) id conati ſunt exprimere his tribus verbis: *MUC non credit*, indicando per litteram M., quòd Feſta SS. Martyrum, per litteram U, quòd Feſta SS. Virginum & non Virginum (excipe Feſtum *S. Mariæ Magdalenæ* n. 19.) & per litteram C., quòd Feſta SS. Confeſſorum non Doctorum, numquàm habeant in Miſſa *Credo*, niſi illud tunc alio titulo ſit dicendum.

26. Notet autem junior, quòd alii iſti tituli ſint: primò ſi *MUC* ſit Patronus primarius Eccleſiæ vel loci, infrà n. 37.; ſecundò in Eccleſia, in qua de *MUC* habentur inſignes Reliquiæ, infrà n. 47, tertiò ſi *MUC* celebretur in Dominica, vel infra Octavam habentem *Credo*, infrà n. 55.; quartò ſi *MUC* ſit Feſtum principale Ordinis Religiorum infrà n. 80., & quintò ſi fiat de *MUC* Votiva pro *re gravi* infrà n. 90. Extra hos 5. caſus *MUC numquàm credit*.

27. Hinc *in Feſtis SS. Martyrum, Confeſſorum* non Doctorum, *& Virginum*, ac non Virginum, *quæ celebrantur ſub ritu Duplici majori, non eſt dicendum Symbolum in Miſſa, ſed ſerventur Rubricæ Generales Miſſalis Romani tit. XI. de Symbolo* (quæ *Credo* non conce-

dunt dictis Sanctis, licèt ſint in Breviario Rom. aut Diœceſano Duplex 1. vel 2. claſſis) Ità exponit hanc Rubricam S. R. C. 19. Junii 1700.

28. Proin in Ordine Minorum in Feſtis *S. Conradi* C., *S. Benvenuti* E., & C., *S. Ivonis* C., *S. Eliſabethæ* Vid. 8. Julii, *S. Elzearii* C.; & in Directorio Hollandico *S. Suitberti* E. & C., *Gangulphi* M., *S. Engelmundi* Abb., Tranſlationis *S. Bavonis*, *S. Jeronis* M., aliorumque Sanctorum ſub *MUC* comprehenſorum, quorum Officium eſt Duplex majus, per ſe non dicitur *Credo*.

29. Proùt nec *Credo* dicitur in Feſtis *S. Joannis* Baptiſtæ dupl. 1. claſſis, *S. Laurentii* dupl. 2. claſſis; & per eorum Octavas; quia Rubrica *Credo* præſcribit *in die* ſolummodò *Octavarum S. Joannis Baptiſtæ*, & *S. Laurentii*, idque ratione Octavæ *SS. Petri* & *Pauli*, & Octavæ *Aſſumptionis* B. V., infra quas reſpectivè Octavas dies Octavæ *S. Joannis* & *S. Laurentii* ſtabiliter cadunt.

30. Rubr. *Credo* dicitur *in Feſto omnium Sanctorum, & per Octavam.* In Miſſa autem *S. Joſephi* Conf. dup. 2. claſſ. 19. Martii non eſt dicendum *Credo*, etiam in Hiſpania, licèt ibidem ejus Feſtum ſit (juxta Decretum S. R. C. 21. Aprilis 1736. apud *Talù* n. 933.) modò *dupl. 1. claſſis*; quia nullibi Rubrica illi Miſſæ *S. Joſephi* Symbolum attribuit, proùt nec ullum S. R. C. Decretum, niſi ubi eſt Titulus, aut Patronus primarius Eccleſiæ vel Loci, de quo in Appendice ſequenti.

31. Hinc etiam, dum Officium Patrocinii *S. Joſephi* dupl. 2. claſ. à Dominica 3. poſt Paſcha, ob dignius Officium (tale eſt *Inventio S. Crucis* dupl. 2. claſſ. fiet 1789. 1846.; minùs autem dignum eſt illud *S. Marci* Evang. 25. April., & SS. Apoſt. *Philippi* & *Jacobi* 1. Maji dupl. 2. claſſ. ità S. R. C. expreſſè declaravit 11. Maji 1743.) occurrens

trans-

transfertur ad aliam diem non impeditam, in Miſſa per ſe non dicitur *Credo*. Eamdem ob cauſam S. *Adelbertus* C. dup. 2. claſſis in Directorio Holland. non habet *Credo*.

32. Rubr. *In Dedicationibus S. Salvatoris, & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli*, idque per univerſam, per quam celebrantur, Eccleſiam dicitur *Credo*. Rationem addit *Merati*; quia Symbolum convenit ſimpliciter Feſto Dedicationis, ubicumque illud, etiam extra propriam Eccleſiam, celebratur: hinc quoque uſus apud FF. Minores *S. Franciſci* habet, inquit idem *Merati*, ut in Miſſa Dedicationis *Portiuncula* 2. Auguſti dicatur *Credo* in omnibus per totum Franciſcanum orbem Eccleſiis.

33. Rubr. *In Anniverſario Dedicationis propria Eccleſia, & per Octavam* dicitur *Credo*. Additur in Rubrica *Propria Eccleſia*; quia nemo (dum hæc Rubrica fuit confecta) niſi propriæ, de cujus gremio eſt, Eccleſiæ Dedicationem (ſalvo numero præcedenti) celebrare poterat.

34. Depoſt autem per varia S. R. C. Decreta ſtatutum eſt, ut *Dedicatio Eccleſia Cathedralis* celebrari debeat, non tantùm à Clero illi Eccleſiæ adſcripto, ſed & ab omni Clero ſæculari, in Civitate quidem cum Octava; at per totam Diœceſim extra Civitatem ſinè Octava: item à Regularibus, ſed ab illis tantùm, qui in ipſa Civitate morantur, idque ritu ſolummodò dupl. 2. claſſ., & ſinè Octava. Hinc Regulares Lovanienſes, &c., non poſſunt celebrare Dedicationem Eccleſiæ Metropolitanæ Mechlinienſis, ſed tantùm hi, qui Mechliniæ habitant. Id in aliis quoque Cathedralibus habet locum.

35. *Quòd autem* hi omnes, dum celebrant Officium & Miſſam *Dedicationis Eccleſia Cathedralis*, de cujus gremio non ſunt, debeant in Miſſa dicere Symbolum, in hac Rubricâ, ob particulam *Propria*

Eccle-

Eccleſiæ, expreſſè quidem non dicitur; ſed patet ex Rubrica n. 32. ; & ex uſu ac praxi totius Eccleſiæ.

36. Rubr. *In die Conſecrationis Eccleſiæ, vel Altaris* dicitur *Credo*. Rubricæ diſpoſitio extendi debet etiam ad Octavam; non quidem Dedicationis Altaris, quia talis Octava non datur, ſed Conſecrationis Eccleſiæ. Ratio eſt, ait *Merati*; quia, ſi dicatur Symbolum per Octavam Anniverſariæ Eccleſiæ Dedicationis, à fortiori dici debet per Octavam Conſecrationis ejuſdem; nam Anniverſaria Dedicatio non eſt, niſi Conſecrationis priùs factæ recenſio.

37. Rubr. *Credo* dicitur in *Feſtis* primariis *Sanctorum, quibus* tamquàm Patronis magis principalibus (perinde eſt, ſivè uni tantùm, ſivè pluribus, idque per modum unius, id eſt, conjunctim ſub eodem Feſto, ſivè diviſim ſub diverſo, modò æquè principaliter) *dedicata eſt Eccleſia*, licèt tantùm inchoativè, & per ſolam benedictionem.

38. Dicitur primò: *In Feſtis* primariis *Sanctorum*; hinc *in Feſto Tranſlationis*, vel in alio Feſto ſecundario principalis *Patroni Eccleſiæ* cujuſcùmque, etiam *Cathedralis*, *ſub ritu Duplicis majoris*, vel alio ritu, *non poteſt in ipſa Miſſa dici Symbolum*, ni aliunde ſit debitum; *nec in ipſa Cathedrali Eccleſia*, *neque per totam Diœceſim*. S. R. C. 9. Januarii 1709.

39. Dicitur ſecundò: *Patronus magis principalis*; quia *in Miſſa Patroni minùs principalis non debet* (non poteſt) *dici* CREDO. S. R. C. 2. Decembr. 1684. Et quidem in S. R. C. Decreto 15. Sept. 1691. *declaratum fuit* (ait *Merati* in Indice n. 471.) *particulam* PATRONI *intelligendam eſſe de Patrono principali tantùm; nec extendi poſſe ad minùs principales; & ideò in eorum Miſſâ non eſſe dicendum Symbolum*. Hinc, ubi *S. Joſeph*, vel *S. Laurentius*, aut *S. Nicolaus* eſt Patronus tantùm ſecundarius, ſeu minùs principalis, non poteſt, ob dicta Decreta, in ipſorum Miſſâ di-

ci

ci *Credo*. Hæc omnia confirmata ſunt per S. R. C. Decretum 22. Auguſti 1744. apud *Talù* n. 1159.

40. Dicitur tertiò: *Per ſolam benedictionem; quia de Patrono, ſeu Titulo Eccleſiæ, debet dici Officium ſub ritu Dupli.* 1. *claſſis* (eò quòd ſit verus Titulus, ſeu Patronus; adeoque in Miſſa *Credo*) *à Clero eidem Eccleſiæ adſcripto, etiamſi Eccleſia non fuerit conſecrata, ſed tantùm benedicta.* S. R. C. 21. Junii 1710.

41. Petit Sacerdos, an Patronus Eccleſiæ Cathedralis, *ex eò præcisè, quòd ſit dictæ Eccleſiæ Patronus*, exigat *Credo* in Eccleſiis, in quibus extra Cathedralem ſit de eod. Patrono, etiam ritu dupl. 1. claſſ.? Rectè additur in petitione: *Ex eò præciſè, quòd*, &c.; nam, ſi Patronus Eccleſiæ Cathedralis unà ſit Patronus Civitatis (ut *S. Chriſtophorus M.* Ruremundæ) vel totius Diœceſis (ut *S. Lambertus* E. M. in Diœceſi Leod., *S. Donatianus* E. C. in Diœceſi Brugenſi) tunc in omnibus Civitatis vel Diœceſis reſpectivè Eccleſiis *Credo* dicitur, ſi non de eo *quà Patrono Eccleſiæ Cathedralis*, ſaltem de eo *quà Patrono Loci.*

42. Itàque R. negativè; nam *In die* (à fortiori infra Octavam) *S. Laurentii Titularis alicujus Eccleſiæ Cathedralis, vel Matricis nullius Diœceſis, non eſt* in Miſſa *recitandum Symbolum Apoſtolorum* (rectiùs Conſtantinop.) *IN ALIIS ECCLESIIS EJUSDEM LOCI* (quamvis & in iiſdem de eodem fiat ritu dupl. 1. claſſ.) *ſed tantùm in principali Eccleſiâ.* S. R. C. 23. Martii 1709.

43. Et quia dictum Decretum agit de *S. Laurentio*, non præciſè ob rationem ei propriam, quæ non reperitur in aliis Sanctis, ſed ſolummodò per modum *Exempli gratiâ*, & quid in ſimilibus (conformiter ad ſenſum hujus Rubricæ, quem dictum Decretum exponit) ſit reſolvendum;

44. Ideò ex eodem Decreto, tamquàm *à re per* S. R. C. *jam judicatâ*, legitimum Ritualiſtæ moder-

ni, ducunt argumentum, quòd idem ſit dicendum de ſimilibus Sanctis, comprehenſis ſub lii *MUC*, de quo n. 25., dum ſunt Titulares Eccleſiæ Cathedralis, vel Patroni Loci, ſcilicet de iiſdem in eorum Feſto, & infra Octavam in Miſſa non eſſe dicendum *Credo* extra Eccleſiam, vel locum ſui Patronatûs, nî aliunde ibi Symbolum dici debeat.

45. Hinc, ubi *S. Bavo*, vel alius Sanctus ſub *MUC* comprehenſus, eſt nudus Eccleſiæ Cathedralis Titulus, & Civitatis ſeu Loci datur alius diſtinctus Patronus (ſic Gandavi Patronus Civitatis eſt *S. Livinus M.* 12. Nov., & Eccleſiæ Cathedralis *S. Bavo* C. 1. Octobr.) ibidem non poteſt in Feſto *S. Bavonis* extra Eccleſiam Cathedralem (licèt ibidem fiat de eodem Officium ritu dupl. 1. claſſ.) in Miſſa dici *Credo*, etiamſi aliquis de gremio Cathedralis in Feſto *S. Bavonis* in ipſa Civitate legeret Miſſam extra ſuam Cathedralem, V. G. apud FF. Minores, nî ibidem alio ex titulo *Credo* dici deberet.

46. Ulteriùs quærit Sacerdos, an in Feſto *S. Cæciliæ*, & *S. Catharinæ* VV. & MM. ſit *Credo* dicendum, ſaltem in Miſſa principali, eò quòd ipſa *Cantorum*, hæc *Scholarum* ſit Patrona? ℞. ſecluſo ſpeciali privilegio (quale pro Miſſa ſolemni in Feſto *S. Catharinæ* RR. PP. Auguſtiniani, ubi apud ipſos ſtudia vigent, dicuntur habere) negativè; non enim hæ ſunt Patronæ, de quibus loquuntur Rubricæ, & S. R. C. Decreta.

47. Rubr. *Et ubi*, id eſt, in Eccleſia, in qua habetur (quàmvis non exponatur publicè) *Corpus*, *vel INSIGNIS Reliquia* legitimè approbata alicujus Sancti in Martyrologio Romano deſcripti, *de quo* Sancto ſub ritu Duplici (conformiter ad S. R. C. Decretum in initio Miſſalis & Breviarii Romani poſitum) Officium quoad Horas Canonicas *agitur*, dicitur ibidem in illa Eccleſiâ, & non extra eam, in Miſſa de illo Sancto *Credo*.

48. Hinc, ſi Sacerdos de gremio Eccleſiæ, in qua aſſervatur Reliquia Sancti, de quo ibidem ob Reliquiam dicitur Officium ritu Duplici cum *Credo* in Miſſa, *celebret* eodem die Miſſam etiam de eodem Sancto *in alia Eccleſiâ*, in qua tunc Symbolum non poteſt dici, *debet* ibidem omittere *Credo*. Ità S. R. C. 2. Decembris 1684. & 1. Dec. 1742.

49. *Clerus* quoque, *qui habet Indultum recitandi Officia Sanctorum, quorum inſignes Reliquiæ aſſervantur in aliena Eccleſiâ, quæ habet Clerum ſeparatum*, licèt ſit Parochialis, aut Regularis, *in Miſſis non debet* (non poteſt) in ſuâ Eccleſiâ *dicere* CREDO, niſi aliundè foret dicendum S. R. C. 2. Decembr. 1684.

50. *In Eccleſiis, in quibus Officium & Miſſa de Beatis non canonizatis recitari, & reſpectivè celebrari poteſt, licitum eſt eorum Reliquias* debitè *approbatas exponere*. S. R. C. 17. Aprilis 1660; & reſpectu earumdem, modò ſint inſignes, & alia requiſita adſint, in Miſſa, ſi *ritu duplici* fiat, dici poteſt *Credo*.

51. Uſus dicendi Symbolum in Miſſis de Feſtis Sanctorum, quibus dedicata eſt Eccleſia, vel ubi habetur Corpus aut inſignis Reliquia, non videtur fuiſſe ante annum 1393., quando *Bonifacius* IX. conceſſit recitari *Credo* in Feſto *S. Franciſci* in propria Eccleſiâ, & ubi ejus Corpus requieſcit. Ità refert *Waddingus* ad dictum annum.

52. Rubr. *In die Creationis & Coronationis ſummi Pontificis, & in Anniverſario ejuſdem diei* dicitur Miſſa ſolemnis pro Pontifice, ut 18. Jan. Oratio *Deus omnium* cum *Credo*. *Merati* p. 1. tit. 4. §. 2.

53. Rubr. *In die, & in Anniverſario Electionis, & Conſecrationis Epiſcopi* dicitur pro eo Miſſa *ſacerdotalis* (ut inter Votivas habetur) cum *Gloria* & *Credo*; ſi autem, ob Feriam IV. *Cinerum*, vel H. III. aut IV. Hebdomadæ ſanctæ occurrentem, Miſſa de illa Feria ſit ſolemnizanda in colore Violaceo, in ea nec *Gloria* dici poteſt, nec *Credo*.

54 Rubr.

n. 54. Rubr. Item in omnibus Feſtis, quæ in diebus Dominicis, & infra Octavas celebrantur, in quibus ratione diei Dominicæ, & Octavæ (ſi hæc Symbolum habeat) dici debet CREDO. De hac Rubricâ, quantùm ad Dominicas, ſatis actum eſt ſupr. n. 3. & ſeq.

55. Itàque ſecundùm alteram hujus Rubricæ partem: *In omnibus Feſtis, quæ.... infra Octavas* habentes Symbolum celebrantur (licèt de Octava in Officio & Miſsâ nulla fiat commemoratio, ùt contingit in Ordine FF. Minorum, dum 10. Auguſti fit de *S. Laurentio M.* dup. 2. claſſ. infra Octavam *S. Dominici*) in Miſſa dicendum eſt *Credo*.

56. Similiter ſi Feriâ VI. ante Pentecoſten occurrat dies infra Octavam exigentem *Credo*, Officium (nullo occurrente Feſto 9. Lectionum) fit de Feria VI. tamquàm digniore, ac in Officio & Miſsâ (quæ ſunt Feſtiva, quia celebrantur ritu Semiduplici) fit commemoratio Octavæ, propter quam recitandum eſt Symbolum in Miſſa Dominicæ extra Dominicam. Vide tit. VII. n. 16. & hoc tit. n. 3.

57. Ubi quoque Octava *S. Joannis* Baptiſtæ, & Octava Dedicationis propriæ Eccleſiæ occurrunt, ibidem infra Octavam, juxta S. R. C. Decretum 21. Auguſti 1688., debet fieri (nullo occurrente Feſto 9. Lectionum) Officium & Miſſa de die infra Octavam Nativitatis *S. Joannis*, cùm commemoratione diei infra Octavam Dedicationis, ratione cujus, in Miſſa dicitur *Credo*, quod alioquin in Miſſa de die infra Octavam *S. Joannis* non diceretur.

58. Sed quærit Sacerdos, an in Miſſa de Feria habente proprium Evangelium, quæ dicitur infra Octavam habentem *Credo*, dicendum ſit Symbolum? Omnes quidem reſolvunt negativè quoad Miſſam ſecundam Conventualem, quæ in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis in die Octavâ *Conceptionis*, & *Nativitatis* B. M. V. poſt Nonam dicitur de Feria IV.

IV. Quatuor Temporum; item in die Octavâ, vel infra Octavam Corporis Christi de Vigilia S. *Joannis* Baptiſtæ, vel SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*. Ratio eſt; quia illa Miſſa eſt merè Ferialis, nihilque planè (adeoque nec *Credo*) participat de Octava.

59. In Miſſis autem tam Conventuali, quàm privatis, quæ de Feria (ſub qua comprehenditur & Vigilia) habente proprium Evangelium (ſuprà tit. III. n. 5.) dicuntur infra Octavas non privilegiatas, dum ſcilicet Officium fit de die infra Octavam, aſſerit *Gavantus* p. 4. tit. 5. dicendum eſſe *Credo*, eò quòd Miſſæ illæ Feriales ſint *Feſtivales*; nam habent commemorationem & Præfationem de Octava, quod non fit in Miſſis hæc præc.; proin & *Credo* Octavæ habere debent, quia nihil obſtat.

60. Oppoſitum tamen, cum Rituliſtis paſſim, eſt reſolvendum, eò quòd dictæ Miſſæ ſint *ſimpliciter Feriales*, & celebrentur *ritu merè Feriali*; nam in *Miſſa FERIALI*, *quæ ſubſtituitur Miſſæ de Octava* (en ecce, eſt ipſe caſus noſter) *eſt genuflectendum in Choro*, & omnis alius proinde ritus Miſſis Ferialibus proprius (ut eſt omiſſio *Credo*) eſt in dicta Miſſa adhibendus. S. R. C. 23. Junii 1736.

61. Commemoratio autem, & Præfatio Octavæ, quam habent Miſſæ illæ Feriales, nullo modo facit eas Feſtivas, ſimili modo, ſicut in Miſſis Rogationum, eò quòd habeant commemorationem de Beata, & Præfationem Paſchalem, non deſinunt eſſe Feriales, nec ullo modo fiunt Feſtivæ.

62. Quòd autem dictæ Miſſæ habeant commemorationem Octavæ, eſt ob Rubricam Miſſalis ſuprà tit. III. n. 5. & 6. quòd Præfationem habeant Octavæ, eſt ob novam Rubricam in Miſſali d. 14. Decembris additam, & ob S. R. C. Decretum, de quibus tit. III. n. [illegible]

63. Cùm autem tam antiquæ, quàm novæ Ru-

bricæ,

bricæ, neque ullum S. R. C. Decretum præſcribat *Credo* in Miſſis Ferialibus, habentibus commemorationem, & Præfationem Octavæ, infra quam Miſſæ illæ Feriales dicuntur Ferialiter, patet, quòd in illis Symbolum dici non poſſit; atque hæc eſt praxis omnium Eccleſiarum.

64. Aliud fortè dicendum foret de Miſſis, quæ in Vigiliâ Aſcenſionis dici debent de eadem Vigiliâ, dum Feriâ IV. Rogationum fit Officium de die infra Octavam habentem *Credo*; quia in hac Vigiliâ dicitur *Te Deum* in Officio, & *Gloria in Excelſis* cum commemoratione Octavæ in Miſſa cum colore Albo; hinc *Merati* ſect. 6. c. 5. ait: *Feriarum Paſchalium Officium* tam quoad Horas Canonicas, quàm quoad Miſſam correſpondentem, *eſt FESTIVUM uſque ad Aſcenſionem Domini, exceptâ* ſolâ *Feriâ VI. Rogationum.* Idem ibidem habet *Gavantus.*

65. Hoc certum videtur, quòd in Miſſa Vigiliæ *Epiphaniæ*, etiam extra Dominicam, dicendum ſit *Credo*, dum in ea occurrit dies infra Octavam, quæ habet Symbolum, ſi hæc Octava aliquibus ſit conceſſa ex ſpeciali privilegio; quia de jure communi omnes Octavæ ſunt interdictæ à die 17. Decembris uſque ad Feſtum *Epiphaniæ*. Caſus eſt *Gandavi* in Collegiata *S. Pharaildis Virg.* Ratio aſſerti ſat patet ex eo, quòd Vigilia illa ſit tota Feſtivalis, adeòque quòd ſit Feſtum infra Octavam habentem *Credo* ſuprà n. 56. Vide *Merati* p. 4. tit. 3. n. 22.

66. Rubr. *Item in Feſto* primarii *Patroni* magis principalis *alicujus Loci* dicitur *Credo*. Per Patronum Loci intelligitur Patronus Imperii, Regni, Provinciæ, Diœceſis, Civitatis, Oppidi, Municipii, & Pagi; patet ex Decreto *Urbani* VIII. 13. Septembris 1642. & ex alio S. R. C. Decreto 20. Martii 1683.

67. An ergo per Patronum Loci etiam intelligendus eſt *Patronus Eccleſiæ Parochialis*? R. Certum

eſt, quòd ſic, ſi non tantùm ſit Patronus illius Ecclesiæ Parochialis, ſed & ſimul totius Loci, ſeu Territorii extra Eccleſiam exiſtentis; ſic V. G. Bruxellis *S. Gudula* eſt Patrona Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis ſui nominis, & inſuper totius Oppidi, ac proinde verè Patrona Loci.

68. Item quoties Parochia conſtituit integrum Oppidum, Municipium, aut Pagum; & dum non eſt conſtitutus alius illius fundi ſeu Loci Patronus; tunc Patronus Eccleſiæ Parochialis cenſetur unà Patronus totius Loci; adeoque in Eccleſiis per totum Locum habet *Credo*. Caſus eſt in variis Oppidis, Municipiis, & Pagis.

69. Si verò aliquis Sanctus ſit Patronus alicujus Eccleſiæ Parochialis, dum hæc eſt ſubalterna, V. G. *S. Catharina* Mechliniæ, *S. Nicolaus* Bruxellis; vel licèt non ſit ſubalterna, ſed principalis, dummodò detur alius totius Loci Patronus, V. G. Diſthemii *S. Sulpitius* 17. Jan. eſt Patronus Eccleſiæ Parochialis & Collegiatæ ac primariæ Oppidi; at totius Loci ſeu Oppidi Patronus eſt *S. Dionyſius* 9. Octob.

70. Talis itàque Sanctus, V. G. *S. Sulpitius* Diſthemii, eſt ſolius Eccleſiæ Parochialis ſui nominis (in ordine, & N. B., ad Horas Canonicas & Miſſas legendas) nullo autem modo Loci, nè quidem intrà Parochiam ſiti. Ità S. R. C. 14. Febr. 1705.; & 28. Auguſti 1706. apud *Talù* n. 791. & 808. proin extrà ſuam Eccleſiam, nèquidem in Eccleſiis intra Parochiam conſtitutis de tali ſancto Patrono ſit Officium, niſi in quantùm habetur in Kalendario Romano, vel in alio pro illa Eccleſià legitimè approbato; nec in Miſſà, ſi legatur, dici poteſt *Credo*, niſi aliundè id illi Miſſæ competat.

71. Hinc ſi Canonicus Diſthemiis in Feſto *S. Sulpitii* Ep. Patroni ſuæ Eccleſiæ, quæ eſt principalis Oppidi, & ſub ſe habet alias, celebraret eà die Diſ-

themii extra ſuam Eccleſiam, & Parochiam, V. G. in Begginagio, vel intra ſuam Parochiam, V. G. apud FF. Minores, ubi tunc fit de *S. Antonio* Abb. Dup., deberet quidem legere Miſſam de ſuo Patrono *S. Sulpitio*, ſed ſinè *Credo*.

72. Quæ dicta ſunt ſuprà n. 37. & ſeqq. de Patrono Eccleſiæ, ſunt hoc loco, & infrà n. 77. applicanda; hinc de Patrono Loci non dicitur *Credo* in Eccleſia ſitâ extra Locum ſui Patronatûs, nisì aliunde ibi ſit debitum. Sic ſi quis, habitans ubi *S. Joſeph* eſt Patronus, celebret 19. Martii alibi, ubi *S. Joſeph* non eſt Patronus Loci, debet in Miſſa ſuâ omittere *Credo*, nì aliunde ibi ſit debitum.

73. Gandavi *S. Livinus* eſt Patronus Loci ſeu Civitatis; adeoque de eodem fit 12. Nov. per totam Civitatem dupl. 1. claſſ., à Regularibus ſinè, à Sæcularibus cum Octava. Si Regularis infra Octavam in Eccleſia Cleri Sæcularis legat Miſſam ſibi propriam, quæ non habet *Credo*, poteſt ibidem dicere Symbolum, quia licitè ſeſe conformat Eccleſiæ, in qua celebrat; ſi verò aliquis de Clero Sæculari legat infra eamdem Octavam ſui Patroni in Eccleſia Regularium, in qua non dicitur in Miſſa *Credo*, poteſt, & debet illud ibidem in ſua Miſſâ dicere.

74. Ratio eſt, quia Sacerdos ille de Clero Sæculari legit infra Octavam ſui Patroni in Loco de quo, ſeu in quo *S. Livinus* eſt Patronus; licèt enim *S. Livinus* non ſit Patronus Eccleſiæ Regularis Gandenſis, *quà Eccleſia eſt*; quia hæc, quà Eccleſia, ſupponitur alium habere Patronum: eſt tamen Patronus illius Eccleſiæ *quà Locus eſt*; nam *S. Livinus* eſt Patronus totius Loci Civitatis Gandenſis, adeoque & Loci illius, in quo Eccleſia illa Regularium ibidem eſt ædificata. Et ideo Regulares in ipſo Feſto in ſua Eccleſia in Miſſa Patroni Loci debuerunt dicere *Credo*. Idem eſt reſolvendum de ſimilibus.

75. Ru-

75. Rubrica, Feſto Patroni tam Eccleſiæ, quàm Loci, proùt & n. ſeq. Feſto Tituli Eccleſiæ præſcribens *Credo*, non addit: *Et per Octavas*, ſicut id facit ſæpius. Vide ſuprà n. 17. & ſeq. Communis tamen omnium ſenſus, & praxis hanc Rubricam ità interpretatur, ut per totam Patroni ſeu Tituli Octavam ab illis, qui illam ſervare debent, dicatur *Credo*; aſt tantùm in propria Eccleſiâ vel proprio loco, reſpectivè. Et ratio eſt: quia Octava non eſt nisi continuatio ipſius Feſti; cùm ergò Rubrica concedat *Credo* ipſi Feſto, cenſetur & conſecutivè *Credo* concedere & ipſi Octavæ eo ipſo, quo eam præcipit.

76. Rubr. *Vel in Feſto Tituli Eccleſiæ* dicitur *Credo*. Intellige id conformiter ad dicta n. 37. & ſeqq. *Titulus* ſtrictè ſumptus Perſonam propriè non ſignificat, ſaltem creatam, proùt importat *Patronus*; ſed potiùs myſterium aliquod vel Perſonam divinam, ſeu rem quamcumque ad Perſonam, etiam creatam, pertinentem. Sic *SS. Trinitas*, *S. Salvator*, *Conceptio*, *Nativitatas* B. V. Titulares ſunt, non Patroni; hinc omnis Patronus eſt Titulus, ſaltem latè, non èconterà.

77. Rubr. *Non autem* competit Symbolum *Titulo alicujus Capellæ, vel Altaris*, etiam majoris. Hæc Rubricæ exceptio reſtringenda eſt primò *ad Capellam*, vel *Altare* ejuſdem Eccleſiæ, ùt Rubrica Breviarii Romani reſtringit tit. IX. n. 3., & exponit *Merati*. Secus igitur dic, ſi *Capella*, vel *Altare* ab Eccleſia ſeparentur, & ſtent per ſe; unde S. R. C. Decrevit, *ut in die Tituli quarumlibet Eccleſiæ, & ORATORII ab Eccleſia diſtincti de S. Titulari Miſſa cum GLORIA & CREDO celebretur.* S. R. C. 4. Auguſti 1658.

78. Dicta Rubricæ exceptio non excludit Miſſam ſolemnem, quæ fit ratione concurſûs ob ſequens Decretum: *Symbolum in Miſſa ſolemni poteſt decantari in illa Eccleſiâ, ubi eſt Altare erectum ſub invocatione alicujus Sancti ratione concurſûs ad præſcriptum Rubrica-*

rum, *licèt de eo fiat Officium ſub ritu ſemiduplici*, vel Simplici (imò licèt de eo nihil fiat in Officio) *ut pro Feſtô S. Antonii Paduani* (quod 1670. *à Clemente* X. factum eſt Duplex) *declaravit* S. R. C. 1. Aprilis 1661.

79. Rubr. *Et in Feſtis principalibus Ordinum* Religioſorum, *& per eorum Octavas*, ſi Feſta principalia Ordinis Octavam habeant. Addit autem Rubrica hanc N. B. reſtrictionem; *In Eccleſiis tantùm illius Ordinis* (& non alibi) dicitur *Credo*. Nomine *Feſtorum principalium* in Ordine, præſertim FF. Minorum, ſolent, ex praxi antiquâ & univerſali totius Ordinis, venire illa Feſta, quæ ſub ritu Duplicis 1. *vel* 2. claſſis celebrantur; ideoque illis omnibus, & eorum Octavis, vi præſentis Rubricæ, competit *Credo*.

80. Hæc autem immemorabilis, & legitima Ordinis noſtri conſuetudo per nullum umquàm S. R. C. Decretum eſt revocata, aut improbata; proinde, juxta *Guyetum*, & alios, eſt ſervanda. Favet etiam uſus, ait *Merati*, omnium ferè Ordinum Regularium, qui in Feſtis ſuorum Sanctorum 1. *&* 2. *claſſis* Symbolum recitare non dubitant.

81. *Merati* quidem hanc praxim & conſuetudinem judicat abrogandam, ſeu reſtringendam, ut in illis tantùm Ordinis Feſtis *Dupl.* 2. *claſſ.* dicatur *Credo* (idque in ſola Miſſâ ſolemni) quæ cum magno populi concurſu celebrantur. Rationem addit:

82. Quia in Feſto *S. Laurentii* non dicitur *Credo*, etiam ubi de eo fit ſub ritu *Dupl.* 1. *claſſ.* extra propriam Eccleſiam ſuprà n. 42. Idem eſt de *S. Joanne* Bapt., de *S. Joſepho*, &c., quia *M UC non credit* n. 25.

83. Ad hoc tamen reſpondendum videtur: quòd numquàm ſit *Credo* in Miſſa dicendum, niſi in caſibus per Miſſalis Rubricas præſcriptis, aut per S. R. C. Decreta expreſſis. Præfatæ autem Rubricæ Feſtis n. præc. à *Merati* allegatis Symbolum non præſcribunt, proùt nec ullum S. R. C. Decretum illis *Credo* concedit;

concedit; præſcribit autem *Credo* præſens Rubrica n. 79., & quidem expreſsè, *Feſtis principalibus Ordinum* Religioſorum, qualia ex uſu & conſuetudine immemorabili ac inveteratâ, nullibi hactenus reprobatâ, ſunt *Feſta Duplicia* 1. *&* 2. *claſſis*.

84. Ratione hujus particulæ *In Eccleſiis* TANTUM *illius Ordinis*, quam habet Rubrica n. 80., ſequitur; quòd Religioſus *in Feſtis principalibus ſui Ordinis*, & infra eorum Octavas, celebrans de iis extra Ordinem in Eccleſia, in qua tunc non eſt dicendum *Credo*, non poſſit in Miſſa dicere Symbolum. Ratio eſt; quia hæc Rubrica ſit purè localis per particulam *Tantùm*, quæ eſt taxativa loci, & aliorum excluſiva, ut de ea particulâ notant Doctores apud *Barboſam*. Et ſimile eſt, ſi quis de Patrono ſuæ Eccleſiæ vel Loci celebret extra Eccleſiam vel Locum, non poteſt in ipſo Feſto vel infra Octavam dicere *Credo*, ſuprà hoc tit. n. 41. & ſeqq.

85. Feſtum tamen & Octavam S. *Auguſtini* pro Ordine ejuſdem magni Patris; prout & Feſtum ac Octavam *S. Bonaventuræ* pro Ordine FF. Minorum excipe; quia ſunt Eccleſiæ Doctores; in quorum Miſſa, ubicumque celebretur, dicitur *Credo*, & tota illorum Octava pro uno Feſto reputatur.

86. Oppoſitum quoad n. 84., ſed ſinè ſolido, ut apparet, fundamento, docet *Pizart* hoc loco n. 4., minùs rectè addens: *Res eadem eſt de Dedicatione propria Eccleſiæ*; magna etenim eſt diſparitas: nam ſuprà n. 32. Rubrica præſcribit, quòd legens Miſſam de Dedicatione *S. Salvatoris*, & SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, ubicumque celebret, ſemper debeat dicere *Credo*; & n. 37. Rubrica id de Dedicatione propriæ Eccleſiæ unicuique permittit. Prohibet autem poſitivè hoc loco Rubrica, per particulam *Tantùm* expreſsè appoſitam, celebrare cum *Credo* Miſſam de Sancto Ordinis extra Ordinis Eccleſiam.

87. Feſtum S. Antonii à Padua ſolemnizatur apud FF. Minores hujus Provinciæ cum Novena; ſed nonâ die, quæ eſt 21. Junii, Miſſa ſolemnis fit apud eos de S. Aloyſio C. Dupl. cum una tantùm (extra Dominicam) Oratione, cui, ſub diſtincta concluſione, additur commemoratio (quia eſt patenter expoſitum) SS. Sacramenti, ſed ſinè Credo: quia nullus Symbolum dicendi adeſt titulus.

88. Ubi verò 21. fit de S. Juliana Virg. Semidupl., in Miſſa ſolemni Oratio 2. A cunctis, 3. ad libitum, quæ proinde Or. 3. poteſt eſſe de S. Antonio, ſinè Credo. Vel poteſt cantari Miſſa Votiva de S. Antonio ſinè Gloria & Credo, Oratio 2. de S. Juliana. Oratio 3. A cunctis, & in fine Benedicamus Domino.

89. Rubr. *Item dicitur* CREDO *in* omnibus *Miſſis Votivis, quæ ſolemniter pro re gravi, vel pro publica Eccleſiæ cauſâ* authoritate Ordinarii legali vel ſpeciali indictæ *celebrantur* etiam de Sanctis, in quorum Miſſâ alioquin *Credo* non diceretur; nam *Miſſa Votiva, dum*, authoritate ut ſuprà, *cantatur pro re gravi de aliquo Sancto*, SEMPER DICI DEBET *cum* GLORIA & CREDO. S. R. C. 13. Auguſti 1667.

90. Hinc in quibuſcumque Miſſis Votivis, ſive privatis (exceptionem vide hoc tit. n. 4.) ſive cantatis, etiam infra Octavam habentem *Credo*, idque ſive illa Octava ſit de Domino, ſive de Domina, ſive de aliis Sanctis cantetur, etiam infra proprias eorum reſpectivè Octavas, in quibus unum ex his duobus deſit, *Res gravis*, & *indictio Ordinarii legalis vel ſpecialis*, vi hujus Rubricæ (quæ & variis S. R. C. Decretis roboratur) Symbolum *Credo* dici non poteſt, niſi quis pro aliquo Sancto, aut pro aliquo loco Indultum habeat Apoſtolicum, de quo authenticè conſtare debet.

91. Proinde *qui in Sabbato*, vel alia die, *infra aliquam Octavam B. Virginis*, vel alterius Sancti, *recitat*

Officium

Officium Semidupl. *de aliquo Sancto eo die occurrente, volens celebrare*, etiam cantando, *Miſſam Votivam de B. Virgine*, vel de alio Sancto, *tenetur dicere Miſſam ſine* CREDO. S. R. C. 2. Decembris 1680.

92. Diſpenſatus quoque ob defectum visûs, de quo ſuprà n. 4., Miſſam Votivam legens de Beata in Feriis II. & III. Paſchæ & Pentecoſtes, aliiſque primariis anni Feſtis, dum cadunt extra Dominicam, non poteſt in Miſſa dicere *Credo*.

93. Cùm Rubrica nullibi præſcribat *Credo* pro Miſſis, quæ fiunt in Eccleſia vel in Altari, ubi SS. Sacramentum eſt patenter expoſitum, non poterit in Miſſa, etiam quæ cum ſolemni pompâ cantatur, præcisè ob expoſitionem SS. Sacramenti, dici Symbolum; hoc roboratur ſequenti Decreto:

94. *In Miſſis Votivis privatis* & *cantatis* ut n. 91. *de SS. Sacramento*, & in Miſſis *de Officio Duplici*, vel Semidupl., *quæ celebrantur in Eccleſiis, ubi adeſt SS. Sacramentum patenter expoſitum occaſione precum* 40. *horarum*, vel aliâ ratione, *non dicitur* CREDO, *niſi aliter competat Miſſa Officii Duplicis*, vel Semid. *de die*. S. R. C. 2. Decembris 1684. Item *Clemens* XI. & XII. in Inſtruct. §. 10.

65. Concludit Rubrica, quòd in Miſſis Votivis pro re gravi, de quibus n. 90., ſit *Credo* cantandum, *etiamſi dicantur in Paramentis Violaceis*, modò id fiat, addit Rubrica, *in Dominica*; nam extra Dominicam CREDO *omittitur in Votivis pro re gravi*, & in omnibus aliis Miſſis (ſolummodò excipe Miſſas in Feſto *SS. Innocentium* MM.) *quando dicuntur in Paramentis Violaceis*. Ità S. R. C. 19. Maji 1607.

APPENDIX AD TITULUM XI.

An S. Joſeph *in illis Belgii partibus, quæ anno* 1679. *erant ſub Dominio Regis Hiſpaniæ, ſit Patronus colendus in Duplex* 1. *claſſis cum* Credo *in Miſſa?*

1. SS. D. *Benedictus* XIV. de Servor. Dei Beatif., &c. l. 4. p. 2. c. 14. n. 11. hæc habet: Cùm claræ memoriæ *Carolus* II. Hiſpaniarum Rex elegiſſet in Patronum & Protectorem ſuorum Regnorum *Sanctum Joſeph*, & venerabilis Dei Servus *Innocentius* Papa XI. Electionem prædictam confirmaſſet, uti colligitur *ex Litteris Apoſtolicis ab eo expeditis die* 19. *Aprilis*, 1679. In quibus ſic legitur:

2. *Cùm itàque, (ſicut dilectus Filius Nobilis Vir Gaſpar Marchio de Carpio, pro dicto Carolo Rege apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Orator, Nobis nuper exponi fecit) idem Carolus Rex, pro particulari ſuâ erga glorioſum Patriarcham S. Joſephum Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Sponſum devotione, univerſa Regna & DOMINIA ſua illius patrocinio atque protectioni commiſerit, ipſumque S. Joſephum in Patronum & Protectorem eorumdem Regnorum & DOMINIORUM elegerit, cupiatque propterea opportunè in præmiſſis à Nobis provideri, & , ut infrà, indulgeri;*

3. *Nos pium & religioſum dicti Caroli Regis animum plurimùm in Domino commendantes, ſupplicationibus, ejus nomine, Nobis per præf. Gaſparem Marchionem ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum conſilio, Electionem memorati ſancti Joſeph in Patronum & Protectorem Regnorum & DOMINIORUM præfatorum factam, ùt præfertur, authoritate Apoſtolicâ tenore preſentium confirmamus & approbamus.*

4. Exortâ ſubinde controverſiâ ſuper dicto Brevi, ipsâque delatâ ad S. R. Congregationem, reſ-

ponſum prodiit, quo dictum eſt, Breve idem non ſuffragari, attentâ inobſervantiâ Decretorum, quod eſt idem, ac dicere, eò quòd in Electione ſancti Joſeph in Patronum non fuit ſervata forma præſcripta in Decreto *Urbani* VIII. edito, uti dictum eſt, anno 1630., quemadmodùm deſumitur ex ſequenti Decreto ſacræ Congregationis.

5. *Cùm pro parte D. Franciſci Joba, &c. Agentis, ac Procuratoris Generalis omnium Eccleſiarum Cathedralium, ac totius Statûs Eccleſiaſtici Regnorum Hiſpaniæ expoſitum ſit apud S. R. Congregationem, quòd Sereniſſimus Rex Catholicus obtinuit à SS. D. noſtro Innocentio Papa XI., mediante ſpeciali Brevi die 19. Aprilis 1679. in vim Decreti ipſius ſacræ Congregationis habitæ die 18. Martii, &c., confirmationem Patronatûs ſancti Joſeph SS. Virginis Mariæ Sponſi, quem in Patronum, & Protectorem ſuorum* REGNORUM (N. B. hic non additur: *Et Dominiorum*, ut additum eſt n. 2. & 3.) *pro particulari ejus devotione elegerat, ac deputaverat;*

6. *Verùm, quia in illo nulla fiebat mentio antiquiſſimi Patronatûs S. Jacobi Apoſtoli in univerſa Hiſpaniarum Regna, propterea, habito recurſu ad Sanctiſſimum pro parte Reverendiſſimi Arch-Epiſcopi, Cleri & Populi Civitatis Compoſtellanæ pro ſuſpenſione executionis dicti Brevis, & remiſsâ inſtantiâ ad ipſam ſacram Congregationem, eadem ſub die 30. Sept., annuente quoque Sanctiſſimo die 15. Novemb. anni proximè præteriti, reſcripſit, Breve præfatum cenſeri conceſſum ſinè præjudicio, aut diminutione aliquâ Patronatûs S. Jacobi, juxta formam, & tenorem alterius Brevis ſanctæ memoriæ Urbani VIII. de anno 1627. pro Patronatu S. Tereſiæ.*

7. *Nunc verò ad inſtantiam præf. Agentis, nomine pariter omnium Eccleſiarum Cathedralium, ac totius Statûs Eccleſiaſtici* REGNORUM (n. 5.) *Hiſpaniæ, ſupplicatum fuit, per eamdem ſacram Congregationem declarari, prædictum Breve Patronatûs S. Joſephi nedùm conceſſum*

ceſſum cenſeri ſine præjudicio Patronatûs S. Jacobi, ſed ulterius in nihilo ſuffragari, perindè, acſi non emanaſſet.

8. Et eadem S. R. Congregatio, referente Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. D. Cardinali Carpineo, reſpondit, non ſuffragari Breve, attentâ inobſervantiâ Decretorum ipſius ſacræ Congregationis, & ità Declaravit 31. Aug. 1680.

9. Quod porro ſacræ Congregationis Decretum confirmationem obtinuit in Litteris Apoſtolicis à Venerabili ipſomet Dei Servo Innocentio XI. expeditis die 26. Sept. 1680., quæ tamen ſic proceſſiſſe dicenda ſunt, eò quia videlicet ſuprà indicatæ exortæ fuerant controverſiæ de confirmatione Electionis à Rege Hiſpaniarum factæ S. Joſephi in Patronum.

10. Si etenim Controverſiæ non fuiſſent excitatæ, quemadmodum, inſtantibus Regibus, facta eſt derogatio Decreti de non eligendis, niſi Sanctis in Patronos, ità facta fuiſſet ejusdem Decreti derogatio ſuper defectu conſenſus Cleri & Populi. Quocircà, ſupplicante Imperatore, die 30. Julii 1689. confirmata fuit electio ab ipſo facta S. Roſaliæ in Patronam Regnorum & Provinciarum hereditariarum, non obſtante defectu conſenſus Cleri, & Populi. Ità SS. D. Benedictus XIV. loco ſuprà citato.

11. Hoc ipſo autem, quo præfatum Innocentii XI. Breve die 19. Aprilis 1679. editum, per quod Regiam glorioſiſſimi Patriachæ S. Joſephi in Dominiorum Hiſpaniæ Patronum, Electionem authoritate Apoſtolicâ approbat & confirmat, eodem anno Bruxellas advenisset; illicò illud in toto Belgii tunc Hiſpanici Dominio debitâ cum reverentia, ac ſummo animorum conſenſu, gaudio, & exultatione acceptatum fuit, & ab Illuſtriſſimis ejuſdem tunc Dominii Epiſcopis, conſentiente & applaudente univerſo Clero & populo, debitè indubiè promulgatum.

12. Etenim à dicto tempore, ſcil. ab A. 1679. uſque ad præſentem diem, uſque per continuos 78. annos,

annos; præfatum *Innocentii* XI. Breve ab omnibus & ſingulis exactè fuit obſervatum, agnoſcendo & celebrando *S. Joſephum* tanquàm Patriæ ſuæ Patronum & Protectorem eximium ritu Dupl. 1. claſſ. cum *Credo* in Miſſa, ac cum Feſto in populo, qui eſt ritus ex Rubricis, & S. R. C., præſertim ſub *Urbano* VIII., Decretis, debitus Patronis non tantùm Loci particularis, ſed & Patriæ, ac Provinciæ primariis; ut inter alia S. R. C. Decreta habet illud de 20. Martii 1683.

13. Ac proinde *ratihabitionem* totius Cleri & Populi Dominii Belgico-Hiſpanici pro eodem Dominio *retrotrahi, ac mandato*, ſeu conſenſui in præfatam Regiam SS. Patriarchæ *Joſephi* in Patronum Electionem (quantum ex Decreto *Urbani* VIII. 1630. ab initio fuiſſet neceſſarius) *non eſt dubium comparari*. Regula 10. Juris in Sexto.

14. Itaque, quidquid Romæ ratione exortæ in Regnis Hiſpanicis controverſiæ fuerit actum, non afficit Belgicum Hiſpaniæ Dominium; tum quòd in Decreto derogatorio tantum fiat mentio Hiſpaniæ *Regnorum* (pro quibus ſolummodò, & non pro aliis, Decretum illud derogatorium fuerat petitum & conceſſum) & nulla fiat mentio Hiſpaniæ *Dominiorum*, pro quibus tamen Breve *Innocentii* XI. per illud *Dominiorum* fuerat conceſſum. Vide n. 2. & 3. illud *Dominii* & *Dominiorum*, & parentheſes n. 5. & 7.

15. Tum quòd in Belgico Hiſpaniæ Dominio nulla unquam orta fuit difficultas aut controverſia; adeòque (juxta SS. D. *Benedictum* XIV. ſuprà n. 10.) ſufficienter facta ſit Decreti *Urbani* VIII. derogatio *ſuper defectu conſenſus Cleri & Populi in quantum ab initio fuiſſet neceſſarius*.

16. Tum quòd pro dicto Belgio conſenſus Cleri & Populi fictione Juris ab initio adfuerit per hoc, quòd ratihabitio libera (etiam cognito Decreto *Urbani*

VIII.

VIII. de anno 1630.) ſubſequens compareetur conſenſui, qui ab initio adeſſe debuiſſet.

17. Tum denique, quòd vi horum omnium caſtiſſimus B. M. V. Sponſus in præfato Belgico Hiſpaniæ Dominio ùt Patriæ Patronus pleno conſenſu, & ſingulari devotione uſque nunc, ritu ùt ſuprà n. 12., celebratus fuerit, &, ùt confido, piè impoſterùm ſic ſit celebrandus.

18. Nec obſtat ſequens Decretum apud *Spiridionem Talù* n. 1099. & 1100. *Si Feſtum ſit Sancti, tanquàm Patroni Loci, electi à Clero, Populo, &c. illius Loci cum approbatione Epiſcopi vigore Conſtitutionis Urbani VIII. juxta Decreta S. R. C., tunc Feſtum prædicti Sancti erit de præcepto obſervandum, & ſub ritu Duplicis 1. claſſis, ALIAS NEGATIVE*. S. R. C. 15. Septembr. 1742. Quia huic Decreto plenè eſſe ſatisfactum abundè patet ex dictis n. 11. & ſeqq.

19. Nec quidquàm etiam obſtat, quòd illuſtriſſimi ejuſdem Belgij, modò pro maxima parte Auſtriaci, Antiſtites, authoritate Apoſtolicâ ſuffulti, indulſerint in Feſto dicti *S. Joſephi* Patroni Patriæ opera ſervilia; Ubi tamen *Feſtum principalioris Patroni in quocumque Regno, ſive Provinciâ, & alterius pariter principalioris Patroni in quacumque Civitate, aut Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi & venerari contigerit, eſt præceptivum cum obligatione audiendi Sacrum, & VACANDI AB OPERIBUS SERVILIBUS*. Ità à S. R. C. 18. Septembr. 1642. decretum eſt, & ab *Urbano* VIII. conſtitutione *Univerſa* confirmatum fuit.

20. Nam huic S. R. C. Decreto, & *Urbani* VIII. confirmationi derogavit SS. D. *Benedictus* XIV., qui 9. Aprilis 1754. ordinavit pro Belgio Auſtriaco, ut in quolibet Loco *unius ſancti Patroni* (ubi plures ſunt) ſcilicet qui eſt Civitatis, Oppidi, Municipii, aut Pagi, celebraretur cum obligatione audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus ſervilibus.

VIII. 21. Idem

21. Idem inſuper SS. Dominus ordinavit, quòd in Feſtis aliorum Patronorum Regni, Provinciæ, &c. (qui ex vi Decreti *Urbani* VIII. celebrari debebant cum Feſto in Populo) manente obligatione audiendi Miſſam, indulgeretur labor ſervilis, modò præfati Patroni non comprehendantur inter Feſta, in quibus ſummus Pontifex vult, quòd maneat integra præcepti obligatio, quos inter non numeratur *S. Joſephus*, in cujus proinde Feſto cum indulgentia laboris ſervilis, annuè videmus religioſè ſervari obligationem audiendi Sacrum.

22. Si autem alicubi in Belgio Auſtriaco *S. Joſeph* foret primarius alicujus Civitatis, Oppidi, aut Pagi Patronus, ibidem locum non haberet Indultum, permittens opera ſervilia fieri in Feſto *S. Joſephi*, ſed maneret ibi plena præcepti obligatio.

TITULUS DUODECIMUS

DE OFFERTORIO, SECRETIS, PRÆFATIONE, ET CANONE.

1. Rubr. n. 1. *Poſt Symbolum, vel, ſi non ſit dicendum, poſt Evangelium, dicitur* à Celebrante DOMINUS VOBISCUM, ac OREMUS; & *deinde* legit Sacerdos *Offertorium*, quod dicitur ab Offerendo (cujus radix videtur eſſe *Fertum*, ſeu *Ferctum*, quod libum ſacrum ſignificat) eò quòd Fideles ex veteri conſuetudine panem & vinum in Sacrificii uſum offerrent. Solummodò in Miſſa Sabbati S., ſeu ante Feſtum *Paſchæ*, omittitur *Offertorium*, de quo latè agit *Merati* p. IV. tit. X. n. 57.

2. Rubr. eod. n. 1. *Poſteà fit Oblatio* S. Hoſtiæ, & Calicis *cum* 5. *Orationibus, ut in Ordine Miſſæ*, ſcilicet prima: *Suſcipe S. Pater*; 2 *Offerimus tibi Dom.*

3. In

3. *In ſpiritu*, 4. *Veni Sanctificator*; 5. *Suſcipe S. Trin.* Hæ Orationes non ſunt admodùm antiquæ, neque in Eccleſia Romanâ ante quingentos annos dicebantur ait *Bellarminus* tom. 3. l. 6. c. 17.; quia tamen nihil continent, quod offendat, paulatim ab omnibus ſunt receptæ, & modò in Miſſa præſcriptæ.

3. Rubr. eod. n. 1. *Quâ oblatione* Hoſtiæ, & Calicis cum præfatis 5. Orationibus *factâ*, *dicuntur Orationes*, quæ ideo vocantur *Secretæ*, ut à cæteris Orationibus (de quibus ſuprà toto tit. IX.) quæ clarâ dicendæ ſunt voce (ùt innuunt verba Rubricæ ſequentia) diſtinguantur, & ſubmiſsè dicantur. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 11. n. 19.

4. Rubr. eod. n. 1. Hæ ſecretæ Orationes dicuntur, vel una tantùm, vel duæ, tres, aut plures, *ſecundùm numerum & ordinem illarum Orationum, quæ clarâ voce in principio* ante Epiſtolam *dictæ ſunt*. Inſuper ſi duæ Orationes in initio Miſſæ dictæ fuerint ſub una concluſione, ſic & ſimiliter fieri debet hoc loco in Secretis.

5. Rubr. eod. n. 1. *Sed ante primam* Secretam *Orationem non dicitur* DOMINUS VOBISCUM, (nec *Oremus*) *nec aliquid aliud*; *ſed*, *dicto* à miniſtro: SUSCIPIAT DOMINUS SACRIFICIUM, *&c.* (& à Celebrante *Amen*) Orationes ſecretæ *abſolutè dicuntur*. *Neque etiam ante ſecundam Orationem dicitur* OREMUS; nam, cùm dicantur ſecretò, nullus audiret invitantem.

6. Rubr. eod. n. 1. *Terminatur autem prima*, *&* (ſi altera vel plures dicendæ ſint ſub diverſa concluſione) *ultima Oratio* ſecreta, *ut dictum eſt ſuprà* tit. IX. n. 90. & ſeqq. *in Rubrica de Orationibus* (ſcil. *Per Dominum*, *Per eumd. Dom.*, *Qui tecum*, *Ejuſd. Spir.* &c.) *& ſecretò*, ſeu ſubmiſsâ voce, *dicuntur uſque ad illa verba in concluſione* ultimâ: PER OMNIA SÆCULA SÆCULORUM, *quæ clarâ voce proferuntur*:

7. Rubr. eod. n. 1. *Et incipitur Præfatio*, quâ

diſponitur

diſponitur Sacerdos & populus ad tremendorum con-fectionem myſteriorum. Sed ubinam incipit Præfatio, quærit Sacerdos, an ad illa, *Per omnia*, &c. incluſivè, an excluſivè? *Innocentius* III. (quem ſequitur *Ryſſus*) docet ea verba & finem eſſe Secretæ præcedentis, & unà principium Præfationis, ad ſignificandum, quòd Chriſtus ſit lapis angularis, qui facit utraque unum. His conſentire videtur Rubrica in Ordine Miſſæ di-cens: *Præfatio incipitur, ambabus manibus poſitis hinc inde ſuper altare (quod fit ad Per omnia, &c.) quas aliquantulùm elevat, cùm dicit: SURSUM CORDA.*

8. Plures autem cenſent, quòd præfata verba: *Per omnia*, &c. ad ſolam Secretam præcedentem per-tineant, & quòd ideo tantùm illa verba dicantur clarâ voce, ut populus reſpondeat *Amen*, & ſic Ora-tiones à Sacerdote recitatas confirmet; atque ità, ſe-cundùm ipſos, Præfatio à ſalutatione ad populum: *Dominus Vobiſcum*, abſque eo tamen, quòd ſe verterat ad populum, inciperet. Secundùm alios verò (quia concluſio: *Per omnia*, & dicta ſalutatio aliis Miſſæ partibus eſt communis) Præfatio ab his incipit ver-bis: *Surſum corda.* Vide p. I. II. tit. VII, n. 66.

9. *Walafridus Strabo*, qui vixit in medio ſæculi IX. de rebus Eccleſ. c. 22., ſe neſcire ait, quis Præfa-tionis, in Miſſa dicendæ, ſit Author. In libro Ponti-ficali tribuitur *Gelaſio* I., qui ſedit A. 492., quod ta-men *Gavantus*, Card. *Bona*, *Merati*, & alii ità intelli-gunt, ut quaſdam quidem earum compoſuerit, non tamen primus hanc Orationem in Miſſam introdux-erit; nam ejus fit mentio in Liturgia *St. Jacobi*, & in operibus *S. Cypriani*, & *S. Cyrilli*, qui ſunt *Gelaſio* Papâ antiquiores. Hinc Præfationis inſtitutio, vel ipſis Apoſtolis, vel Apoſtolorum temporum Viris videtur tribuenda. SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà n. 14.

10. Rubr. n. 2. *Præfationes autem dicuntur, ut in ordine Miſſæ annotatum eſt.* In eo autem ordine unde-

cim

cim habentur Præfationes ; quarum prima eſt de *Nativitate Domini* ; & dicitur ab ipſo Feſto uſque ad *Epiphaniæ* Vigiliam incluſivè. Excipitur dies Octava *S. Joannis* Evangeliſtæ, in qua præſcribitur Præfatio *Apoſtolorum* ; at *Communicantes* dicitur tantùm uſque ad Feſtum *Circumciſionis* incluſivè ; ſic tamen, ut in prima Miſſa *Nativitatis* dicatur : *Communicantes, & noctem ſacratiſſimam celebrantes.*

11. Item Præfatio de *Nativitate* Domini (ſed ſine *Communicantes*) dicitur in Miſſa Feſtorum *SS. Nominis Jeſu*, *SS. Corporis Chriſti*, *Purificationis B. Mariæ* Virginis, & *Transfigurationis Domini* ; ac per eorum, ubi celebrantur, Octavas ; inſuper in Miſſis eorum Votivis, & quoties Feriâ V. per annum de Venerabili Officium fit & Miſſa.

12. Secunda de *Epiphaniæ* cum *Communicantes* dicitur in Feſto, & per Octavam. Tertia *Quadrageſimalis* dicitur à Feria IV. *Cinerum* incluſivè uſque ad Dom. *Paſſionis* excluſivè. Quarta *de Cruce* dicitur à Dom. *Paſſionis* uſque ad Feriam V. in *Cœna Dom.* incluſ. ; item in Feſtis *S. Crucis*, *S. Cruoris*, &c., & per eorum, ubi celebrantur, Octavas ; ac in Miſſis eorum Votivis, & in Votiva de Paſſione Domini.

13. Quinta *Paſchalis* dicitur à Sabbato S. incluſivè uſque ad Vigiliam *Aſcenſionis Dom.* incluſ. ; ſed *Communicantes* dicitur tantùm uſque ad Sabbatum *in Albis* incluſ. Aſt Sabbato S. dicitur : *In hac potiſſimùm nocte.* A Paſchate uſque ad Sabbatum ſequens incluſ. *In hac potiſſimùm die* ; deinceps *In hoc potiſſimùm.*

14. Sexta de *Aſcenſione Domini* dicitur ab ipſo Feſto uſque ad Vigiliam *Pentecoſtes* excluſivè. At *Communicantes* per ſolam tantùm Octavam ; hinc Feriâ VI. poſt Octavam præfatio eſt de *Aſcenſione Domini* ; ſed *Communicantes* de communi.

15. Septima *Pentecoſtalis* cum *Communicantes* dicitur à Vigilia *Pentecoſtes* uſque ad Sabbatum ſequens

Quat.

Quat. Temporum incluſivè, Ead. Præfatio (ſed ſinè *Communicantes*) dicitur in Miſſis Votivis de Spiritu S., omiſſo tunc *Hodiernâ die.* Octava Præfatio de *SS. Trinitate* dicitur in ipſo Feſto, ac Feriis 2. 3. & 4. ſubſequentibus, nec non in die Octavâ, ubi hæc celebratur; & in Miſſis de *SS. Trinitate* Votivis.

16. Nona *de Beata* dicitur in omnibus ejus Feſtis (excipe Feſtum *Purificationis* ſuprà n. 11.) ac per eorum Octavas; item in Votivis de *Beata.* Sequens tamen in dicta Præfatione fit mutatio: die 23. Januar. (ubi celebratur) *Et te in Deſponſatione.* In Feſto de 7. Doloribus: *In Transfixione*; 25. Mart. *In Annunciatione*; 2. Julii *In Viſitatione.*

17. Die 16. Julii: *Et te in Commemoratione.* Carmelitæ ex ſpeciali Indulto Apoſtolico 1739. addunt Iii *Solemni*, quod nemo alius ſinè ſimili Indulto facere poteſt: 15. Auguſti *In Aſſumptione*; 8. *Septembr. Et te in Nativitate*, In Feſto SS. Roſarii *In Solemnitate*; 21. Novembr. *Et te in Præſentatione.*

18. Die 8. Decembris *In Conceptione.* Sinè ſpeciali Indulto Apoſtolico (de quo hactenus non conſtat) non poteſt addi *Immaculata*, dicendo: *Et te in Immaculata Conceptione*; 18. Decembris (ubi celebratur) *In Expectatione.* Apud Annuntiatas in Feſto Martyrii B. V. *In Compaſſione.* In Feſto de 10. Virtutibus: *Et te in decem Virtutibus & Beneplacitis.* In Feſto Inventionis Pueri *Jeſu*: *Et te in Inventione.* In omnibus aliis B. M. V. Feſtis dicitur: *Et te in Feſtivitate.*

19. In Miſſis *B. Mariæ* Votivis quinque generalibus, quæ habentur in fine Miſſalis, & quoties fit de *S. Maria* in Sabbato, *Et te in Veneratione*; quoties verò fit in Sabbato ex Indulto Apoſtolico de Immaculata Conceptione, prout & in Votivis de eodem Myſterio, dicitur *In Commemoratione Conceptionis.* Ità Miſſalia conformiter ad Exemplar Romanum.

20. Decima *de Apoſtolis* dicitur in ipſorum Apoſto-

 lorum

lorum (de quibus ſuprà tit. XI. n. 17.) ac Evangeliſtarum Feſtis ; etiam ſecundariis, ut 18. & 25. Jan. 22. Feb. 6. Maj. 1. Aug. ; ac per eorum ; ubi celebrantur, Octavas ; item in eorum Votivis. Excipitur tamen Feſtum S. Joannis Apoſt., & dies infrà ejus Octavam, quæ eſt dies Octava S. Stephani.

21. Undecima Præfatio *Communis* dicitur ſemper, ubi & quando Præfatio propria non habetur, aut non aſſignatur. Item in omni Miſſa *de Requiem*, in qua ſemper, quocumque tempore celebretur, Præfatio de *Communi*, prout & *Communicantes* ſemper de Communi.

22. Dantur inſuper & particulares quædam Præfationes, ſcilicet de *S. Benedicto*, de *S. Auguſtino*, & de *S. Franciſco*, quæ à ſuis reſpectivè Religioſis dicuntur in ipſorum Feſto, & per Octavam ; item in illorum Commemorationibus ; Tranſlationibus ; Miſſis Votivis, &c. An, & qualiter hæ Præfationes dici poſſint ab extraneis, dicetur infrà tit. XIV. n. 12.

23. Rubr. eod. n. 2. *Et Præfationes, quæ in quadrageſima, tempore Paſſionis, & Paſchali* pro Miſſis de tempore, *& infra Octavas* pro Miſſis de die infra Octavam *propria aſſignantur, dicuntur etiam in Dominicis, & Feſtis, quæ in illis* tribus *Temporibus*, & infra illas Octavas *celebrantur, niſi illa Feſta propriam Præfationem habeant.*

24. Nam in Miſſa de Feſtis habentibus Præfationem propriam dicenda eſt hæc Præfatio propria, & illa de Tempore vel de Octava eſt omittenda ; ab hac tamen Rubricà excipitur Feſtum *S. Joannis* 27. Decembris, cui datur Præfatio *de Nativitate* Domini ex antiquo uſu Capellæ Papalis, ait *Gavantus*, & dies Octava *S. Stephani*, ut dictum eſt ſuprà n. 20.

25. Quid ſi Feſtum propriam non habens Præfationem, cadat infra tempus, & ſimul infra Octavam unam aut plures, ſic, ut tum tempus, tum Octava, propriam & diſtinctam habeant Præfationem ?

nem? ℟. hoc in caſu Præfatio dicenda eſt de Octava, & quidem de digniore; quia hæc, utpote de Feſto, prævalet Præfationi de tempore. Vide n. 56.

Sed quid ſi 5. Maji incidat in Dom. 2. poſt Paſcha, & Officium ac Miſſa fiat de ipſa Dominicâ cum commem. Octavæ SS. Apoſt. *Philippi* & *Jacobi*, vel Inventionis *S. Crucis* in Eccleſia, in qua alterutrum Feſtum eſt Titulare? Caſus erit 1765. 1776. 1822. ℟. Præfatio erit, non *Paſchalis*, ſed de *Apoſtolis*, vel de *Cruce* reſpectivè ob rationem ſtatim datam.

26. Si Feriâ VI. ante Pentecoſten alicubi occurrat Feſtum *S. Barnabæ* Apoſt., fiet 1886.; vel apud FF. Minores Tranſlatio *S. Franciſci*, fiet 1778. 1799., Præfatio non eſt de *Aſcenſione*, ſed de *Apoſtolis*, vel de *S. Franciſco* reſpectivè. Ita omnes. Sed quid ſi Feria illa ſexta cadat alicubi infra Octavam Inventionis S. *Crucis*, & unà occurrat Feſtum non habens Præfationem propriam? Caſus erit 1761. 1788. 8. & 9. Maji. Quæ tunc in Miſſa Præfatio?

Reſpondent aliqui; Præfatio erit de *Aſcenſione*, & non de *Cruce*; rationem allegant: Quia ſi nullum tunc occurreret feſtum 9. Lectionum, Miſſa fieret de Feria VI. cum commemoratione Octavæ *S. Crucis*, & Præfatione *Aſcenſionis*. At hoc ultimum alii negant; cùm enim Præfatio *Aſcenſionis* reſpectu dictæ Feriæ VI. videatur eſſe de *Tempore* (Octava enim eſt finita) ſic illa de Octava *S. Crucis* prævalere videtur.

Nec valet ratio allegata; etenim aum. præc. Miſſa fit de Dominica 2. poſt Paſcha; & tamen in Miſſa de Dominica non dicitur Præfatio de *Tempore*, ſed de Octava occurrente.

27. Rubr. n. 3. *Si infra Octavam alicujus Feſti, quod habet Præfationem propriam, occurrat Feſtum ex Majoribus*, ſcil. Duplex 1. vel 2. claſſ. *non habens propriam Præfationem, dicitur* (dici debet) *Præfatio*

de Octava digniore, ſi Octavæ plures occurrant habentes propriam, etiam *quamvis de ea* Octavâ *nulla fiat commemoratio in Miſſa*. Sic Mechliniæ die 1. Julii in Miſſa *S. Rumoldi E. M.* Dupl. 1. claſſ. Præfatio eſt de *Apoſtolis*, infra quorum Octavam hoc Feſtum ibidem celebratur, licèt in Miſſâ de *S. Rumoldo* nulla fiat commem. de Octava Apoſtolorum; idem de ſimilibus eſt dicendum. Vide Append. ad tit. XIV. §. 3.

28. *Si Feſtum SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi* (fiet 1761.) *vel Inventionis S. Crucis* (1758. 1761 1769.) *aut S. Joannis ante Portam Latinam* (fiet 1761. 1778. 1818.) *occurrerit infra Octavam Aſcenſionis Domini, Præfatio in Miſſa erit de Apoſtolis, vel de S. Cruce* reſpectivè, *ſed* COMMUNICANTES *de Aſcenſione*. S. R. C. 28. Aug. 1626. Si Tranſlatio *S. Franciſci* 25. Maji celebretur infra eamdem Octavam (fiet 1764. 1767.) ſimiliter Præfatio erit de *S. Franciſco*, ſed *Communicantes de Aſcenſione*.

29. Rubr. n. 4. *In omnibus* & quibuſcumque *Miſſis Votivis*, quocumque tempore licitè celebrentur, *dicitur* (dici debet) *etiam Præfatio propria*, *ſi* Miſſæ illæ Votivæ *propriam* Præfationem *habeant*. Excipiunt *Gavantus*, *Vinitor*, *Halden*, & antiquiores Miſſam votivam, quæ ex indictione Ordinarii cantatur pro *re gravi* infra Octavam *Nativitatis* Domini, in qua, ſecundum ipſos, eſt dicenda Præfatio de *Nativitate Domini*, etiam dum Miſſa illa Votiva propriam habet Præfationem.

30. Argumentum ſumitur à fortiori (inquiunt) ab exemplo *S. Joannis* Apoſtoli occurrentis infra Octavam *Nativitatis* Domini, in cujus Miſſa dicitur Præfatio, non de *Apoſtolis*, ſed de *Nativitate Domini*. Vide ſuprà num. 10. Sed obſtat quoad Miſſam Votivam Decretum ſequens:

31. *Licèt infra Octavam Nativitatis Domini prohibeantur quidem Miſſæ Votivæ vel pro Defunctis, in Miſ-*

ſit tamen ſolemnibus pro re gravi infra eamdem Octavam Votivè celebrandis dicenda eſt Præfatio juxta Rubricam generalem Tit. XII. num. 4., id eſt, Præfatio propria debet dici, dum Miſſa Votiva propriam habet. S. R. C. 25. Septembr. 1706.

32. Id ipſum confirmavit *Clemens* XI., & id inter Rubricas Miſſalis Romani imprimi debere mandavit 15. Septembris 1714.; hoc tamen in caſu *Communicantes* eſt de *Nativitate* Domini ſuprà num. 28., & ex Decreto ſequenti:

33. *Si, urgente causâ, celebranda ſit Miſſa Votiva infra Octavam, quæ habet Præfationem propriam, & COMMUNICANTES* (ùt ſunt hæ 5. Octavæ, 1. Nativitatis Domini, 2. Epiphaniæ, 3. Paſchalis, 4. Aſcenſionis, 5. Pentecoſtes) *in Miſſa Votivâ debet dici Præfatio conveniens* (id eſt, propria, ſi Miſſa propriam habeat Præfationem) *COMMUNICANTES verò de infra-Octavam, quia eſt PROPRIA DE ILLO TEMPORE*. S. R. C. 16. Januarii 1683.

34. Rubr. eod. n. 4. *Si verò* Miſſæ Votivæ propriam Præfationem *non habuerint, dicitur Præfatio de Tempore* (ſi Tempus propriam habeat Præfationem, ùt Tempus Quadrageſimæ, Paſſionis, & Paſchale), *vel* de *Octava* (ſimiliter habente Præfationem ſibi propriam) *infra* quod Tempus, vel infra *quam* Octavam *contigerit hujuſmodi Miſſas celebrari*.

35. Si tamen, V. G. die 5. Maji in Feſto *S. Pii P. & C. Semid.* cadente infra Octavam *Aſcenſionis Domini*, dicatur Miſſa Votiva de aliquo Sancto non habente Præfationem propriam, idque in Eccleſia, in qua *SS. Philippus* & *Jacobus*, aut Inventio *S. Crucis* ſunt Titulus (fiet 1758. 1761. 1769. 1780.) Præfatio non erit de *Apoſtolis*, aut de *S. Cruce* reſpectivè, ſed de *Aſcenſione Domini*, tamquàm de Octava digniore, de qua & erit *Communicantes*; Si verò dies 5. Maji occurrerit ante *Aſcenſionem* Domini, in

illa Miſſâ Votivâ Præfatio erit de *S. Cruce* vel de *Apoſtolis* reſpectivè, & non Paſchalis.

36. Rubr. eod. n. 4. *Alioquin Præfatio Communis.* Senſus obvius & naturalis hujus particulæ *Alioquin* eſt: ſi Miſſa Votiva non habeat Præfationem propriam, nec dicatur infrà Tempus Quadrag., Paſſionis, vel Paſchale; prout neque infra Octavam, quæ propriam habet Præfationem, tunc (id eſt, his tribus deficientibus, de quibus tantùm Rubrica fecit exceptionem) in Miſſa Votivâ dici debet Præfatio communis; non verò illa, quæ eſt conformis Officio & Miſſæ illius diei: nam de Præfatione, quæ eſt conformis Officio & Miſſæ illius diei, Rubrica non facit nec fecit, nequidem implicitam, mentionem.

37. Hinc ſequi videtur: Si in Julio in Feſto Diviſionis Apoſtolorum in Diœceſi Antverpienſi (ubi celebratur illud Feſtum ritu Semidup.) Sacerdos celebret Miſſam Votivam de Sancto, propriam non habente Præfationem (cùm ſimiliter nec occurrat Tempus, nec Octava, ut ſupponitur, quæ propriam habeat Præfationem) Præfatio, vi hujus Rubricæ, debet eſſe, non de *Apoſtolis* (qualem exigit Miſſa Officii illius diei, & de qua Miſſâ debet eſſe 2. Oratio in Miſſa Votivâ, quæ legitur) ſed *Communis.*

38. Similiter, ſi ob rem gravem authoritate Ordinarii indicetur Miſſa Votiva de Sancto, non habente Præfationem propriam, ſolemnizanda die 1. Aug. Feſto *S. Petri ad Vinc. dupl. maj.*, Præfatio non erit de *Apoſtolis* (quamvis de eo fiat Officium, & omnes fiant Miſſæ privatæ) ſed *Præf. Communis.*

39. Aliud foret, ſi Rubrica ſuprà n. 34. dixiſſet: *Si Miſſa Votiva non habeat propriam Præfationem, dicitur Præfatio de Tempore, vel de Octavâ, AUT DE FESTO OCCURRENTE, alioquin Præfatio communis*; tunc namque in caſibus n. 37. & 38. propoſitis Præfatio

tio deberet eſſe de *Apoſtolis*. Sed cùm Rubrica ex-preſſè & ſtudioſè omittat illi: *Aut de Feſto occurrente*; & tantùm afferat: *Dicitur Præfatio de Tempore, vel Octavâ*, videtur, inhærendo litteræ Rubricæ, in Miſſa Votivâ n. 37. & 38. (idem eſt de ſimilibus) dici debere Præfatio communis.

40. Sed quid ſi (quærit Sacerdos) dies 6. Maji, quâ fit de *S. Joanne ante Portam Lat.*, incidat in Tempus Paſchale; aut dies 11. Junii, quâ fit de *S. Barnabâ Apoſt.*, cadat infra Octavam Corporis Chriſti, & tunc pro *re gravi* Miſſa per Ordinarium indicetur Votiva de Sancto non habente Præfationem propriam? Subtiliter excogitavit Sacerdos, & R. Præfatio non erit *de Apoſtolis* ob dicta n. 36. & 39. quàmvis & de eis fiat Officium, & omnes aliæ celebrentur Miſſæ; neque etiam cantanda eſt Præfatio *Communis*, ſed vel *Paſchalis*, vel de *Nativitate Domini* reſpectivè; & patet ex ſenſu naturali hujus particulæ *Aliquin*, quam habet Rubrica.

41. Quæ diximus numeris præc. roborantur hoc Decreto: *Qui in Sabbato recitat Officium de B. Mariâ volens celebrare Miſſam Votivam de aliquo Sancto, non debet* (non poteſt) *dicere* GLORIA IN EXCELSIS, *neque* PRÆFATIONEM *de B. M. V.*, *ſed communem.* S. R. C. 2. Dec. 1684. Item: *Quando per annum fit apud privilegiatos Officium de Immaculata Conceptione, vel ſub alio Titulo; vel de S. Mariâ in Sabbato, vel* Feriis quintis *de SS. Sacramento*, vel apud FF. Minores *de S. Franciſco*, aut ejus *Stigmatibus ſacris*, *ſi dicatur* iſtis diebus *aliqua Miſſa Votiva non habens Præfationem propriam*, *Præfatio* DEBET ESSE DE COMMUNI, VEL DE TEMPORE, *ſi tunc ſpecialis dicatur; non verò ea Præfatio eſt dicenda*, QUÆ EST CONFORMIS OFFICIO (quàmvis de illo Officio in Miſſa Votivâ, pro re non gravi debeat per ſe dici 2. Oratio) ET SERVETUR RUBRICA GENERALIS

TITU-

TITULO XII. Ità S. R. C. 16. Junii 1708. Vide infrà n. 51. Videri etiam poteſt *Spiridion Talù* n. 825.

42. Quàmvis Feſta *Nativitatis Domini*, *Aſſumptionis* B. M. V., *SS. Apoſtolorum* (& *S. Franciſci* apud FF. Minores) habeant Præfationem propriam, non tamen eorum Vigiliæ; ſed in iis, dum dicitur Miſſa de Vigilia, ſive ſit Miſſa Conventualis, ſive ſint Miſſæ privatæ, dicenda eſt Præfatio communis.

43. Sed quid ſi Vigiliæ *Aſſumptionis* B. M. V., *SS. Apoſtolorum*, aut *S. Franciſci* cadant infra Octavam, quæ habet Præfationem propriam, qualis tunc, ſi Officium fiat de die infra Octavam, Præfatio dicenda eſt in Miſſà de Vigilia? Sic ſuum proponit dubium amicus Sacerdos, & rectè quidem; ſed priùs pro meliori intelligentiâ legat numeros ſeqq., reſponſionem inventurus n. 54. & 57.

44. *In Miſſa Feria IV. Quat. Temporum occurrentis in die Octavâ Nativitatis B. M. V. dici debet Præfatio communis, non verò de B. Mariâ.* S. R. C. 12. Dec. 1626. Hoc Decretum de iis intelligitur Eccleſiis, in quibus illâ die cantantur duæ Miſſæ Conventuales, una poſt Tertiam de die Octavâ *Nativitatis* B. V. ſinè commemoratione Feriæ, & altera poſt Nonam de Feria ſinè commemoratione Octavæ; & in hac Miſſâ Feriali dicitur, juxta hoc Decretum, Præfatio communis, licèt ſit infra, ſeu in ipſa die Octavâ *Nativitatis. B. M. V.*

45. Inhærendo quoque eidem Decreto, ſi infra Octavam, vel in die Octavâ *SS. Corporis Chriſti* occurrat Vigilia *S. Joannis* Baptiſtæ, vel SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli*, in Miſſa Conventuali de Vigilia in dictis Eccleſiis cantari debet *Præfatio communis*, & non de *Nativitate Domini*.

46. Idem obſervandum eſt in iiſdem Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis in Miſſâ Conventuali de Feria IV. Quat. Temporum, ſi in ea occurrat dies Oc-

Octava Immaculatæ Conceptionis B. V.; hinc Rubrica Miſſalis impreſſi Romæ 1714. ſic ad diem 15. Decembr: habet: *Si hodie occurrat Feria IV. Quat. Temporum, in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis dicuntur 2. Miſſa, una de Octava;.... altera de Feria cum Orationibus aſſignatis* (2. de Beata 3. *Eccleſia* vel pro Papa) *& in hac Miſſa dicitur Præfatio communis.*

47. Ità pariter Miſſa Conventualis (quæ in Litaniis majoribus 25. Aprilis, & minoribus triduo Rogationum dicitur ad Proceſſionem) habet Præfationem *Paſchalem*, licèt tunc occurrat Feſtum propriam habens Præfationem.

48. Sic quoque dicendum in die Octavâ *Annuntiationis B. M. V.* occurrente in Quadrageſima, vel tempore Paſſionis apud eos, qui habent privilegium hanc Octavam illo tempore celebrandi; tunc namque in Eccleſiis, in quibus dicuntur 2. Miſſæ Conventuales, in Miſſa de Feria (in qua non fit commem. Octavæ) dicitur Præfatio *Quadrageſimæ*, vel *Paſſionis* reſpectivè; non verò Præfatio *de Beata*.

49. Uno verbo: Quoties in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis celebrantur duæ Miſſæ Conventuales; una de Feſto occurrente poſt Tertiam, & altera poſt Nonam de Feria habente propriam Miſſam, & ſimiliter eadem die occurrente, nunquam in Miſſa de Feria dicitur quidquam ex Miſſa de Feſto, adeoque nec ipſa Præfatio.

50. Similiter dicendum foret, quod Miſſæ Feriales, tum Conventualis, tum privatæ (quæ dicuntur 14. Dec., dum occurrit Feria IV. Quat. Temporum., & Officium fit de die infra Octavam Immac. Conceptionis) habere debeant *Præfationem Communem*; & non *de Beata*; ſic quoque reſpondendum foret ad petitionem Sacerdotis ſuprà n. 45. Ità *Vinitor* apud *Merati* p. I. tit. III. n. 5.

51. Denique ſic pariter dicendum foret, quod

Miſſæ

Miſſæ omnes Feriales, quæ in *Quadrageſima vel tempore Paſſionis* dicuntur, dum fit Officium de die infra Octavam *Annuntiationis*, vel alterius Myſterii *B. M. V.*, habere debeant Præfationem, non de Octava *B. Mariæ*, ſed *Quadrageſimalem*, aut de *S. Cruce*, reſpectivè. Ita *Guyetus* apud *Merati*, n. 7.

52 Idque verum videtur, quantùm eſt ex parte Rubricarum Miſſalis, quæ evulgatæ ſunt ante annum 1714.; quia nullibi Miſſæ de *Vigilia* aut *Feriâ majori* infra Octavam (quæ propriam habet Præfationem), occurrente, aſſignatur Præfatio Octavæ, ſicut ſuprà n. 23. & ſeqq. Miſſis de *Dominica*, & de *Feſtis* infra Octavam (quæ propriam habet Præfationem) occurrentibus, aſſignatur Præfatio Octavæ, etiam tunc, dum in Miſſa de Feſtis (quia ſunt 1. vel 2. claſſis) nulla fit de Octava commemoratio, ut ſuprà dictum eſt n. 27.

53. Nec obſtat, quòd in Miſſis de Feriis habentibus propriam Miſſam, quæ dicuntur infra Octavas (dum fit Officium de die infra Octavam) fiat commemoratio de Octava, utique de qua tunc debet eſſe 2. Oratio; quia etiam in Miſſis Votivis, de quibus ſuprà n. 41., fit commemoratio de Beata, de Venerabili, &c., de quibus & factum eſt Officium; & tamen Præfatio non eſt de illis, ſed vel *Communis*, vel quæ dicenda eſt ratione *Temporis*.

54. Oppoſitum nihilominùs, quoad n. 50. & ſeqq., modò eſt dicendum, ob Rubricam in Miſſali Romæ 1714. impreſſo, ubi ad 14. Dec. ſic habetur: *Si hodie* Officium fiat de die infra Octavam immac. Conceptionis, & unà *occurrat Feria IV. Quat. Temporum*, *Miſſa*, tam Conventualis, quàm omnis privata, *dicitur* (non tamen excluſis, quoad privatas, Votivis & *de Requiem*) *de Feria cum commemoratione Octavæ*, & 3. *Oratione de Spiritu S.* CUM PRÆFATIONE DE OCTAVA. Quo quid clarius?

55. Apud eos quoque, qui habent privilegium

celebrandi *Annuntiationem B. V.* (vel Feſtum de *Venerabi-li*, ùt *Amſtelodàmi*.) cum Octava in Quadrageſima, diebus illis, quibus Officium fit de die infra Octavam, omnes Miſſæ dicuntur (non excluſis, ùt n. præced.) de Feria, Oratiò 2. de Octava, Oratio 3. de Spiritu S., vel de Beata reſpectivè, & *Præfatio de Octava*, non verò *de Quadrageſima*, vel de *S. Cruce*. Ità S. R. C. 23. Jan. 1736. apud *Merati* in Indice n. 687. quod vide ſuprà tit. III. n. 13.

56. Similiter ſi poſt Dominicam *Paſſionis* fiat Officium de die infra Octavam de *Beata* vel *de Venerabili*, ùt ſuprà n. præced. omnes Miſſæ dicentur quoque de Feria cum commem. Octavæ, omiſſa tertia Oratione, erit Præfatio, non de *S. Cruce*, ſed de Octava. Ità in præfato S. R. C. Decreto.

57. Sic pariter, ſi 14. Aug. in Vigilia *Aſſumptionis* B. M. V. (idem eſt de Vigilia *S. Laurentii*, *S. Franciſci*, & aliis) Officium fieret de die infra Octavam non privilegiatam, quæ haberet Præfationem propriam, in Miſſa de dictis Vigiliis Præfatio dicenda foret, non *communis*, ſed quæ eſt propria Octavæ. Vide ſuprà n. 54. Atque ità plenè reſponſum eſt ad interrogationem Sacerdotis ſuprà n. 43.

58. Si quoque Feria II. Rogationum fieret Officium de die infra Octavam, quæ propriam habet Præfationem, hæc (non verò Paſchalis) dicenda foret non tantùm in Miſſis de Feria privatis, ſed & in Conventuali Rogationum ad Proceſſionem cum Oratione 2. de Octava, & 3. De Beata.

59. *Decreta, quæ ſtatuùnt non eſſe transferendos ad annum ſequentem Sanctos illos, qui in fine anni ſuperſunt, intelligenda ſunt, non ſolùm de Semiduplicibus, ſed etiam de Duplicibus; & locum habent, ſive ab accidentali, ſive à perpetuo impedimento eorum celebratio fuerit impedita.* Ità S. R. C. 16. Sept. 1741.

60. Itàque ſi Feſtum *Expectationis Partûs B. V.*

dup. maj. (ubi die 18. Dec. celebratur) vel Feſtum *S. Thomæ* Apoſtoli 21. Dec. *dup.* 2. *claſſ.*, incidat in Dom. IV. Adventûs, & reſtantes dies alicubi forent impeditæ per Feſta fixa, Miſſa (prout & Officium) fieret de Dominica cum commem. *Expectationis Partûs, vel S. Thomæ* reſpectivè; & quidem ità (ut voluit aliqui) ſicut fit, dum in Dominicam 3. Adventûs incidit dies Octava, V. G. Conceptionis; proin ad Primam omittendæ Preces, in Miſſa 2. Collectæ tantùm, Præfatio de Beata vel Apoſtolis reſpectivè.

61. Verùm cùm id circa diem Octavam, quæ incidit in Dom. 2. claſſ. (non verò de præfatis Feſtis) per Rubricas ſit declaratum, alii meliùs videntur ſentire, quòd omnia, præter ſolam commemorationem in Laudibus, Miſſâ & Veſperis (quam ſolùm præſcribit S. R. C. Decretum n. 59.) fieri debeant de Dominica, ùt aliàs fierent; adeoque & Præfatio communis, tertia in Miſſa Oratio *Eccleſiæ.* vel pro Papa, aut de Beata reſpectivè cum Precibus ad Primam, & Completorium, donec aliter circa dicta Feſta fuerit ab Eccleſia determinatum.

62. Rubr. eod. n. 4. *Et quando aliqua Miſſa Votiva pro cauſa publicâ ſolemniter celebratur, dicitur* Præfatio *in cantu ſolemni, ùt in Duplicibus. In Miſſis Defunctorum (* ſeu *de Requiem) quotumque tempore* celebrentur, *ſemper dicitur Præfatio communis.*

63. Rubr. n. 5. *Poſt Præfationem incipitur Canon Miſſæ.* Sic etiam habet Rubr. p. II. tit. VIII. n. 1., dicens: *Finitâ Præfatione... Sacerdos incipit Canonem... TE IGITUR, &c.* Ex his Rubricæ verbis videtur ſequi, Præfationem non finiri ad *Sanctus, Sanctus,* &c., ſed quòd perduret ad hæc incluſivè verba; *Hoſanna in excelſis*, poſt quæ *incipitur Canon Miſſæ*: *TE IGITUR, ait* Rubrica. Unde SS. D. *Benedictus* XIV. l. 4. c. 11. n. 9. ait: *Sacerdos, cùm ad illa Præfationis verba pervenerit: SANCTUS, SANCTUS, &c.*

64. S.

64. S. Thomas autem p. 3. q. 83. a. 4. in Corp. ait: *FINITA PRÆFATIONE, populus devotè laudat Divinitatem Christi, cum Angelis dicens: SANCTUS, SANCTUS; & laudat humanitatem Christi cum pueris dicens: BENEDICTUS, QUI VENIT.* Hiſce Angelici verbis Miſſale *in Ordine Miſſæ* eſt conforme, ibidem dicens: *Deinde* (*poſt Deo noſtro*) *Sacerdos disjungit manus, & eas disjunctas tenet USQUE AD FINEM PRÆFATIONIS; QUA FINITA, iterum jungit eas, & inclinatus dicit: SANCTUS, &c.* Idem habet *Cæremon. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 67. Dicendum itaque videtur, quòd *S. Thomas*, & Rubrica *in Ordine Miſſæ*, ac *Cærem. Epiſc.* Præfationem ſumant ſtrictè pro verbis, quæ in Miſſa ſolemni ſolus cantat Sacerdos: Rubrica verò n. præc., & SS. Doct. eam ſumant latiùs pro omnibus verbis, quæ legit Sacerdos uſque ad Canonem.

65. Rubr. eod. n. 9. *Canon Miſſæ ſecretò*, id eſt, ſubmiſſâ voce, dicendus eſt (de hoc vide tit. XVI. n. 13.) his verbis: *Nobis quoque peccatoribus*, exceptis, de quibus ibidem; *in quo Canone ſerventur omnia, ut in Ordine Miſſæ*, & ut præſcribunt Rubr. generales p. II. tit. VIII. & IX. *Ubi verò infra Actionem COMMUNICANTES, & HANC IGITUR, vel alia variari contingit, ſuo loco in propriis Miſſis annotatur.*

TITULUS DECIMUS TERTIUS

De Communione, Orationibus post Communionem, *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus Domino*; De Benedictione et Evangelio S. Joann.

1. Rubr. n. 1. *Expleto, ad Orationem Dominicam, Canone, & aliis Omnibus uſque ad* Corporis & Sanguinis *Communionem* expletis; ac *eâ* in utraque ſpecie *peractâ, dicitur* Antiphona, quæ ideo

vocatur

vocatur *Communio*, quia cantabatur olim, dum populus ſub hac Miſſæ parte communicabat. Cur autem in Sabbato ſancto non dicatur *Communio*, vide *Merati* p. IV. tit. X. n. 57.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et depoſt* (mediante *Dominus Vobiſcum*) dicuntur *Orationes poſt Communionem, eodem modo, numero, & ordine, ut in principio Miſſæ*, etiam duas priores ſub una conclusione jungendo, dum id ante Epiſtolam in Orationibus fuit factum. Sed in Quadrageſima in Miſſis de Feria additur Oratio ſuper populum, de qua vide p. I. II. tit. XI. n. 2.

3. Rubr. eod. n. 1. *Et, repetito* DOMINUS VOBISCUM, *dicitur*: ITE MISSA EST, (quo dicto, olim Miſſa erat finita, & Sacerdos cum populo diſcedebat) *vel* BENEDICAMUS DOMINO *pro temporis ratione*. Itaque, juxta recentiores Rubricas, *ITE MISSA EST* à Celebrante *dicitur*, *quandocumque* in eadem Miſſa *dictum eſt*: GLORIA IN EXCELSIS. Et hæc eſt generalis regula, quæ nullam patitur exceptionem.

4. Rubr. eod. n. 1. *Cum in Miſſa non dicitur Hymnus Gloria in Excelſis*, tunc *ejus* (Ite Miſſa eſt) *loco dicitur* in fine Miſſæ BENEDICAMUS DOMINO, quibus verbis invitatur populus ad gratias Deo offerendas pro completo Miſſæ Sacrificio, & hic modus concludendi Sacrificium eſt recentior. *Reſpondetur* ad utrumque à miniſtro (tam ad *Ite Miſſa eſt*, quam ad *Benedicamus Domino*) DEO GRATIAS. At *in Miſſis Defunctorum* ſemper in plurali, quamvis Miſſa uni tantùm applicetur Defuncto, *dicetur*: REQUIESCANT IN PACE, & *Reſpondetur* à miniſtro AMEN.

5. Rubr. eod n. 2. *Dicto* PLACEAT (hæc Oratio olim poſt completam omnino Miſſam à Sacerdote privatim dicebatur) *datur Benedictio*, *quæ à Celebrante*, juxta modernum ritum, *ſemper* hoc loco *da*-

tur in Miſſa, præterquam in Miſſis Defunctorum. De his plura p. I. II.

6. Rubr. eod. n. 2. *Deinde legitur Evangelium S. Joannis: IN PRINCIPIO, præmiſſo: DOMINUS VOBISCUM, & INITIUM S. EVANGELII, &c. ut moris eſt.* Quod Evangelium S. Joannis ex *S. Pii* V. ordinatione *numquam* (exceptio datur numeris seqq.) *prætermittitur in Miſſa* ad ejus finem.

7. Aſt ante *S. Pium* V. dictum *S. Joannis* Evangelium ſine certa lege, ſecundum variam locorum conſuetudinem, à quibuſdam dicebatur in Altari; ab aliis ambulando, dum ab Altari redibant ad Sacriſtiam: ab aliis autem, dum ſeſe ſacris veſtimentis exuebant; ab aliis denique illud ſimpliciter omittebatur. Unde apud varios antiquos, qui de Miſſa ſcripsère, prout & variis in Ordinariis nulla fit ejuſdem *S. Joannis* Evangelii mentio.

8. Ut Sacerdos rectè penetret ſequentem Rubricam, notet, quod inter Ferias, quæ *proprium habent Evangelium*, computandæ ſint Vigiliæ. Etenim quod Vigiliæ veræ ſint ſpecies Feriæ, clarè patet ex Rubrica tum Breviarii Romani tit. V. n. 1., tum Miſſalis ſupra tit. III. n. 3., & tit. VII. n. 19. tum etiam ex variis S. R. C. Decretis apud *Merati* in Indice n. 199. 263., & 688., ubi dicitur: *In Miſſa Feriali, qua ſubſtituitur Miſſa de Octava* (prout Miſſa Vigiliæ ſæpius ſubſtituitur) *eſt genuflectendum.* S. R. C. 23. Junii 1736. Vide ſupra tit. XI. n. 59. & ſeqq.

9. Notet inſuper Sacerdos, quod omnes Vigiliæ proprium habeant Evangelium, etiam dum Miſſa Vigiliæ ſumitur de Communi; nam hæc dicitur propria Vigiliæ, cui aſſignatur. Ita *Gavantus* p. I. tit. VII. n. 2., & omnes paſſim; atque hinc denique notet, quod in ſequenti Rubrica ſub lii *Feria* tamquam ſub genere verè quælibet comprehendatur Vigilia tamquam ſpecies, ſive occurrat extra Adventum, ſive intra eumdem:

10. Nam

10. Nam alioquin ex Rubricis oſtendi non poſſet, quòd, occurrente (extra Dominicam) V. G. Feſto *S. Leonis* P. Semid. 28. Junii cum Vigilia SS. Apoſtol. *Petri & Pauli*, in Miſſis privatis de *S. Leone* ultimum Evangelium debeat eſſe de Vigilia; etenim Rubrica Miſſalis ad 28. Junii habet; In Miſſa *S. Leonis* fit commemoratio S. *Joannis & Vigiliæ*; at de ultimo Vigiliæ Evangelio altè ibidem tacetur: neque extra hanc Rubricam id ullibi traditur.

11. Evangelium itàque *S. Joannis* ſemper dici debet in fine Miſſæ. Rubrica tamen eodem n. 2. excipit ab hac regulâ ſequentes caſus: primò *Niſi quandò* Officium occurrens *ſit de Feſto in aliqua Dominicâ*, quæ non vacat, ſed quæ proprium habet Evangelium; ſecundò *Vel* niſi quando Officium & Miſſa occurrens ſit de Feſto in aliqua *Feriâ*, *quæ habet* (tales ſunt omnes Vigiliæ, etiam quæ occurrunt in Adventu) *Evangelium proprium*, *quod* Dominicæ vel Feriæ reſpectivè Evangelium in fine illius Miſſæ, quæ iſti Feſto, de quo in Dominica vel Feriâ tali fit Officium, eſt conformis, *legitur* (legi debet) *ejus loco*, id eſt, loco Evangelii *S. Joannis*. Et hic videtur genuinus hujus Rubricæ ſenſus, qui dicenda n. 16., & ſeqq. multùm juvabit.

12. Quandoque tamen contingit, quòd Evangelium tum Feriæ, tum Feſti eodem die occurrentis coincidat; ſic dum dies 18. Dec. incidit in Feriam IV. Quat. Temporum, tunc Evangelium *Expectationis Partûs B. V.* (ubi celebratur) & dictæ Feriæ IV. eſt idem, ſcil. *Miſſus eſt Angelus*. Cùm autem hoc Evangelium tunc ſit dictum in Miſſa Feſti poſt Epiſtolam, ideò Rubrica ejuſdem Feſti diſertè præſcribit, ut illud idem Evangelium, nè bis in eadem Miſſa dicatur, in fine Miſſæ omittatur, & ejus loco recitetur ordinarium *S. Joannis* Evangelium.

13. Idem eſt apud FF. Minores, ubi 3. Octobris

bris in Vigilia *S. Franciſci* fit de *S. Wenceſlao* Mart.; nam & tunc Feſti & Vigiliæ Evangelium eſt idem, ſcil. *Si quis vult poſt me venire*; proin & tunc ob præfatam Feſti Exſpectationis Partûs Rubricam, *tamquàm à re judicatâ*, in Miſſa de Feſto *S. Wenceſlai* ultimum Evangelium erit *S. Joannis.*

14. Idem quoque eſt, ubi in Vigilia omnium Sanctorum fit de SS. *Coſma* & *Damiano* MM.; quia & tunc utriuſque Evangelium eſt idem: proùt & fit, ubi in Vigilia *Aſſumptionis* B. M. V. dicitur Officium tranſlatum de Commemoratione ejuſdem B. V. M. *de Monte Carmelo* (quod variis in locis fit, dum littera Dominicalis eſt A) quo in caſu, ob æquipollentiam Officii, in Miſſa de Feſto nihil planè fit de Vigilia, nè commemoratio quidem.

15. Similiter caſus eſſe poteſt, ſi alicubi in Vigilia *S. Laurentii* M. Officium fieret de S. Martyre, cujus Evangelium eſſet: *Si quis*, ùt n. 13., tunc in Miſſa de Sancto ultimum Evangelium ſimiliter eſſet de *S. Joanne*. Quinimò, ſi daretur caſus, in quo *S. Joannes de Deo* C. celebraretur Dominicâ 17. poſt *Pentec.*, & *S. Monica Vid.* Dominicâ 15. poſt *Pentec.*, in Miſſa de Feſto ultimum Evangelium non foret de Dominica; ùtpote quod jam eſſet in eadem Miſſâ poſt Epiſtolam dictum, ſed de *S. Joanne*, quod incipit: *In principio.* Hæc omnia à n. 12. confirmantur per S. R. C. Decretum 5. Maji 1736. apud *Talù* n. 954., qui addit pro ratione: quia Evangelium Vigiliæ, Feriæ, aut Dominicæ concordat cum illo Feſti.

16. Rubr. eod. n. 2. Ab illo *Niſi*, quod ponitur ſuprà n. 11. *excipitur Dominica 4. Adventûs, cujus Evangelium non legitur in fine Miſſa, quando in ea occurrit Vigilia Nativitatis Domini.* Secùs dicito, ſi illâ Dominicâ IV. non occurrat dicta Vigilia, ſed Dedicatio aut Titulus propriæ Eccleſiæ, vel Patronus principalis Loci; nam tunc in Miſſa de Dedicatio-

ne aut de Patrono ultimum Evangelium foret de Dominica IV. Adventûs; quia tunc locum non haberet ratio, quæ ſequitur in Rubrica:

17. Rubr. eod. n. 2. *Quia* Evangelium Dominicæ IV. Adventûs (quando in ea fit Officium Vigiliæ *Nativitatis* Domini) *nec in Officio lectum eſt.* Senſus Rubricæ eſt: Quia vi Rubricæ Breviarii Romani tit. IX. n. 10. Evangelium Dominicæ pro 9. Lectione legi non potuit, eò quòd in Matutino Vigiliæ *Nativitatis* Domini dicatur *nonum Reſponſorium*, & omittatur Hymnus *Te Deum laudamus*.

18. Ex hac Rubricâ ſic genuinè intellectâ non videtur in Editione *Gavanti* p. 1. tit. 3. n. 5. benè inferri, quòd, dùm Vigilia *S. Andreæ* Apoſt. cadit in Adventum (idem eſt de Vigilia *S. Thomæ* Apoſt. cadente extra Quat. Tempora) occurrente tunc (ùt variis fit in Eccleſiis) Feſto 9. Lectionum (modò non ſit dupl. 1. claſſis ſuprà tit. III. n. 18., & tit. VII. n. 24.) non poſſit in fine Miſſæ privatæ, de Feſto illo occurrente celebratæ, legi ultimum Vigiliæ Evangelium, *quia nec in Officio lectum eſt*, ſed quòd tunc, propter illas Rubricæ particulas, legendum ſit ultimum S. Joannis *In principio* Evangelium.

19. Oppoſitum namque breviter, &, ùt putatur, efficaciter probatur ex hac Rubricæ particula *Vel Feriâ*, quæ habetur ſuprà n. 11., & cujus particulæ ſenſus obvius & naturalis eſt hic: Quando Miſſa fit de Feſto, cujus Officium occurrit & celebratur in Feria, quæ habet proprium Evangelium, tunc illud Feriæ Evangelium dicitur in fine illius Miſſæ Feſtivæ loco Evangelii *S. Joannis*; ſed hoc totum fit in caſu, qui n. præc. eſt ventilatus; ergo, &c. Major argumenti eſt ipſe obvius Rubricæ ſenſus naturalis ſuprà n. 11. Minor eſt phyſicè evidens, vide n. 8.; & nullum eſt in ratiocinio vitium; proin & concluſio vera.

20 Idem

20. Idem tenent *Guyetus*, *Byſſus*, *Merati*, & Ritualiſtæ paſſim; prout id ſuis in Directoriis in caſus occurrentiâ annotant; eò quòd Feſtum 9. Lectionum, in Adventu cum Vigilia occurrens, juxta Rubricas ſit tale, ut ex ſe, & per ſe exigat habere in Matutino nonam de Vigiliæ Evangelio Lectionem; per accidens autem eſt, quòd Evangelium Vigiliæ in Matutino pro 9. Lectione non fuerit recitatum; eò quòd Vigilia non habeat commemorationem in Laudibus, quæ, ſi fieret, deberet, juxta Rubricas Breviarii Rom. tit. XXVI. n. 3., legi ejus Homilia pro 9. Lectione in Matutino; quia tunc nil obſtaret.

21. Hinc Rubrica ſuprà tit. III. n. 2. & ſeqq., & tit. VII. n. 21.; etiam quoad caſum præſentem, præſcribit Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis duas Miſſas Conventuales, ùtpote cùm tempus Adventuale eas non impediat, nec ullibi eas excludat. Ex quibus omnibus infertur, ait *Merati* tit. III. n. 6., quòd etiam in Miſſis privatis de Feſto debeat Evangelium Vigiliæ dici in fine.

22. Accedit conſona praxis ſacroſanctæ Baſilicæ Lateranenſis, in cujus Directorio, annuè, dum littera Dominicalis eſt B. C. G., (nam tunc caſus contingit) præſcribitur in Miſſis privatis ultimum de Vigilia *SS. Andreæ*, & *Thomæ* reſpectivè Evangelium.

23. Fateor: Ex eo, quòd Rubrica, dum Feriâ III. Rogationum occurrit Feſtum 9. Lectionum, in Cathedralibus & Collegiatis duas præſcribat Miſſas Conventuales, non rectè infertur, quòd in privata de Feſto Miſſâ ultimum debeat Evangelium eſſe de Rogationibus; non ideo tamen idem videtur dicendum in caſu Vigiliæ:

24. Nam Feria illa III. eſt Feria minor, ùtpote in qua fieri poteſt de Feſto Simplici; & in ea præſcribitur ſola Miſſa de Rogationibus ultra Miſſam de Feſto Conventualem, (ubi hæc ligat) dicenda ad

Proceſſionem: Vigilia autem ex ſe & Officium habet & Miſſam, exigitque in Officio 9. Lectionum extra Quat. Tempora & Quadrageſimam occurrente, nonam ad Matutinum Lectionem

25. Rubr. eod. n. 2. *In tertia Miſſa de die Nativitatis Domini legitur in fine Evangelium de Epiphania: CUM NATUS ESSET JESUS.* Ratio eſt, quia primum iſtius Miſſæ Evangelium fuit illud ordinarium *S. Joannis*: *In principio*; adeoque & illud idem, nè bis dicatur, quòd eſt contra æquipollentiam Officiorum, in fine Miſſæ rectè omittitur. Rubrica autem illud de *Epiphania* ordinat ejus loco legendum, quia & convenit Nativitati Chriſti, & in fine occaſionem præbet adorandi Neo-natum Salvatorem.

26. Rubr. eod. n. 2. *Et in Dominica Palmarum in Miſſis privatis* in fine *legitur Evangelium*, *quod ponitur in benedictione Palmarum*, *quod etiam lectum eſt in Officio*. Et ideo in Miſſa Conventuali, quam immediatè præcedit benedictio Palmarum, ſive cantetur, ſive legatur, ùt fit in nonnullis Eccleſiis, dicitur ultimum Evangelium *S. Joannis*; quia illud de Palmis fuit ſub earumdem benedictione recitatum.

27. Rubr. eod. n. 2. *In Vigiliis*, *quæ occurrunt in Quadrageſima*, *vel Quatuor Temporibus*, quando Officium & Miſſa fiunt de Feria, in hac Miſſa Feriali *non legitur Evangelium Vigiliæ in fine Miſſæ*. Ex hac Rubrica infertur in *Gavanti* Editione ſuprà n. 15. (& eſt ſecundum iſtius opinionis fundamentum) quòd ſimiliter in Vigiliis, quæ occurrunt in Adventu, quando Officium & Miſſa fiunt de Feſto tunc occurrente, non poſſit in illa de Feſto Miſſâ legi ultimum de Vigilia Evangelium; etenim in utroque eſt par ratio ſuprà n. 17. data, ſcilicet *quia nec in Officio* de Feria in Quadrageſima, aut Quatuor Temporibus occurrente, nec in Officio de Feſto in Adventu occurrente Evangelium Vigiliæ *lectum eſt*; ſed non ſatis, ùt apparet, firmiter: nam

28. Ratio cur hoc loco Rubrica ſtatuat in Miſſa Feriali omittendum Vigiliæ Evangelium, & ſimul ratio diſparitatis eſt, quòd dictum Vigiliæ Evangelium in Officio Feriæ Quadrageſimalis, aut Quatuor Temporum, nec lectum ſit, nec (quia in eodem dicitur tertium Reſponſorium, & omittitur Hymnus *Te Deum*) vi Rubricæ Breviarii Romani tit. IX. n. 10. potuerit dici. Et ideo Rubrica Miſſalis pro hoc caſu non præſcribit Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis duas Miſſas Conventuales.

29. In noſtro autem caſu Evangelium Vigiliæ, quantùm eſt de ſe, poteſt dici in Officio Feſti in Adventu extra quatuor Tempora occurrentis, ùt ſuprà n. 19. & 20. oſtenſum eſt. Et ideo Rubrica ſuprà tit. III. n. 2., & tit. VII. n. 21. duas ordinat in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis in hoc caſu Miſſas Conventuales; & in Miſſis privatis eadem Rubrica ultimum de Vigilia Evangelium præſcribit hoc tit. n. 11., & 19., ùt ibi probatum eſt in particula *Vel Feria*. Et nullibi Rubrica Vigiliam in Adventu occurrentem excipit.

30. Rubr. eod. n. 2. *Et ſimiliter in Miſſis Votivis* quibuſcumque, ſivè privatis, ſive cantatis, etiam pro re gravi, & in Dominicis, aut Feriis habentibus Evangelium proprium, *numquàm* (Rubrica autem nec hoc loco, nec alibi ullam facit exceptionem) *legitur in ſine aliud Evangelium, niſi S. Joannis*. Ad hoc reflectere debet quilibet Sacerdos legens Votivam, etiam ille, qui ob defectum viſûs ex diſpenſatione Pontificiâ ſingulis diebus Dominicis & Feſtis Duplicibus Votivam legit de Beata.

31. Sed ecce Sacerdos opponit: Quid ſi detur Miſſa Votiva, quæ pro primo Evangelio exigit habere, & habet illud *S. Joannis*, quod incipit: *In principio erat Verbum*, &c.? Saltem in hac Miſſâ Votivâ legendum eſt aliud in fine Evangelium, quàm

 illud

illud *S. Joannis*, nè alioquin idem bis in eadem Miſſa dicatur, quod ob æquipollentiam non licet.

32. Reſpondeo: Si fingatur hic caſus, in illa Miſſâ Votivâ, ob rationem datam, aliud legendum foret Evangelium, ſcilicet illud de Epiphania. Dixi *Si fingatur*: quia nulla Miſſa pro primo Evangelio habet illud S. Joannis *In principio*, niſi ſola Miſſa tertia in die *Nativitatis* Domini.

33. Sacrorum autem R. C. de ordinatione SS. D. *Pauli* Papæ V. mandat non ampliùs dici quaſdam Miſſas Votivas vel Collectas, quæ propriæ ſunt Solemnitatum, in quibus ritus & veritas verborum violatur. Tales ſunt Miſſæ Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, & Aſcenſionis D. N. J. C., Purificationis & Aſſumptionis B. M. V., S. Joannis Bapt., &c. Vide *Merati* p. I. tit. 4. n. 17., proinde meritò dixi *Si fingatur*: quia caſus à Sacerdote propoſitus non eſt practicè dabilis.

TITULUS DECIMUS QUARTUS
DE ORDINANDA MISSA
EX SUPRADICTIS RUBRICIS.

1. Rubr. *Supradictis* itàque *Rubricis* undequàque ſufficienter *cognitis, ſi quis* Sacerdos *velit ordinare Miſſam diei occurrentis, recurrat ad Ordinarium Miſſarum*, ſeu ad Miſſale Romanum. Ibidem inveniet in initio libri Miſſam vel *de Tempore* ab Adventu uſque ad Dominicam ultimam poſt Pentecoſten, *vel de Sanctis, ſecundùm qualitatem Officii*, quod vel ipſe Sacerdos legit, vel quod legitur in Eccleſia, in qua intendit celebrare, de quo in Append. ſequenti.

2. Rubr. *Si* Sanctus, de quo dicenda eſt Miſſa, *proprium* quoad Miſſam *non habeat, recurrat* Sacerdos

ad Commune Sanctorum. Ut autem propria de aliquo Sancto aut Myſterio Miſſa licitè legatur, requiruntur duo bene à quolibet annotanda.

3. Primò debet illa Miſſa propria eſſe à Sede Apoſtolicâ, vel à S. R. C. legitimè approbata. Ità Decretum ſub *Urbano* VIII. editum, quod præfigitur Miſſali Rom., ut omnes ſeſe eidem in omnibus conforment, & nullus ullam prætendat ignorantiam. En verba: S. R. C., *inhærendo Decretis aliàs factis, PROHIBET* omnes *OMNINO MISSAS à* S. R. C. *NON APPROBATAS... & ; renovando Decreta aliàs facta, mandat S. Congregatio in omnibus & per omnia ſervari RUBRICAS MISSALIS ROM., NON OBSTANTE QUOCUMQUE PRÆTEXTU, & CONTRARIA CONSUETUDINE, QUAM ABUSUM ESSE*, & ſemper futurum, *DECLARAT.* Vide Appen. ad tit. IV. n. 23.

4. Rubrica Breviarii Rom. tit. 1. n. 1. ſic habet: *Officium* quoad Horas & Miſſas *fit Duplex... in Feſtis Sanctorum, qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueverunt ſolemniter celebrari CUM OFFICIIS PROPRIIS A SEDE APOSTOLICA APPROBATIS, AUT EX EJUSDEM SEDIS AUTHORITATE RECEPTIS, VEL RECIPIENDIS... ALIOQUIN DE COMMUNI.* Hæc ignorare nemo Sacerdos poteſt. Item *Officia* (tam quoad Horas, quàm quoad Miſſas) *non approbata damnantur.* S. R C. 8. Aprilis 1628. Meritò videndus eſt *Gavant.* ſect. 1. c. 5. tit. 2. n. 10.

5. Hinc corollaria deduci poſſunt de Officiis & Miſſis S. Rochi, Myſteriorum B. V., ac aliorum Sanctorum, per privatas perſonas compoſitis, quibus numquàm acceſſit Sedis Apoſtolicæ licentia, aut S. R. C. approbatio. Ponderare hæc poſſunt, ſi qui tales Miſſas aut Officia non approbata legant.

Cùm in S. R. C. 12. Jul. 1727. ageretur de con-

 ceſſio-

ceſſione Officii & Miſſæ prop. SS. Cordis J. C., reſcriptum fuit: *Non propoſita*, qui reſcribendi modus aliquando adhibetur, ut Poſtulatores admoneantur, à petitionibus eſſe abſtinendum, cùm ea multas involvant difficultates, viam aperientes negativo reſponſo. At cùm novis conatibus iidem Poſtulatores ſacræ Congregat. pro eadem conceſſione ſupplicaverint, tandem 30. Julii 1729. reſponſum fuit *Negativè*. Rationes negationis refert *SS. D. Benedictus XIV. De Serv. Dei Beatiſ.* &c. l. 4. p. 2. c. 30. à n. 16. Hæc pariter ponderent, qui Offic. aut Miſſam legunt de *SS. Corde J. C.*

6. Secundò debet Miſſa propria, ut legi poſſit, pro ipſo Celebrante eſſe conceſſa. Hinc *Miſſæ propria*, licèt ſint debitè à S. R. C. approbatæ, ſed *certis* ſolùm *Regularibus* aut Sæcularibus *conceſſa, puta de Sanctis Ordinis*, vel Eccleſiæ *eorum, aut aliis, quæ* Miſſæ propriæ *non habentur in Miſſali Romano, non poſſunt ab aliis*, pro quibus conceſſæ non ſunt, *Sacerdotibus* licitè *dici, nè quidem in ipſorum Regularium* aut Sæcularium, pro quibus reſpectivè conceſſæ ſunt, *Eccleſiis.* S. R. C. 19. Nov. 1622., niſi ſpeciale habeatur, de quo n. 12., Indultum Apoſtolicum.

7. Proin Sacerdos exterus, qui in Feſto *S. Franciſci* 4. Octobris, aut in Feſto Immaculatæ Conceptionis in Eccleſiis trium Ordinum S. Franciſci Miſſam celebrat, etiam ſolemniter, non poteſt Miſſam, illi Ordini propriam, recitare, ſed eam, quæ habetur in Miſſali Romano; quia hactenus neſcitur pro duobus illis Feſtis conceſſum Sedis Apoſtolicæ Indultum ſimile illi, de quo infrà n. 12. & ſeqq.

8. Capellani quoque Monialium, tam Sæculares, quàm Regulares in propriis Eccleſiis illarum Monialium, quæ proprio utuntur Breviario, Miſſam quidem celebrabunt de Sancto (licèt ipſi Capellani

aliud

aliud legant Officium, vide Append. ſeq.) de quo Moniales recitant Officium, ſed cum Miſſali Rom., ut in proprio de Sanctis, vel de Communi. Ità varia S. R. C. Decreta, nominatim 24. Nov. 1717., approbante *Clemente* XI. Intellige Decretum de *Miſſali Romano*, & *de Communi*, niſi ipſi Capellani forent ejusdem Ordinis, vel niſi haberetur conceſſio ſpecialis, de qua n. 12.

9. Quid ſi nulla ſit in Miſſali Romano Miſſa, quæ concordat cum Officio Monialium, aut alterius Eccleſiæ, in qua Capellanus ex officio legit, puta de *Spina* aut *Corona* Domini? ℟. tunc dicti Capellani dicere poſſunt Miſſam de *S. Cruce*, aut aliam. Hæc omnia certa ſunt, & firma per varia S. R. C. Decreta, de quibus authenticè conſtat.

10. Nota, quòd illi, quibus ſpecialiter conceſſa eſt facultas legitima dicendi Miſſas proprias de Sanctis Ordinis, vel Eccleſiæ ſuæ, eas etiam dicere poſſint in alienis Eccleſiis, quoties ibidem de Sancto illo (de quo habetur Miſſa particulariter propria) licitè celebrant Miſſam; nam hujuſmodi facultas eſt localis, & ſimul perſonalis; ideoque ſequi poteſt perſonam; niſi poſitivè conſtaret, quòd eſſet purè localis, ſicut *Credo* in Miſſa ſæpius eſt locale.

11. *Communicatio* autem, *etiam ampliſſima, privilegiorum unius Religionis alteri facta, non ſe extendit ad Officia & Miſſas conceſſas aliis Religionibus.* S. R. C. 16. Dec. 1679., & 20. Mart. 1705. Item *Regulares abſque ſpeciali privilegio, ſed ſolâ communicatione aliarum Religionum, non poſſunt... recitare Officia, & Miſſas conceſſas aliis Religionibus.* S. R. C. 20. Mart. 1706. Hinc deduci poſſunt varia Corollaria, V. G. de Officio & Miſſa prop. *S. Felicis à Cantalitio*, & de ſimilibus.

12. A Decretis n. 6. & 8. poſitis excipienda eſt Miſſa propria de *S. Benedicto*, quæ in ejus Feſto 21.

Martii,

Martii, vel dum in aliam diem transfertur, & infra ejus Octavam (quæ pro una die reputatur) in Eccleſiis Benedictinorum utriusque Sexûs, ubicumque exiſtant, ab omnibus Sacerdotibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad eas confluunt, legi poteſt cum ſua Præfatione propriâ. Ità indulſit *Benedictus*. XIII, 10. Feb. 1727., & S. R. C. 21. Mart. 1744, ſic debere fieri decrevit.

13. Secundò Miſſa prop. de *S. Thereſia* 15. Octob. in ejus Feſto, & infra Octavam ſimiliter poteſt dici à Sacerdotibus, Sæculatibus ac Regularibus ad Eccleſias Carmelitarum utriuſque Sexûs, tam Diſcalceat, S. R.C. 20. Jul. 1720., quàm de antiqua obſervantiâ confluentibus. *Bened.* XIII. 10. Jan. 1726.

14. Tertiò Miſſa propria de *S. Joanne à Cruce* in ejus Feſto 24. Novemb., & per Octavam à Sacerdotibus Sæcularibus & Regularibus ad Eccleſias Carmelitarum Excalceatorum utriuſque Sexûs, confluentibus celebrari poteſt. S. R. C. 7. Maij 1730. Et, ſi quæ aliæ ſunt hujuſmodi conſtitutiones Apoſtolicæ, eædem licitè excutioni mandari poſſunt.

15. Unde quartò Nonnemo idem dicendum aſſerit de Miſſa prop. *S. Auguſtini* cum ſua Præfatione, & de Miſſa *S. Bernardi*; ſed, re diligenter apud eos, quorum intereſt, examinatâ, hactenus non apparuit ullum S. R. C. Decretum, aut ullus titulus ſubſiſtens, vi cujus in Feſto *S. Auguſtini* vel *S. Bernardi*, Sacerdotes exteri poſſint Miſſam illis Sanctis reſpectivè propriam legere in ipſorum Ordinum Eccleſiis: quid futurum ſit, tempus docebit.

16. Quintò *Leo* X. Brevi *Cùm ſicut* 29. Aug. 1517. Miſſas 10., & totidem Feſta per *Gabrielem Mariam* Ordinis FF. Minorum ordinata unà cum Miſſa de 10. *Beneplacitis B. V.* authoritate Apoſtolicâ approbavit, & cunctis Presbyteris dictas Miſſas licitè in Eccleſiis Sororum Annuntiatarum celebrandi,

di, ſuis reſpectivè diebus, authoritate Apoſtolicâ licentiam fecit.

17. Et in Regula dictarum Annuntiatarum cap. 10. *conceditur FF. Minoribus apud Sorores Annuntiatas commorantibus ... quòd poſſint AUTHORITATE APOSTOLICA in Miſſa & Officio ſe conformare Sororibus.* Hæc conceſſio non poteſt ad alios aliarum Monialium Rectores extendi ob Decretum ſuprà n. 11.

18. *Petrus de Alva* libro, cui tit. *Indiculus Bullarii Seraphici* tom. 2. fol. 172. n. 19. pro Brevi *Leonis* X. ſuprà citato inveniendo citat *Emmanuelem Rodriguez*, tom. 1. fol. 259. Editionis Antverpienſis 1623., ubi Breve *Leonis* X., & præfatæ omnes Miſſæ habentur ad longum.

19. Quæritur à Doctoribus (ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 4. de Beatif. &c. p. 2. c. 2. n. 5.) utrum, ſi in Brevi Beatificationis conceſſa ſit die ſtatutâ celebratio Miſſæ de aliquo Beato in determinata Eccleſiâ, quæ eſt alicujus inſtituti Regularis, poſſit eâdem die de illo Beato Miſſa celebrari etiam à Sacerdotibus exteris, qui ad eamdem confluunt Eccleſiam? *Affirmativè* reſpondet *Megalius* in prompt. Theol. tom. 1. Verbo *Canonizatio Sanctorum* n. 1.

20. At negativa opinio eſt tenenda, non ſolùm propter obſervantiam & conſuetudinem; ſed etiam propter expreſſa S. R. C. Decreta; quod enim attinet ad obſervantiam, res eſt expedita: quia Breve Beatificationis ſæpius fuit per novum quoad Miſſam extenſum ad alios Sacerdotes quoſcumque confluentes ad Eccleſiam, in qua Beatus ille die ſuâ Anniverſariâ celebratur; quod apertum eſt ſignum Miſſam Beati, ſecluſo Brevi extenſivo, ibidem ab extraneis non potuiſſe ſimpliciter celebrari; nè quidem de Communi.

21. Quod attinet ad S. R. C. Decreta, hæc varia ſunt, quibus res illa fit clarior, quorum infimum

non

non eſt ſequens: *Miſſa de Beatis* nondum canoniza-tis, *quæ fuerint indulta certis perſonis, nempe Presbyteris Regularibus, vel Sæcularibus, vel alicujus Loci, vel Monaſterii, ſeu Presbyteris alicujus Eccleſiæ ſervitio præcipuè addictis, à confluentibus Sacerdotibus, quâvis dignitate, etiam Cardinalitiâ, inſignitis, minimè celebrari poſſunt.* Ità S. R. C. coram *Alexandro* VII. in Decreto generali 27. Septembr. 1659.

22. Quia verò congruum non videtur (ait idem SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà) quòd Sacerdotes exteri confluentes ad Eccleſiam, in qua Miſſa in honorem Beati celebratur, aliam celebrent Miſſam, hâc de cauſa conſuetudo inolevit; ut in ipſo Beatificationis Brevi, in quo celebratio Miſſæ conceditur, celebratio ipſa extendatur ad Sacerdotes exteros, qui ad Eccleſiam confluunt, quemadmodùm recognoſci poteſt in Brevibus Beatificationum... BB. Petri de Arbues, Martyrum Gorcomienſium, Hyacinthæ de Mareſcottis, Petri Forerii, &c. &c.

23. Notandum autem, quòd univerſus Clerus tam Sæcularis, quàm Regularis utriuſque Sexûs poſſit in tota Archidiœceſi Mechlinienſi celebrare Officium cum Lectionibus 2. Nocturni propriis, & Miſſam de beatis MM. Gorcomienſibus in eorumdem Feſto. Ità S. R. C., approbante *Innocentio* XIII. 9. & 13. Auguſti 1721. juſtis de cauſis conceſſit. Unde Regulares utriusque Sexûs ibidem tutò poſſunt hoc uti Indulto.

24. Rubr. *Si de Feria* quoad Miſſam *agendum ſit, & propria Miſſa non fuerit de Feria, dicatur Miſſa præcedentis Dominicæ* (niſi pro Conventuali dici debeat vel poſſit Miſſa Votiva, vel *de Requiem*, de quibus ſuprà tit. IV. & V.) *omiſſo GLORIA IN EXCEL.* (quia in Officio dictus non eſt Hymnus: *Te Deum*, ſuprà fol. 86. n. 12.) *& omiſſo Symbolo* ob rationem datam tit. XI. n. 8.

25. Rubr.

25. Rubr. *Præterquàm tempore Paſchali, in quo* (dum Miſſa de Dominica præcedenti, vel de Vigilia Aſcenſionis eſt dicenda, *Credo* quidem omittitur tit. XI. n. 65.) *ſemper* tamen *dicitur GLORIA IN EXCEL, ùt ſuprà*; quia in Officio dictus eſt Hymnus *Te Deum*. Addit Rubrica: *Exceptâ Miſſa Rogationum* tum 25. Aprilis, tum triduo ante *Aſcenſionem* Domini, in qua omittitur *Gloria in Excelſis*, quia fit in Paramentis Violaceis infrà tit. XVIII.

26. Rubr. *Et*, dum *in Adventu*, diebus, quibus Officium fit de Feria, repetenda eſt Miſſa Dominicæ præcedentis, non tantùm non dicitur *Credo*, ſed & *prætermittitur ALLELUJA poſt Graduale cum ſuo* (ſii ſuo non refertur ad *Graduale*, ſed ad *Alleluja*) *Verſu* ſuprà fol. 126. n. 15.; quia Feriæ Adventûs ſunt quaſi *Nativitatis* Domini Vigiliæ, in quarum Miſſis, quia olim jejunabatur, omittitur *Alleluja*, idque ad mœrorem repræſentandum SS. Patrum Meſſiam expectantium: dum autem infra hebdomadam repetenda eſt Miſſa Septuageſimæ, Sexageſimæ, aut Quinquageſimæ, in ea poſt Graduale omittitur Tractus; ùt dictum eſt fol. 127. n. 18.

27. Rubr. *Si dicenda ſit Miſſa Votiva*, ipſa *requiratur poſt Commune Sanctorum ſuo loco*, vel alibi, ſi habeatur propria; mutatis tamen, ſi quæ mutanda ſint (V. G. *Annua Solemnitas* in ſii *Commemoratio Votiva*, &c.) mutandis.

28. Rubr. *Si plures Orationes* in Miſſa de Feria, vel Votivâ *dicendæ ſint*, quas Celebrans ad libitum ſuum poteſt eligere, non eligantur ex quocumque libro, ſed *requirantur* ex Miſſali *poſt Miſſas Votivas ſuo loco de ſingulis rebus ſingulæ*; in Miſſa enim, juxta *Trident.*, Bullam *S. Pii* V., & juxta varia S. R. C. Decreta, preces extra Miſſale deſumptæ, quæ non ſunt authoritate Apoſtolicâ approbatæ, recitari non poſſunt. Vide App. ad tit. IX.

29. Ru-

29. Rubrica: *Si pro Defunctis dicenda ſit Miſſa*; hæc *habetur* in Miſſali *poſt Miſſas Votivas cum Collectis diverſis circa finem Miſſalis*, de quibus ſupr. fol. 51. §§. 5. abundanter dictum eſt.

30. Rubr. *Ordo totius Miſſæ cum ſuis Præfationibus* (de quibus tit. XII. n. 10.) cum *Canone* (de quo p. I. II. tit. IX.) *& aliis* ab initio Miſſæ uſque ad finem *dicendis*, *habetur ſuo loco*; ſcil. in Miſſali inter Miſſam Sabbati S. & eam de Reſurrectione Domini, *cum proprio Miſſarum de Tempore*, quod incipit in initio Miſſalis cum Dominica 1. Adventûs.

APPENDIX AD TITULUM XIV.

DE CONCORDIA MISSÆ CUM OFFICIO

§. 1. *Status Quæſtionis.*

1. LIbet hoc loco Sacerdotem, Rubricis modò ſufficienter pro ordinanda Miſsâ, ſeu quoad id, quod in Miſſa dici debeat, inſtructum, ad alienas ducere Eccleſias, ut ſeſe à multis ſciat expedire difficultatibus circa conformitatem, quam in Miſſæ celebratione ibidem tenere vel debet vel poteſt; nam *Miſſa* (ait Rubr. præliminaris fol. 4. n. 16.) *quotidie dicitur ſecundùm ordinem* (tit. XIV. n. 1. *ſecundùm qualitatem*) *officii*. Et fol. 20. n. 13. ait Rubr. *Quoad fieri poteſt*, *Miſſa*, non tantùm Conventualis, ſed & quælibet alia, *cum Officio conveniat*.

2. Concordia autem Miſſæ cum Officio (juxta Rubricas) eſt duplex, ſcilicet neceſſaria & libera: utraque ſubdividitur in localem & perſonalem. Neceſſitas autem concordandi Miſſam cum *Officio* deſumitur vel à ritu, vel à ſolemnitate Chorali. Ritus per ſe ad neceſſariam obligans concordiam, eſt ille, qui denominatur *Duplex*, ſive ſit Dupl. minus, ſive majus, ſive 1. ſive 2. claſſ. Miſſa igitur *ritu Dupl.*, de quo fol. 5., debet eſſe conformis Officio. 3.

3. Solemnitas Choralis, quæ Miſſæ cum Officio neceſſariam exigit concordiam, habetur in omnibus anni Dominicis, ac in aliis diebus, ſcilicet Feriarum ac Vigiliarum privilegiatarum, quæ omnes enumeratæ ſunt ſuprà in Append. ad tit. IV. & V. Et hæc Officia dicuntur *Duplicia æquivalenter.*

4. Uno verbo: Concordia Miſſæ cum Officio neceſſaria habetur illis diebus & Officiis, quibus prohibentur Miſſæ privatæ *de Requiem*, & Votivæ; tunc namque per ſe nefas eſt diſcordiam Officium inter & Miſſam admittere. Hæc autem concordia neceſſaria ſubdividitur in magis & minùs neceſſariam, ut facilè colligi poteſt tum ex n. 2., tum ex qualitate æquivalenter Duplicium.

5. Libertas autem non concordandi Miſſam cum Officio eſt utique illis diebus, in quibus neque ritus *Duplex*, neque ſupradicta ſolemnitas urget, ſeu in diebus & Officiis, quibus Miſſæ privatæ *de Requiem* & Votivæ ſunt licitæ; ea tamen libertas non afficit Miſſam Conventualem, ubi hæc obligat:

6. Nam Miſſam Conventualem Rubrica etiam in diebus & Officiis liberis, V. G. in Feſtis Semiduplicibus, Simplicibus, & Feriis Quadrageſimæ, Quat. Temporum, ac Vigiliarum habentibus Miſſam propriam præcipit eſſe conformem Officio; permittit tamen Rubrica Miſſam Conventualem de Feria per annum eſſe quandoque Votivam, de quo ſuprà tit. IV. Libertas igitur (ſeu concordia libera Officium inter & Miſſam) de qua hic potiſſimùm agitur, maximè Miſſas afficit privatas.

7. Itàque dubitatur, an illa concordia Miſſæ cum Officio tam neceſſaria, quàm libera, intelligi debeat cum Officio recitato à Celebrante, an verò cum Officio celebrato in Eccleſia, ad quam fortè ipſe ad celebrandum accedit? Seu clariùs; an hæc concordia debeat eſſe perſonalis, an verò localis?

8. Hoc

8. Hoc ut tutò decernatur, conſiderare oportet, an utraque Miſſæ cum Officio concordia, tam perſonalis, quàm localis, ſit neceſſaria: an utraque omninò libera; an verò una ſit neceſſaria, & altera libera. Si utraque ſit neceſſaria, videndum, quæ ex duabus fortiùs liget, ſeu magis ſit neceſſaria, & eam (nî color vel aliud obſtet) oportet amplecti.

9. Si verò utraque ſit æquè neceſſaria, & æqualiter liget, quàmvis tunc per ſe electio ſtare videatur penes ipſum Celebrantem, apparet tamen ex æquitate aliquâ naturali potiùs deferendum concordiæ locali, juxta illud *S. Auguſtini axioma* can. *Illa* diſt. 12. *Ad quam fortè Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi cuipiam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi.* Si tamen nullum ſcandali ſubeſt periculum, ſtabit penes Celebrantem libera electio.

10. Si concordia localis ſit neceſſaria, & perſonalis libera, priorem, juxta omnes, debemus ſequi. Idem per ſe dicendum, ſi concordia perſonalis ſit neceſſaria, & localis libera, niſì detur Indultum Apoſtolicum, vi cujus Celebrans ſe poteſt conformare concordiæ liberæ locali, non obſtante, quòd ipſe habeat concordiam perſonalem neceſſariam; de quo infra §. 3. n. 22.

11. Dum autem utraque concordia eſt omninò libera, cùm tunc concordia localis omnem Miſſam permittat, omnemque colorem, poterit Sacerdos pro libitu legere Miſſam vel ſuo vel Eccleſiæ, in qua celebrat, Officio conformem: &, habitâ aliquâ juſtâ cauſâ, poterit & Votivam legere vel *de Requiem*. Præmittuntur autem varia circa hanc materiam

§. 2. S. R. C. Decreta.

1. *Sacerdos Sæcularis, ſive Capellanus, ſive non, qui recitat Officium Semidup., vel Simplex, vel Feriale, illo die celebrans in aliqua Eccleſiâ Regularium*

(de

[illegible] Decreta pag. [illegible] de Monialibus n. 5.) in qua recitatum est ab ipsis Regularibus eâdem die Officium Duplex, etiam de non praecepto, prout & de aliquo Sancto sui Ordinis, non possunt dicere Missam DE REQUIEM. S. R. C. 5. Jun. 1668.

2. Sacerdotes etiam Regulares, diebus, quibus propria Officia recitant sub ritu Duplici, celebrantes in alienis Ecclesiis, quando peragitur Festum cum solemnitate & concursu populi, debent celebrare Missas conformando se ritui, & colori earumdem Ecclesiarum: in aliis verò diebus possunt, sed quando prohibentur Missae Votivae vel Defunctorum, debent se uniformare, saltem quoad colorem. S. R. C. 11. Junii 1701.

3. Sacerdotes exteri confluentes ad Ecclesiam etiam Regularium (vide Monialib. n. 5.) & celebrantes de Sancto etiam Ordinis, quando Festum celebratur cum solemnitate & concursu populi, debent in Missis se uniformare cum Sacerdotibus illius Ecclesiae etiam Regularibus quoad CREDO, & numerum Orationum pro duplici; in aliis verò diebus possunt. S. R. C. 11. Junii 1701.

4. In Ecclesiis Regularium (& Monialium) diebus Dominicis, quibus tam Regulares, quàm exteri celebrant Officium de Dominica, possunt (debent) exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur Regulares ratione alicujus Octavae: & Regulares celebrantes in alienis Ecclesiis debent uti coloribus juxta ritum earumdem, & tam exteri in Ecclesiis Regularium, quàm Regulares in alienis, possunt apponere commemor. Octavae ut suprà occurrentis, servatâ Rubricâ de duplici Oratione habendâ in Dominicis infra Octavam. S. R. C. 11. Jun. 1701.

5. Prohibitio facta à S. R. C. 5. Junii 1668. (de qua supra) Sacerdotibus etiam Capellanis, qui libere recitant eorum Officium Semiduplex, vel Simplex, vel Feriale, ut celebrent Missam de Requiem in Ecclesiis Regularium, in quibus recitatum fit Officium Duplex de non praecepto, vel de aliquo Sancto eorumdem sui Ordinis, intelligi etiam debet pro Ecclesiis Monialium. S. R. C. 12. Febr. 1702.

16. Religioſi celebrantes ex quacumque cauſa in aliena Eccleſia, ubi non agitur Officium Duplex (aut æquivalens) & fiunt exequiæ pro aliquo Defuncto, vel anniverſarium, ſeu ſimile Officium pro Defunctis, etiamſi ipſi Religioſi recitaverint Officium ſancti Duplicis, poſſunt ſe conformare cum Eccleſia, in qua celebrant. S. R. C. 29. Auguſt. 1704. apud Tallanum [illegible].

17. Cum contingat ſæpius in Eccleſiis Regularium, vel aliis, præſertim in die obitus, ſeu anniverſario Defunctorum, Miſſas celebrari à confluentibus Sacerdotibus, ſupplicatur declarari, an Sacerdotes, qui recitant Officium de Feſto Duplici, confluentes ad Eccleſias, ſive Regularium, ſive aliorum, ubi dicitur Officium de Semiduplici, poſſint ibi dicere Miſſas privatas Defunctorum? Reſponſum fuit negative. S. R. C. 7. Maji 1746. Ita refert Cav. n. 1796.

18. Recitantes Officium de Martyre, & celebrantes in Eccleſiis, ubi dicitur de Confeſſore, utrum debeant ſe conformare in colore illis Eccleſiis, etiamſi ibi nulla ſit ſolemnitas? Reſponſum fuit affirmative, etiam quoad Miſſam; quæ non poterit celebrari de S. Confeſſore, ſi color fuerit rubeus. S. R. C. [illegible] Maji 1746. Quod conforme eſt Rubricis general. infra tit. XVIII. ubi mandatur: Paramenta debere eſſe coloris convenientis Miſſæ diei, ſeu quæ legi debet.

§. 3. *Reſolutiones.*

EX prædictis Decretis, & ex principiis ſupra poſitis, modò reſolvendum videtur. 1. Si Sacerdos, habens celebrandi liberum, ſeu Officium [illegible] [illegible] in Sacello [illegible] [illegible] Officium [illegible] aut Sacellum [illegible] Cathedralis, Collegiatæ, aut Parochialis Eccleſiæ, in qua Officium de Duplici [illegible]

N 2. Po-

Poterit ibidem legere Miſſam Officio ſuo conformem, vel, habitâ rationabili causâ, Miſſam Votivam, aut *de Requiem*. Ratio eſt, quia conformitas perſonalis eſt omninò libera. Et conformitas localis eſt nulla, adeoque & pariter planè libera.

3. Si autem Sacerdos Officium habeat Duplex, obligatur in dicto Sacello ſeu Oratorio legere Miſſam Officio ſuo conformem. Ratio eſt, quia in dicto Sacello nulla ligat conformitas, adeoque eſt omninò libera: conformitas autem perſonalis eſt neceſſaria, quæ proinde tunc ligat.

4. Si Sacerdos, habens Officium Duplex aut æquivalens, ſit in Eccleſia, in qua dicitur Officium aliud notabiliter excedens, vel in qua *Feſtum* fit *cum ſolemnitate & concurſu populi*, ut ait Decretum §. 2. n. 2. & 3., debet Miſſam dicere Officio Eccleſiæ, in qua legit, conformem; quia concordia, licèt utraque ſit neceſſaria, localis tamen in eo caſu, magis ligat.

5. Sic Sacerdos extraneus Bruxellis 8. Jan. Miſſam legere debet de S. *Gudula* V. Loci Patronâ; ſimiliter Mechliniæ 1. Jul. de S. *Rumoldo* Ep. M. Civitatis Patrono; Ruremundæ 25. Julii de S. *Chriſtophoro* M. pariter Civitatis Patrono. Veniens quoque ad Eccleſiam, cujus Dedicationis Anniverſaria ſolemnitas agitur (quamvis id ſæpius in diverſis per annum Eccleſiis contingeret eidem Stationario) Miſſam celebrabit de Dedicatione, licèt Officium Dupl. legerit de Mart. aut Conf.

6. Sic & Sacerdos externus celebrans 2. Aug. in Eccleſia PP. Ordinum S. *Franciſci*, debet, ob ſolemnitatem & concurſum populi maximum, Miſſam *Terribilis* legere, communem de Dedicatione Eccleſiæ, non verò de Beato, ut quidam erroneè putant, quia ibidem 2. Aug. Officium fit de Dedicatione Eccleſiæ *Portiunculæ*; debet autem addere commemo-

rationem S. Stephani P. & M.; nam hoc Dedicationis Feſtum apud Franciſcanos (extra ipſum Portiunculæ Sacellum) eſt tantùm Duplex majus, in cujus Miſſa, etiam ſolemni, non obſtante populi concurſu, facienda eſt commemoratio Simplicis.

7. Sacerdos quoque in Dominica 2. claſſ., V. G. 2. Adventùs, de qua legit Officium, celebrans in Eccleſia, in qua fit de Patrono aut Dedicatione, debet de eis reſpectivè Miſſam dicere cum commemor., & ultimo Evangelio Dominicæ. Idem eſt de ſimilibus. Quid vice versâ ſit agendum, vide n. 96.

8. Quinimò prædicta intelligenda videntur, licèt Sacerdos extraneus habeat in ſua Eccleſia Officium, quod æquali ritu, æquali ſolemnitate & concurſu populi ibidem celebratur. V. G. Bononiæ 4. Octobr. fit apud FF. Minores de Patriarcha ſuo S. Franciſco. At in Civitate de Patrono principali S. Petronio E. & C., ubique ritu dupl. i. claſſ., & cum ſolemnitate ac concurſu populi. F. Minor accedens ad exteram Eccleſiam, tenebitur legere Miſſam de S. Petronio; & vice versâ Sacerdos Civitatis veniens ad Eccleſiam FF. Minorum, obligabitur celebrare de S. Franciſco, ſed ex Miſſali Romano, licèt utrique Miſſ[illegible] conveniat in colore; nam ſi ejus accedat ad alienam ſolemnitatem, debet ſe eidem conformare §. 2. n. 2. & 3., & non poteſt adhærere propriæ, quæ no[n] ſequitur perſonam, ſed merè localis eſt, utpote cù[m] tantùm habeatur in ipſius Celebrantis Eccleſia, extra quam actu eſt. Ità Direct. Bononienſe 1754.

9. Neque F. Minor, in caſu Miſſam legens de S. Petronio, in ea addere poteſt commemorationem SS. Patris ſui Franciſci, & vice versâ; quia hanc Rubricæ, nec ullum S. R. C. Decretum, vel præſcribunt, vel permittunt, E contra prohibet S. R. C. ſupra §. 2. n. 3. dicens: Debent in caſibus univerſaliter quoad numerum commemorationum . . . ſimilibus reſolvendum; unde

10. Si quis Ordinis *S. Auguſtini* in ejus Feſto exiſteret in Eccleſia, in qua de *S. Hermete* Mart., vel de Dedicatione *cum ſolemnitate & concurſu populi* fieret Officium, deberet ibidem Miſſam dicere de *S. Hermete* vel Dedicatione reſpectivè, & non de *S. Auguſtino*. Idem fieri deberet vice verſâ.

11. Quinimò deberet, juxta dicenda n. ſeq., Miſſam celebrare de *S. Hermete*, licèt ſanctus ille Martyr ibidem coleretur dumtaxat ritu Duplici minori, & ſinè ſolemnitate ac concurſu populi; quia deberet Celebrans ſervare colorem rubrum, cum quo dicere non poſſet Miſſam de *S. Auguſtino* Confeſſ. & Doctore §. 2. n. 8. Hinc

12. Si Officium duplex (quod etiam ſinè ulla ſolemnitate & concurſu populi celebratur in Eccleſia, in qua extraneus Miſſam intendit legere) exigat *colorem Album*, & Officium extranei (licèt ſub ritu dupl. 1. claſſ. & cum ſolemnitate & concurſu populi in ipſius Eccleſiâ colatur) exigat *colorem Rubrum*, vel èconträ, prævalet conformitas localis, & Sacerdos, juxta Decretum §. 2. n. 8., ſe colori & Miſſæ Eccleſiæ, in qua legit, conformare debet.

13. Igitur Sacerdos legens die 7. Maji Officium duplex de Octava die ſuæ Dedicationis, ſi exiſtat in Eccleſia, ubi fit Officium de *S. Stanislao* Martyre ſimiliter ſub ritu dupl., non poteſt Miſſam dicere de die Octavâ, ſed tenetur eam legere de *S. Stanislao*. Et vice verſâ fieri debet.

14. Sacerdos Diœceſis Leod., habens 17. Sept. Officium *S. Lamberti* E. M. *dupl. 1. claſſ.*, illâ die extra Diœceſim legens in Eccleſia, ubi fit de SS. Stigmatibus *S. Franciſci dupl. 2. claſſ.* in colore Albo, de Stigmatib. obligatur celebrare.

15. Sacerdos Mechliniæ commorans legit die 1. Julii Officium de *S. Rumoldo* E. M. Civitatis Patrono *dupl. 1. claſſ.*; ſi illâ die, Civitatem exiens,

 legat

legat ubi fit de Octava die *S. Joannis*, tenetur ibidem in colore Albo Miſſam dicere de die Octavâ cum commem. SS. Apoſt. *Petri & Pauli* cum *Credo* & Præfatione de Apoſtolis. Non poteſt autem in ſua Miſſa commemor. addere de Patrono ſuo *S. Rumoldo*, cujus Officium legit, idque ob dicta ſuprà n. 9.

16. Si Sacerdos Dominicâ 2. claſſis, V. G. dom. 2. Adventûs, habens Officium Tituli, vel Patroni, aut Dedicationis *Dupl.* 1. *claſſ.* vide n. 7., eâ die legat in Eccleſia, ubi Officium & Miſſa fit de Dominica, non poterit ibidem celebrare de ſuo Patrono, aut Dedicatione, ſed Miſſam dicere debet de Dominica ſinè *Gloria in Excel.*; ſed Oratio 2. de Patrono, de quo habet Officium, & cujus inchoata eſt Octava, ac propterea ſinè 3. Oratione, cum *Credo* & cum Præfatione, ſi propriam habeat. Ratio eſt,

17. Quia Dominica 2. Adventûs non patitur in Eccleſia, in qua fit Officium de Dominica, colorem alium, niſi Violaceum; quo proinde Sacerdos extraneus uti debet. Color autem Violaceus excludit Miſſas Patroni & Dedicationis; utpote hæ Miſſæ exigunt *Gloria in Excel.*, & *Ite Miſſa eſt*, &c., quæ cum colore Violaceo dici non poſſunt. Ità, ſalvo meliori, ex Decreto colligitur §. 2. n. 8.

Cur autem n. 16. Miſſæ de Dominica addatur à Celebrante extraneo Oratio de Patrono, & cur fol. 57. n. 7. & ſeqq., prout & hoc §. n. 9. & 15. id idem prohibeatur, ratio eſt: quia Rubrica iſta de Dominica Miſſæ n. 16. præſcribit Orationes 2. & 3. loco dicendas. Ex S. R. C. §. 2. n. 4. permittitur loco earum unam, ſeu ſecundam tantùm addi de Octava, ſi Celebrans extraneus Octavam habeat inchoatam. Id fit ad n. 16. quia jam legit illa die Officium de ſuo Patrono, vel Dedicatione; adeoque ejus Octava eſt inchoata; non verò fol. 57. n. 7 & ſeq.

Similis autem permiſſio de addenda hoc §. n. 9.

&

[illegible] Miſſam [illegible] Duplici [illegible]
[illegible] Officio [illegible] Oc-
tava [illegible] Duplici [illegible] Celebrans [illegible]
ſolvit, [illegible]

[illegible] Officio [illegible] Miſſa de Dominica
[illegible] colore Viridi [illegible] colorem
Album, [illegible] Rubrum [illegible] Octavas [illegible]
[illegible]
[illegible] *Auguſti* [illegible]
[illegible] habens Officium de Do-
minica [illegible]
[illegible] Ecclesia [illegible]
Dominica [illegible]
colore Albo, vel Rubro, debet [illegible]
Dominica [illegible] Rubro [illegible]

[illegible] beneplacito [illegible]
[illegible] Eccleſiâ [illegible]
[illegible] Oratione [illegible]
[illegible] ad libitum. [illegible]
[illegible] Sacerdos [illegible]
[illegible] Officium de Dominica [illegible] colore Albo vel
Rubro ob Octavam [illegible]
[illegible] Dominica [illegible] Octavam [illegible]
[illegible] Viridi [illegible] Miſſam ipſe legere
de Dominica [illegible] Viridi [illegible]

24. [illegible]
[illegible] Sacerdos [illegible] Officium [illegible] in Ec-
cleſia [illegible] Officium [illegible]
liter [illegible]
[illegible] Album [illegible] Rubrum [illegible]
[illegible] Miſſam [illegible] Ec-
cleſia [illegible]
[illegible]

21. Sic habens Officium Duplex [illegible]
[illegible] in Eccleſia [illegible] Officium [illegible] Du-
plex [illegible] Virginis [illegible]

li, poterit dicere Miſſam de Virgine ſine Credo, vel de Doctore cum Credo, prout voluerit Celebrans. Idem de ſimilibus dicendum eſt in duplicibus, ſi n. 5. & 6., ac nullum obeſt S. R. C. Decretum.

Si tamen Officium Duplex, quod habet Sacerdos, ſit notabiliter excedens Officium Duplex Eccleſiæ, in qua legit, & eſt ejuſdem coloris, tunc oportet, ut legat Miſſam ſuo conformem Officio. Sic F. Minor, 4. Octobris, dum in [illegible] Dominicani, legens in Eccleſia, in qua [illegible] ſolemniter & concurſu populi, fit Officium de SS. Roſario, ritu Duplicis majoris, non de SS. Roſario, ſed de ſuo Fundatore leget Miſſam, in qua addet Credo, quia id exigit dies Dominica.

23. Et Sacerdos [illegible] Julii, qui legit Officium de S. Chriſtophoro Mart. ritu dupl. 2. claſſ., et in Civitate privatim celebret in Eccleſia, in qua fit Officium de S. Jacobo Apoſt. Dupl. 2. claſſ., Miſſam de ſuo Patrono S. Chriſtophoro debet dicere. Licet enim utraque conformitas hoc & [illegible] ſit neceſſaria, tamen perſonalis magis ligat, & habetur identitas coloris; poterit tamen in Miſſa S. Chriſtophori addere Credo, & Præfationem de Apoſtolis, quia hoc exigit concordia localis, & compatitur concordia perſonalis.

24. Sacerdos habens Officium cum Miſſa [illegible] & de Requiem compatibile, ſi celebret in Eccleſia, ubi fit de Duplici, aut æquivalenti, non poteſt ibidem Votivam, aut (etiam præſente cadavere, pro cujus animæ refrigerio cantatur ibi Miſſa ſolemnis de Requiem) Miſſam de Requiem legere, ſed celebrare oportet Miſſam conformem Officio Eccleſiæ, in qua legit. Quia conformitas localis eſt neceſſaria, perſonalis autem libera. [illegible]

25. Sacerdos habens Officium Duplex, aut æquivalens, ſi legat in Eccleſia, in qua dicitur Officium

cum Rubricis [illegible] de Requiem compatibile, Miſſam ſuo conformem Officio legere debet cum colore correſ-pondente; nam [illegible] per quos eſt neceſſarius [illegible] liberis, & omnis color [illegible] illa die eſt permiſſus. Vide fol. 405. [illegible] 15.

[illegible] Sed notandum Decretum habeant Apoſtolicum, [illegible] cujus Sacerdos Officium habens de Feſ-to Duplici [illegible] ut vocatus ad Eccleſiam (in qua ſit Officium, quod eſt cum Miſſis de Requiem compatibile) Miſſam de Req. celebret, dum præſen-te corpore Miſſa [illegible] vel [illegible] Anniverſaria [illegible] vel [illegible] dies ad Altare in nigris [illegible] præſentibus [illegible] legendæ ſunt Miſſæ, præſertim quando unus aut plures [illegible] ad hoc vocati, Officium habent Semidup., aut Simplex, & ipſi propterea in Nigris legunt de Requiem [illegible] prædictus.

126. Affirmat Merati ſupra fol. 90. n. [illegible] cum multis aliis ob S. R. C. Decreta hoc tit. §. 3. n. 2. & 4. [illegible] datum 29. Aug. 1702. (quod Decretum videntur Merati & alii ignoraſſe; [illegible] non eſſent) in quo tamen id [illegible] indulgetur. Atque hæc eſt praxis [illegible] per 50. & amplius annos obſervata, quin [illegible] per Vicarium Ge-neralem Colonienſem pro Archidiœceſi illa obſervari mandata eſt 29. Novembris [illegible]

1[illegible]8. [illegible] videtur Verius adhærendum [illegible] centiori (quod [illegible]) S. R. C. Decreto [illegible] Maji [illegible] in quo ad [illegible] hoc [illegible] controverſiam [illegible] propoſitam reſpondetur purè & ſimpliciter *Negative*. Illud [illegible] Reſcriptum, ait Directorium Bonnenſe 1759. vel eſt datum pro ſingulari loco, ubi alia viget conſuetudo, vel non tollit alia S. R. C. Decreta ſupra [illegible] & [illegible] conſue-

tudine

dine [illegible], & [illegible], deducta ex juſta admiratione, & ſcandalum cauſarent, ſi plures Sacerdotes in præſentia corporis ſepeliendi legerent de Requiem Miſſas, aliqui Caſulis nigris, alii uterentur Rubris, alii Albis.

[illegible] hæc quæſtio, indeciſa eſt relinquenda, & videndum quam Belgii Ordinarii partem ſint amplexuri: quibus inclinandum pro [illegible] Decreto de 7. Maii 1746. quod eſt Rubricis conformius. Quæ autem admiratio facilè tolli poſſet, ſi populus de Eccleſiæ Decretis debitè informetur. Atque ità pro Cathedrali, & Diœceſi Antverpienſi præſcribitur in illius Directorio 1756. ad 25. Februarii.

[illegible] Si tam Sacerdotis Officium, quàm illud Eccleſiæ, in qua Miſſam legit, ſit Semiduplex (licèt unum ſit de Martyre, aliud de Confeſſore) aut aliud cum Votivis, & de Requiem compatibile, poterit in illa Eccleſia Miſſam legere, quam vult. Vide ſupra §. 1. n. 1. [illegible] Ex dictis proponitur ſequens caſus.

[illegible] Tres Sacerdotes Officium Duplex, ſive majus aut minus, ſive 1. vel 2. claſſ. quod colorem exigit Album (idem, ſervata proportione, dicendum, ſi colorem exigeret Rubrum) habentes, ſunt in tribus Eccleſiis, ubi Officium fit de Dominica. Sed in una Officium fit cum colore Viridi, in altera, ob Octavam de Confeſſore occurrentem, cum colore Albo, & in tertia, ob Octavam de Martyre, cum colore Rubro. Quæritur quiſque dicet Miſſam. R. Qui eſt (ubi fit de Dominica cum colore Albo) [illegible] Miſſam Officio ſuo Duplici conformem, cum commemoratione, & ultimo Dominicæ Evangelio. Qui verò eſt ubi fit de Dominica cum colore Viridi, Miſſam dicet de Dominica, & Oratione de Officio ſuo Duplici ſub 3. Oratione, ſi Officium hoc Duplex celebretur cum Octava [illegible], & ideo cum Præfatione illius Officii [illegible]

propriamque habent. Si verò Officium dictum celebretur ſine Octava, Oratio 3. erit *Annualis*, vel de Beata, ut tempus exigit. Ad ubi fuit Dominica cum colore *Rubro*, Miſſam [illegible] cum colore viridi dictum eſt; ſi tamen Officium Duplex celebretur ſine Octava, Oratio 3. erit vel de Octava in Eccleſia occurrente, vel [illegible], ſeu de Beata, ut tempus exigit, ad libitum Celebrantis.

35. Quæ hactenus dicta ſunt, intelligi debent de Sacerdote ut privatâ perſonâ in aliena Eccleſia celebrante; Si enim ipſe, ſive ſit Regularis, ſive Sæcularis Sacerdos, ſupplet vices Parochi abſentis vel impediti, aut Rectoris Eccleſiæ, vel Capellani Monialium, debet in Dominica, vel aliâ per Hebdomadam die Miſſam cantare, quæ eſt conformis Eccleſiæ, in qua vices ſupplet, vel Miſſam *de Requiem*, vel [illegible] de Venerabili, vel Sabbato [illegible] de B. Virgine, idque eodem planè modo, ſicut ipſe, ſi adeſſet, Parochus aut alius proprius [illegible] legitimè cantaret, vel legeret Miſſam. Ita apud varios Authores refertur declaraſſe S. R. C. 15. Decembris 1695. Vide *Braſſiane*, [illegible] ſqq. Sic, ſi Fr. Minor die 4. Octob. in Parochiali Eccleſia, in qua pro tempore vices ſupplet Parochi, Miſſam debet cantare de Rep. [illegible] non de S. *Franciſco*, dum dies 4. Octob. incidit in Dominicam. Et Sacerdos [illegible] ſuprà n. 32. [illegible] ſupplet Parochi, Miſſam cantabit de *S. Jacobo* & non de S. *Chriſtophoro*. Sic & Capellani Monialium ſemper legere debent Miſſam Officio, quod recitatur à Monialibus in Choro, conformem, [illegible] proprium, quod ipſi legerint Officium. Vide [illegible] Decretum tit. XIV. [illegible]

36. Hactenus in hac Appendice dicta de conformitate Sacerdotis extranei Miſſâ cum Officio Eccleſiæ,

clesiæ,

cleſiæ, in qua legit, relictâ Miſsâ, quæ proprio ſuo Officio eſt conformis, vel è contra, intelligenda ſunt abſtrahendo, an Miſſa illa ſumi poſſit aut debeat ex proprio illius Eccleſiæ, in qua legit, Miſſali, ſi ipſa proprium Miſſale, ac Miſſam habeat propriam, an verò Miſſa illa deſumi debeat ex Miſſali Romano. Hoc, quando, & qualiter fieri debeat tam ab iis, qui in aliena Eccleſiâ per accidens legunt, & tranſeuntes, quàm qui ſtabiliter legunt, & ut Capellani, dictum eſt ad longum tit. XIV. n. 7. & ſeqq.

TITULUS DECIMUS QUINTUS

DE HORA CELEBRANDI MISSAM.

1. RUbr. n. 1. *Miſſa privata dici poteſt, ſaltem poſt,* ſeu poſtquàm celebrare volens *Matutinum & Laudes* illius diei legit. Eccleſia, uſque ad tres in Rubricis vices, ſcilicet primò hoc loco, ſecundò p. I. II. tit. I. n. 1. (ubi id ex SS. D. *Benedicto* XIV. vide reſolutum) & tertiò p. III. tit. X. n. 1. hoc præſcripſit, idque varias ob cauſas, quarum infima non eſt, quòd Miſſa plurimùm dependeat à Matutino & Laudibus.

2. Etenim Miſſa debet per ſe eſſe conformis Officio; utique Matutino quoad ſubſtantiam, & Laudibus quoad commemorationes ratione occurrentiæ faciendas, etiam (ſi ſcilicet ſit Semiduplex, &c.) quoad commemorationes 2. & 3. loco recitandas. Ac proinde Sacerdos ex recitatione Matutini & Laudum, *tanquàm ex ſigno,* perfectè devenire poteſt in cognitionem Miſſæ, quam illâ die in ſua Eccleſia debet aut poteſt celebrare, *tanquàm ſignificati.*

3. Rubr. eod. n. 1. *Quâcumque horâ ab aurora,* ſeu ab initio crepuſculi (quod ſecundùm varia anni

tempora

tempore & terræ loco eſt varianda; hæc ſanè res moraliter eſt conſideranda) uſque ad meridiem (ſufficere, videlicet, quòd ad auroram Miſſa ſit finita, vel ante duodecimam ſit inchoata, dici poteſt.

Unde S. Thomas p. 3. q. 83. a. 2. ad 4. ait: *Regulariter Miſſa debet celebrari in die, & non in nocte. Ita tamen, quòd principium diei accipiatur, non à medio noctis, nec etiam ab ortu ſolis, id eſt, quando ſubſtantia ſolis apparet ſuper terram; ſed quando incipit apparere aurora; tunc enim quodammodo dicitur ſol ortus, in quantum claritas radiorum ejus apparet.* Hinc ab aurora ſic intellectâ uſque ad meridiem ſunt debitæ horæ, quibus Rubricæ, conformiter ad *Tridentinum* ſeſſ. 22. permittunt Miſſam dici, & extra dictas horas eam prohibent celebrari.

5. Proinde peccari poſſet, etiam graviter, ſi quis, ſecluſo neceſſitatis caſu (nempe dandi Viaticum moribundo, qui aliàs ſine illo moreretur, aut ſi vel ipſe Celebrans vel alii valdè manè deberent neceſſariò diſcedere, & aut non tantùm ad meridiem [illegible], alioquin in Dominicâ non audituri Sacrum, aut feſto, [illegible] poſt [illegible] [illegible] inſtet) item ſecluſo legitimo privilegio poſt Concilium Tridentinum conceſſo (cujus uſus ſit in ædificationem) aut conſuetudine approbatâ (vi cujus in hiemis medio tribus ante ſolis ortum horis in Belgio celebratur) citiùs notabiliter manè, aut etiam ſeriùs notabiliter poſt meridiem celebraret.

[illegible] *Miſſæ non poſſunt celebrari* (ne quidem in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum 2. Novembris) *pro animabus Purgatorii* [illegible] *horâ* integrâ Miſſam inchoando poſt meridiem. Ita S. R. C. apud Merati in Indice n. 415. Recentiſſimè tamen SS. D. N. Benedictus XIV. conceſſit, ut in die Fidelium Defunctorum Sacerdotes in Hiſpaniæ & Portugalliæ Regnis, & Dominiis exiſtentes ter poſſint De-

[illegible] Missas duabus post meridiem horis [illegible] Videatur [illegible] post meridiem physicè, ut sit ad [illegible] dies [illegible] pro licita Missarum Celebratione attenditur [illegible] meridies [illegible] & politicè [illegible] S. R. C. [illegible] Sept. [illegible] Nov. 1699. Vide p. [illegible] tit. XI. [illegible] & seqq.

[illegible] superioribus diebus consulta fuerat haec S. R. C. an esset permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini, post Missam [illegible] successivè alias Missas, & in ibi [illegible] Communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus: Respondit S. R. C. non esse permittendum, sed omnibus [illegible] prohibendum. Nihilominus [illegible] Decretum [illegible] supplicationem [illegible] Eminentissimi [illegible] Decretum [illegible] Communionem [illegible] deposcentibus [illegible]

item [illegible] S. R. C. [illegible] 1684 [illegible] est [illegible] rigorosum, de quo [illegible] 1681. [illegible] in fine: Et eadem S. R. C. [illegible] in Nativitate Domini post [illegible] primam Missam [illegible] contra- [illegible] immediatè celebrari [illegible].

Notandum tamen [illegible] S. R. C. Decreta [illegible] sunt in genere [illegible] in [illegible] partibus [illegible]

die

[illegible] contradictione) [illegible] oppositam, quia [illegible] tiva prohibitionis (Hæc [illegible] quam inde [illegible] [illegible] absurda [illegible] Bened. XIV. [illegible] l. 6. c. 18. n. 13.) forsan hæc in praxi [illegible] habent, [illegible] fortiantur effectum.

[illegible] Quæ habet Rubrica n. [illegible] & seqq. [illegible] de Hora, qua Missa [illegible] Choro [illegible] Tit. sequentem.

TITULUS DECIMUS SEXTUS

DE HIS, QUÆ CLARA VOCE, AUT SECRETO [illegible]

[illegible]

1. Sancta Mater Ecclesia (ut constat ex SS. Canonibus, & Liturgiis tam Græcis, quam Latinis) inter alios sacrosancti Missæ Sacrificii ritus, [illegible] Sacerdos uti debet in legenda privata Missa [illegible] scilicet quovis arbitrio suo pronunciet, sed [illegible] *submissa voce*, [illegible] *clara* [illegible] pronunciandi [illegible] cap. [illegible]

2. Notet autem bene Sacerdos, quod [illegible] tioni [illegible] Rubricæ [illegible] mentio duplicis [illegible] vox [illegible] *clara* [illegible] seu *alta*, [illegible] tono [illegible] quæ [illegible] pronunciari debent [illegible] voce in Missa est attendum.

3. Vox autem simpliciter *clara* seu *alta* (ut vocatur in Ordinario Missæ post *Orate fratres*) est, quæ [illegible] circumstantibus omnibus intelligibiliter audiri potest: Vox vero [illegible] seu media [illegible] ab aliquibus [illegible] circumstantibus percipi possit [illegible]

Sacerdote intra se distinctè, ac [illegible] labiorum motu proferuntur, ut ipse se ipsum perfectè audiat, & nec à ministris, nec ab aliis circumstantibus audiatur. Hæc clariùs patebunt ex sequentibus.

5. Rubr. [illegible] In Missa privata itaque clarè simpliciter, seu altâ voce dicitur primò Antiphona cum psalmo [illegible] Psalmus [illegible]; Secundò Confessio, & quæ sequuntur, exceptis Orationibus AUFER A NOBIS, &c., & ORAMUS TE DOMINE PER MERITA SS. TUORUM, &c., quæ duæ Orationes dicuntur secretò; proin [illegible] Oremus adhuc dicitur altâ voce; quæ item tertiò dicitur [illegible], KYRIE ELEISON, & GLORIA IN EXCELSIS, dum hic Hymnus dicitur.

6. Rubr. eod. n. Quartò clarâ simpliciter voce dicuntur DOMINUS VOBISCUM, quoties scilicet, quoties in Missa dicitur; quintò OREMUS, quoties in Missa dicitur; proin & FLECTAMUS GENUA, LEVATE, dum hæc duo dicenda sunt; sextò Oratio, vel Orationes; item Prophetiæ, dum dicendæ sunt; septimò Epistola, Graduale, Versus, Tractus, Sequentia, quoties hæc quatuor ultima dicenda sunt.

7. Rubr. eod. n. Octavò Evangelium incipiendo à Sequentia S. Evang., vel Initium S. Evang. Nonò CREDO, quoties dicitur; decimò Antiphona Offertorium; undecimò ORATE FRATRES, [illegible] dicenda quidem sunt, sed voce mediocriter clarâ, sicut habet Rubr. infra p. II. tit. VII. n. [illegible], voce aliquantulùm, & in Ordine Missæ, voce paululùm elatâ proferri debent.

8. Rubr. eod. n. Duodecimò voce simpliciter clarâ dici debet Præfatio incipiendo à Per omnia sæcula sæculorum, quæ spectant ad Secretam præcedentem, usque ad ipsam Præfationem, & omnia quæ subsequuntur usque ad Sanctus,

&c.

&c.; quæ verba uſque ad *Hoſanna in Excelſis* incluſivè dicenda ſunt voce mediocriter clarâ, quæ ſit uno tono depreſſa, ùt patebit p. I. II. tit. VII. n. 74. Unde, dum Celebrans clarâ voce dixit, V. G. *ſinè fine dicentes*, debet mutare tonum, & baſſiori ſenſibiliter voce dicere: *Sanctus, Sanctus*, &c. In hoc multi impingunt.

9. Rubr. eod. n. 1. Decimotertiò NOBIS QUOQUE PECCATORIBUS, *ſolùm hæc tria verba* recitanda ſunt voce clarâ quidem, ſed ſolummodò mediocriter, ſeu aliquantulùm duntaxat clarâ, ùt oſtenditur p. I. II. tit. IX. n. 3. In Rubricas igitur impingit Sacerdos, qui hæc verba: *Memento Domine famulorum*, &c.; item hæc: *Omnis honor & gloria* voce qualitercumque clarâ pronuntiat; nam Rubrica nec hoc loco, nec alibi verba illa inter clarâ voce pronuntianda enumerat; proin, juxtà n. 13., ſunt ſecretò recitanda.

10. Rubr. eod. n. 1. *Item* decimoquartò voce ſimpliciter clarâ dicuntur PER OMNIA SÆCULA SÆCUL., *&c.* cum PATER NOSTER, PER OMNIA SÆCULA SÆCUL., PAX DOMINI, AGNUS DEI trinâ vice; ſed DOMINE NON SUM DIGNUS, *hæc quæ verba tantùm* ter recitanda ſunt voce gravi, mediocriter clarâ, & uno tono depreſſâ, ùt patebit p. I. II. tit. X. n. 66.

11. Rubr. eod. n. 1. Decimoquintò Antiph. dicta *Communio*, item *Oratio vel Orationes poſt Communionem*, HUMILIATE CAPITA VESTRA DEO, ITE MISSA EST, *vel* BENEDICAMUS DOMINO, *vel* REQUIESCANT IN PACE, dum hæc dicenda ſunt. Denique *Benedictio* ab illis verbis: *Benedicat vos*, &c., & *Evangelium* IN PRINCIPIO, *vel aliud Evangelium* ut n. 71; hæc omnia pariter voce ſimpliciter clarâ pronuntianda ſunt.

12. Quamvis itaque Rubrica affirmet, omnia jam enu-

enumerata pronuntiari à Sacerdote debere voce clarâ, & omninò intelligibili, prout *vox clara* opponitur *voci ſubmiſſæ*, ſeu *Secretæ*, tamen quatuor ex præfatis, ut notavimus, ſcilicet 1. *Orate fratres*, 2. *Sanctus, Sanctus*, &c., tertiò *Nobis quoque peccatoribus*, & 4. ter *Domine non ſum dignus* dicenda ſolummodò ſunt voce mediocri ſeu minùs *clarâ*, ſeu *aliquantulùm* vel *paululùm* dumtaxat *elatâ*: conſequenter hæc quatuor pronuntianda ſunt graviori & baſſiori tono, prout p. I. II. ſuis reſpectivè locis oſtendetur. Ad hæc dignentur Sacerdotes reflectere.

13. Rubr. eod. n. 1. *Alia autem omnia*, quæ recitantur in Miſſa privatâ, & hoc loco à n. 5. uſque ad 12. incluſivè non ſunt comprehenſa, *dicuntur* (dici debent) *ſecretò*. Hæc vox non à radice *Secerno*, ſeu *Separo*, ut vult *Vertus* refutatus à *Martenne*, & ſæpius à SS. D. *Benedicto* XIV. increpatus; ſed à radice *Secretare*, ſeu *Sub ſilentio dicere*, ità, ut verba Rubricæ: *Dicuntur ſecretò*, idem ex intentione Eccleſiæ ſignificent, quod: *Dici debent ſub ſilentio*, ad quod requiritur, ut Sacerdos ea tali diſtincto labiorum motu apud ſe ipſum proferat, quòd & ipſe ſe ipſum perfectè audiat, & tamen nec à miniſtro flectente in ultimo Altaris gradu, nec aliis ullis circumſtantibus audiatur.

14. Neque *Trident.*, dum Canonem ait ſubmiſsâ voce recitandum eſſe, per *vocem ſubmiſſam* intelligere voluit *ſine cantu*, ſicut excluderet [illegible], & non *clara voce*, ut cavillatur *Vertus*; nam nemo unquàm Canonem, aut ipſa Conſecrationis verba contendit cantanda eſſe: etenim tota Catholicos inter & Hæreticos Controverſia erat, an verba Canonis à populo audiri, & intelligi debeant, quod volebant Hæretici; an verò coram eodem obmurmuranda, quod dicebant Catholici. Ac [illegible] definit Trid. can. 9. his verbis [illegible]

15. Mos autem Orationes, Secretas, Canonem, & nominatim Conſecrationis verba *ſecretè*, ſeu ſubmiſsâ voce recitandi nec ſæculo VIII., aut XI. ex aliqua fortuitâ cauſâ inventus eſt; ſed, ex Apoſtolicâ Traditione profectus, à primis temporibus in Eccleſia cuſtoditus eſt. Solùm ob *Juſtiniani* Imperatoris Novellam 137. eſt aliquam in Eccleſia Orientali mutationem paſſus, non verò in Eccleſia Occidentali; hæc enim ſemper vetuſtiſſimum ritum recitandi ſecretò Canonem, præſertim autem verba Conſecrationis, retinuit. Hoc omne fuſo ac utili calamo exponit SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2., toto c. 23.

16. Rubr. n. 2. *Sacerdos autem* (& ad hoc eſt attendendum) *maximè curare debet, ut* non tantùm *ea, quæ* ſimpliciter *clarè*, aut mediocriter clarâ, ſeu baſſiori ac graviori *voce*, ſed & ea, quæ ſecretò in Miſſa *dicenda ſunt*, *diſtinctè*, proinde ſinè ulla ſyncopatione (quâ in re graviter peccari poteſt) ſed cum Commatibus & Punctis (non ſignatè, ſed exercitè prolatis), ut tantam decet Dei Majeſtatem, *&* *appoſitè*, conſideratis loci, Celebrantium, & aſtantium circumſtantiis, *proferat*. Inſuper *non admodùm feſtinanter* (de quo p. I. II. in fine) *ut advertere poſſit ad ea, quæ legit, & agit; nec* èconträ *nimis morosè, nè audientes tædio afficiat*; ſed in medio tutiſſimus ibis.

17. Cardinalis Bona in libello, quo Sacerdotem pro Sacro ritè celebrando inſtruit, hæc tradit §. 3. *Omnia verba, quæ, ſive clarâ, ſive ſubmiſsâ voce proferuntur, clarè, diſtinctè, ferventer, & abſque ulla feſtinatione pronuntiabis, nihil interim mente revolvens, quantumvis bonum & ſanctum videatur, quod à propria & litterali verborum ſignificatione alienum ſit, ut te menti Eccleſiæ conformes; quæ omnes totius Miſſæ preces, lectiones, & ſententias magno cum delectu ad Sacerdotis & aſtantium inſtructionem, & devotionem ſelegit.*

18. Rubr. n. 4. [illegible] *voce* [illegible]

Miſſam legat Sacerdos, *nè perturbet alios, qui fortaſſe in eadem Eccleſiâ*, ac in Altaribus non longè ab invicem diſſitis, *tunc temporis celebrant*; *neque* voce *tam ſubmiſſâ, ut à circumſtantibus audiri non poſſit*; *ſed mediocri & gravi, quæ & ad devotionem moveat, & audientibus ità ſit accommodata, ut, quæ* à Celebrante *leguntur*, & ſuprà à n. 5. ad n. 11. enumerata ſunt, omnes ſic *intelligant*; ut alii Celebrantes non turbentur; eo ſemper ſalvo, ut quatuor hæc (quæ n. 12. numerata ſunt) voce in uno ab aliis tono depreſsâ pronuntientur.

9. Rubr. eod. n. 2. *Quæ verò ſecretè* (totaliter ſub ſilentio n. 1. & 14.) *dicenda ſunt*, ea Sacerdos *ità pronuntiet, ut & ipſemet ſe audiat, & à circumſtantibus* quibuſcumque *non audiatur*. Hæc bene Sacerdos junior ruminare debet.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS
DE ORDINE GENUFLECTENDI IN MISSA PRIVATA.

1. RUbr. n. 1. *In Miſſa privatâ Sacerdos*, adorationis gratiâ, *genu*, eoque unico (quod ſit dextrum) tantùm (niſi genuflexio facienda ſit cum pauſa, de quo p. I. II. tit. II.) juxta communiſſimum uſum (ait *Gavantus*) ut faciliùs & commodiùs ſurgat, *flectit*; idque primò *quando legit Evangelium S. Joannis*: IN PRINCIPIO *ad illa verba*: ET VERBUM CARO FACTUM EST. *Et ſecundò in Evangelio Epiphaniæ* CUM NATUS ESSET JESUS *ad illa verba*: ET PROCIDENTES ADORAVERUNT EUM.

2. Rubr. eod. n. 1. *Item tertiò in Evangelio Feriæ* IV. *poſt Dominicam* IV. *Quadrageſimæ ad illa verba in fine*: ET PROCIDENS ADORAVIT EUM. *Item* quartò *genu uno flectit* Celebrans *Dominicâ Palmarum*,

& in Miſſis de Cruce ad illa verba in Epiſtola: IN NOMINE JESU OMNE GENU FLECTATUR, &c. *Et* quintò *quando legitur Paſſio ad illa verba: EXPIRAVIT, vel EMISIT SPIRITUM* (quo caſu genuflexio, quia fieri debet cùm mora ſeu pauſâ, utroque eſt genu facienda) *ut ſuis locis notatur.*

3. Rubr. eod n. 1. *Item* ſextò Celebrans in Miſſa privatâ *oraturus cum populo, genu* uno tantùm *fleċtit, cùm dicit: FLECTAMUS GENUA. Item* ſeptimò, *quando in Quadrageſima dicit in Traċtu Verſum: ADJUVA NOS DEUS, &c. Et* Oċtavò *in omnibus Miſſis de Spiritu ſanċto, cùm dicit Verſum: VENI SANCTE SPIRITUS, REPLE, &c.*

4. Refleċtit autem *Vinitor* hoc loco §. 3., quòd in Miſſis privatis Celebrans ad Verſum: *Adjuva nos Deus*, &c., & *Veni S. Spiritus*, &c., genu uno tantùm fleċtat in initio Versûs, & ſtatim ſurgat, ut commodè legere valeat ex libro ipſum Verſum. Quomodò ſit genufleċtendum ſub Symbolo ad hæc verba: *Et incarnatus eſt*, &c. tam in Miſſa privatâ, quam ſolemni, vide p. I. II. & II. II. tit. VI.

5. Rubr. n. 1. *Item nonò quando Sacramentum in Altari diſcoopertum* in Remonſtrantia vel Pyxide *apparet, genu* unico tantùm, eoque dextro ſub Miſſa *fleċtit, quoties ante illud* SS. Sacramentum *tranſit in medio Altaris: & quandocumque in Ordine Miſſæ, & in ritu ſervando in Celebratione Miſſæ notatur, quòd debeat genufleċtere.*

6. Rubrica autem, quæ habetur in Miſſali Romano ad Feriam V. in Cæna Domini, & ad Feriam VI. in Paraſceve, hæc omnia clariùs exponit. Sed hanc exhibebimus p. I. II. tit. XIV., quando, poſt explanatam quoad omnia Miſſam privatam in communi, ex profeſſo agetur de Miſſa privatâ coram SS. Sacramento patenter expoſito celebrandâ.

7. Rubr. n. 2. *Circumſtantes autem in Miſſis priva-*

tis ſemper genuflectunt, etiam tempore Paſchali, præterquàm dum legitur tam primum quàm ſecundum, ſeu ultimum *Evangelium*. Hæc Rubrica non videtur in toto ſtrictè præceptiva. Etenim circumſtantes hi ſæpius ſub aliquibus Sacrificii partibus, præſertim ſub Offertorio ſinè ulla offensâ aut ſcandalo ſtant, vel ſedent. Reliqua, quæ habet Rubrica in titulo præſenti, ſpectant ad genuflexiones in Miſſa ſolemni faciendas, de quibus infrà p. II. II. tit. II. n. 5.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS

DE COLORIBUS PARAMENTORUM.

1. RUbr. n. 1. *Paramenta Altaris, Celebrantis, & miniſtrorum, debent*, per ſe loquendo, *eſſe coloris convenientis Officio, & Miſſæ diei* in illa Eccleſiâ, in qua Officium & Miſſa celebrantur, vide fol. 194. n. 8.; idque *ſecundùm uſum Romanæ Eccleſiæ, quæ quinque modò coloribus uti conſuevit*, ſcilicet *Albo, Rubro, Viridi, Violaceo, & Nigro.*

2. Contra Rubricas autem agit, qui, ſeclusâ neceſſitate, Caſulâ Albâ cum Cruce Rubrâ pro colore Rubro utitur, & vice versâ. Item qui Caſulâ in ſe quatuor habente colores æquè apparentes utitur indifferenter nunc pro Albo, nunc pro Rubro, Viridi, aut Violaceo. Rubrica namque ideò colores diſtinguit, ait *Turrinus* apud *Merati*, & *Baruffaldus* infrà, ut altera Planeta adhibeatur, & altera excludatur. Requiritur itàque, ſed & ſufficit quoque, ùt unus color, V. G. Albus, ſic prædominetur, ut in communi hominum æſtimatione Caſula dicatur Alba, licèt totaliter iſtius coloris opus non ſit; hodie tamen color aureus in uſu venit, & deſervit pro *Albo* & *Rubro* in ſolemnitatibus. Ità *Sarnellius* apud *Baruffaldum* in Rituale Rom. tit. II. n. 51.

3. Rubr.

3. Rubr. n. 2. *Albo colore utitur* Eccleſia primò *à Veſperis Vigiliæ Nativitatis Domini uſque ad Octavam Epiphaniæ incluſivè*, idque in Officio & Miſsâ eidem Officio correſpondente, *Exceptis Feſtis Martyrum, quæ infrà eam*, id eſt, quæ à Nativitate Domini uſque ad diem Octavam Epiphaniæ *veniunt*.

4. Rubr. eod. n. 2. Secundò *Feriâ V. in Cœna Dom.* in Miſſa tantùm, & in lotione pedum quoad Diaconum & Subdiaconum dumtaxat; *& Sabbato S.*, ſed ſolùm *in Officio Miſſæ*. De benedictione Cerei Paſchalis infrà n. 28. *Et tertiò ab illo die*, id eſt, à Miſſa Sabbati S. *uſque ad Sabbatum in Vigilia Pentecôſtes ad Nonam* incluſivè *in Officio de Tempore, præterquàm in Miſſa Litaniarum* 25. April. *& Rogationum* triduo ante Aſcenſionem Domini. Vide infrà n. 32. & 33.

5 Ex hac Rubricâ videtur ſequi, quòd Feriâ II. Rogationum, dum de ea fit Officium, color, qui convenit Officio, ac proinde qui eſt in Altaribus ponendus, debeat eſſe, non *Violaceus*, ſed *Albus*. Ratio eſt: quia Officium Feriæ II. Rogationum eſt Officium de Tempore inter Sabbatum Paſchæ, & Pentecoſtes, cui Rubrica n. præc. præſcribit colorem *Album*; & nullibi Officium dictæ Feriæ II. excipitur à colore *Albo*, ſicut n. præc. excipiuntur ſolæ Miſſæ *Litaniarum* & *Rogationum*.

6. Nonnulli tamen ſequelam hanc non admittunt; tum quia generalis, inquiunt, regula eſt, quòd color Officii & Miſſæ, dum hæc reſpondet Officio, ſit idem; tum quòd in Officio Feriæ II. Rogationum omittatur *Te Deum* in fine Matutini. Proinde Rubrica præſcribens in Feria II. Rogationum colorem Violaceum ſub Miſſa, cenſetur & comprehendere Officium eidem Miſſæ conforme. Judicet Lector, quid ſit conformius litterali hujus Rubricæ ſenſui, & an hic non videatur prius indicate.

7. Rubr. eod n. 2. Tertiò color Albus eſt *in Feſto S. Trinitatis. In Feſto Corporis Chriſti. In Feſto Transfigurationis Domini*; nam in ea veſtes ejus factæ ſunt albæ ſicut nix. Et in feſto SS. Nominis *Jeſu*, quod ex conceſſione *Innocentii* XIII. 1721. in univerſa celebratur Eccleſiâ Dom. II. poſt *Epiphaniam*.

8. Rubr. eod n. 2. Quartò *in Feſtis B. M. V.*, etiam in Feſto 7. Dolorum ejuſdem B. V., *præterquàm in benedictione candelarum, & Proceſſione, quæ fit in Feſto Purificationis ejuſdem*, id eſt, quæ fit 2. die Febr., quàmvis Officium Purificationis B. V., ob Dom. 2. claſſ., ſcil. Septuageſimæ, Sexageſ., aut Quinquageſ., aut ob Feſtum altius, V. G. Dedicationem propriæ Eccleſiæ, transferatur in Feriam II. ſeq. Vide fol. 61. n. 25.

9. Rubr. eod. n. 2. Quintò *in* omnibus *Feſtis Angelorum*, ſive unius ſive plurium. *In Nativitate S. Joannis Bapt. In principali Feſto S. Joannis Evangel.*, *quod celebratur infra Octavam Nativitatis Dom. In utraque Cathedrâ S. Petri. In Feſto S. Petri ad Vincula. In Converſione S. Pauli, & in Feſto omnium Sanctorum.*

10. Rubr. eod. n. 2. Sextò *in Feſtis Confeſſorum Pontificum, & non Pontificum, & Doctorum. In Feſtis SS. Virginum non Martyrum; & nec Virginum nec Martyrum.* Idem eſt in ipſorum Feſtorum hactenus enumeratorum Tranſlationibus, Commemorationibus, Patrociniis, &c. *In Feſto SS. Stigmatum S. Franciſci 17. Sept. adhibetur color Albus*; quàmvis Lectiones 3. Nocturni in Officio, & Evangelium in Miſſa ſint de uno Martyre. S. R. C. 9. Dec. 1623.

11. Rubr. eod. n. 2. Septimò *in Dedicatione, & Conſecratione Eccleſiæ vel Altaris.* De Conſecratione Altaris fit ſola Miſſa; *ac in Conſecratione ſummi Pontificis, & in Anniverſario Creationis & Coronationis ejuſdem* Pontificis; *& in* Anniverſario *Electionis & Conſecrationis Epiſcopi.* De his ſimiliter fit ſola Miſſa.

12. Pon-

12. Pontificale Romanum habet, quòd in Conſecratione Epiſcopi omnia Pontificalia Conſecratoris, prout & Stola ac Pluviale duorum ad minus Epiſcoporum Aſſiſtentium, debeant eſſe *coloris tempori & Officio Miſſæ convenientis... In Capella verò minore pro Electo... paramenta omnia Pontificalia* debent eſſe *albi coloris... &... Pluviale album.* Hoc & confirmatur ſequenti Decreto:

13. *In Conſecratione Epiſcoporum ſolus Epiſcopus conſecrandus ſemper* (proinde licèt conſecretur in die Pentecoſtes, aut Dom. 1. Adventûs) *uti debet colore Albo. Conſecrator verò & Aſſiſtentes debent uti colore, qui tempori convenit.* S. R. C. 16. Junii 1663.

14. Idem ritus à fortiori, ait *Merati* in Indice n. 405., ſervandus eſſe videtur etiam in Ordinationibus; ità ut ſacris Ordinibus initiandi ſemper uti debeant *colore Albo*, licèt Epiſcopus Ordines conferens, & tres Sacerdotes manus imponentes, utantur colore diei currentis. Ad hæc reflectat juvenis Clericus ſacris Ordinibus initiandus.

15. Rubr. eod n. 2. Octavò: *Item per Octavas prædictorum Feſtorum* à n. 7. ad n. 11. incluſivè, *quæ Octavas habent, quando dicitur Miſſa de Octava*; quia tota Octava pro uno eodemque Feſto reputatur. *Et in Dominicis infra eas* Octavas *occurrentibus, quando in eis fit Officium,* & Miſſa *de Dominica, præterquàm in illis Dominicis, quibus tributus eſt color Violaceus,* ut ſunt Dominicæ Adventûs, & à Septuageſima uſque ad Paſcha excluſivè.

16. Rubr. eod. n. 2. *In Miſſis* quoque *Votivis ſupradictorum* hactenus *Feſtorum, quocumque,* etiam Quadrageſimali & Paſſionis, *tempore dicantur*, Eccleſia ſimiliter utitur colore Albo. Hoc firmatur ſequenti Decreto: *Miſſa* VOTIVA... SEMPER *dici debet cum colore, quo utitur* Eccleſia *in Feſto, cujus Miſſa* Votivè *cantatur* aut legitur. S. R. C. 13. Auguſti 1667. Hinc in Votivis de ſeptem Doloribus B. M.

V., etiam quæ dicuntur in Quadrageſima & tempore Paſſionis, color debet eſſe (non Violaceus, ſed) Albus. Denique, ait Rubrica: *Et in Miſſa pro ſponſo & ſponſâ* adhibetur color Albus.

17. Rubr. n. 3. *Rubeo colore utitur* Eccleſia *à Vigilia Pentecoſtes*, incipiendo *in Miſſa*, *uſque ad Sabbatum ſequens finitâ Nonâ & Miſsâ.* Item *in Feſtis S. Crucis*, & in Feſto Cruoris D. N. J. C. Brugis die 3. Maji. Inſuper *in Decollatione S. Joannis Baptiſtæ. In Natali Apoſtolorum Petri & Pauli, & in Feſtis aliorum Apoſtolorum*, etiam S. Barnabæ 11. Junii, & Evangeliſtarum. Vide tit. XI. n. 18. *Exceptis Feſto principali S. Joannis Evangeliſtæ poſt Nativitatem* Domini, *& Feſtis Converſionis S. Pauli &* utriuſque *Cathedræ S. Petri, & ejus Vinculorum*, de quibus ſupra n. 9.

18. Sed qualem colorem exigit Feſtum Diviſionis Apoſtolorum, quod multis in Eccleſiis celebratur 15. Julii? Directoria Diœceſum Antverpienſis, Buſcod., & Fœderati Belgii tribuunt Album; plurima alia Rubrum. Mallem Album adhibere, ut in Feſto *S. Petri ad Vincula*; quia nullum apparet, Rubrum adhibendi colorem, fundamentum.

19. Rubr. eod. n. 3. *In Feſto S. Joannis ante Portam Latinam; In Commemoratione S. Pauli Apoſtoli; In Feſtis* quoque *Martyrum* utitur Eccleſia Rubro colore, *excepto Feſto SS. Innocentium, quando non venerit in Dominica. Si autem in Dominica venerit*, vel in Eccleſia, in qua hi Martyres ſunt Titulares, aut Patroni Loci, in quo ſita eſt Eccleſia, tunc *utitur* colore *Rubeo*, quocumque die Feſtum illud occurrat. *In ejus verò die Octavâ* Eccleſia *ſemper utitur Rubeo* colore, *quocumque* ſimiliter *die* dies Octava *occurrat*.

20. Itàque Rubrica enumerat hoc loco Feſtum *SS. Innocentium*, non animo illud includendo inter ea, quæ debent colorem habere Rubeum, ſed potiùs illud Feſtum à colore Rubeo excludendo; dici-

tur

citur enim: *Excepto Festo SS. Innocentium*; & reſervatur pro colore Violaceo infrà n. 34.

21. Rubr. eod. n. 3. *In Festis ſanctarum Virginum Martyrum, & Martyrum non Virginum. Item per Octavas prædictorum Festorum* à n. 17. hunc uſque memoratorum, *quæ* Feſta *Octavas habent*, *quando* Miſſa *fit de Octava* (ob rationem ſuprà n. 15.) *& in Dominicis infra eas Octavas occurrentibus*, *eodem modo*, *ut dictum eſt ſuprà* n. 15. *de colore Albo*.

22. Rubr. eod. n. 3. *Item* color debet eſſe Ruber *in Miſſis Votivis ſupradictorum Feſtorum*, in quorum Miſſa n. 17. & 21. idem color Ruber præſcribitur, ut n. 16. in ſimili dictum eſt. *Et in Miſſa pro eligendo ſummo Pontifice*, Sede vacante, adhibetur color Ruber; quia dicitur Miſſa de Spiritu S. ut habet Miſſale inter Miſſas Votivas.

23. Aſt quidſi fiat Miſſa Votiva de *SS. Innocentibus MM.*? *Merati* p. 1. tit. 4. §. 6. n. 35. præſcribit colorem Rubeum. Sed ejus ratio non videtur ſubſiſtere, & eſt hæc: quòd Rubrica n. præc. abſolutè doceat: *Rubeo colore* Eccleſia *utitur in Miſſis Votivis* SUPRADICTORUM *Feſtorum*, *inter quæ numeratur etiam Feſtum SS. Innocentium*. Ità *Merati*, ſed minùs rectè, ùt videtur; nam Rubrica ſuprà n. 19. agit de Feſto *SS. Innocentium exceptivè* tantùm non *incluſivè*; proùt & Rubrica ſuprà n. 17. in fine agit de Feſto *S. Joannis* Evangeliſtæ principali, de Converſione *S. Pauli*, & de Cathedris *S. Petri*, &c., illa feſta excludendo à colore Rubro.

24. Unde alii præſcibunt colorem Violaceum, quia hic color adhibetur in eorum Feſto, & favet huic opinioni S. R. C. Decretum ſuprà n. 16. Hoc certum videtur, quòd, ſi dicatur Miſſa de *SS. Innocentibus* Votivà in diè Dominicâ pro re gravi, vel in Eccleſia, ubi SS. Martyres ſunt Titulares, aut Patroni Loci, tunc debeat adhiberi color Ruber ob

ratio-

cous in *Festo SS. Innocentium, quando non venerit in Dominica*; & adde: quando & ubi non ſunt Patroni primarii Loci vel Eccleſiæ. Vide n. 19. Item *in benedictione candelarum, in die Purificationis B. Mariæ*, id eſt, die 2. Febr., licèt differatur Officium ſuprà n. 8. & *in benedictione Cinerum, & Palmarum, & in ipſa Dominicâ in Palmis, & in eorundem, ac generaliter in omnibus Proceſſionibus*, quæ n. ſeq. non excipiuntur; proin & in Proceſſionibus pro lucrando Jubilæo, pro ſerenitate aëris, pro conſervandâ vitâ ſupremi Principis, &c. omnia paramenta Officiantis, & aſſiſtentium; proin & vexillum Crucis, & Stola Præfectorum Confraternitatum debent eſſe in colore Violaceo. Ad hoc pro caſûs occurrentiâ eſt bene reflectendum.

35. Rubr. eod. n. 8. *Exceptis tamen Proceſſionibus SS. Sacramenti, & quæ fiunt in diebus ſolemnibus, vel pro gratiarum actione*, in quibus omnia in colore ſint Albo, vel Rubro, ſi Solemnitas, ob quam fit Proceſſio, hunc colorem Rubrum exigat.

36. Rubr. eod. n. 5. *In Miſſa Votiva de Paſſione Domini* color debet eſſe Violaceus, ut Miſſa illa (ſic dicuntur) reſpondent Dominicæ de Paſſione, in qua participant de Titulo de Sacramento mortis Chriſti; non rectè igitur in aliquibus Directoriis præſcribitur pro his Miſſis Votivis color Rubeus.

37. Rubr. eod. n. 5. In Miſſis *Votivis pro quacunque neceſſitate, pro peccatis, ad tollendum ſchiſma, Contra Paganos, Tempore belli*, [illegible] *pro pace, pro vitanda mortalitate, pro iter agentibus, & pro infirmis* utitur Eccleſia colore Violaceo.

38. *Miſſa Votiva ad poſtulandam gratiam benè moriendi demandatur apponenda in Miſſali Romano post Miſſam* PRO REMISSIONE PECCATORUM, & in *Rubricis Generalibus in Tit. de* COLORIBUS PARAMENTORUM *ſub colore Violaceo* S. R. C. Decreto 2. Mar-

tii 1706., approbante *Clemente* XI. 27. Mart. 1706. Hæc Miſſa defectu notitiæ à paucis legitur.

39. Rubr. n. 6. Tempore *Innocentii* III. in uſu erat color niger iis diebus, quibus modò Eccleſia utitur Violaceo. Ità *Sarnellius* ſuprà n. 1.; nunc autem, introducto Violaceo, Eccleſia *Nigro colore utitur Feriâ VI. in Paraſceve* quòad paramenta Officiantis, Diaconi & Subdiaconi; prout & alterius Subdiaconi portantis Crucem Proceſſionalem, qui etiam debet eſſe in Nigris, ſed hic ſinè Manipulo.

40. Aſt quid de burſa, in qua ſervatur Corporale, & quam circa finem adorationis Crucis accipit Diaconus de Credentia? Plures, ab hac difficultate abſtrahentes, de ejus colore tacent. *Merati* p. 4. tit. 9. n. 3. vocat eam *Nigram*, prout & velum, quo Calix eſt in fine tegendus, dicit n. 73. eſſe *Nigrum*.

41. Alii, volentes velum illud *Nigrum* eſſe ſuperfluum, aſſerunt Calicem eodem velo *Albo* & pretioſo, quo in repòrtatione ad Altare tectus fuerat, iterum in fine eſſe tegendum, & ſuperponendam ei burſam *Albi* coloris, atque ità illum Calicem per Subdiaconum, vel alium ad Credentiam deferendum eſſe, aut ad Sacriſtiam. Ratio ipſorum eſt, quia eſt idem Calix, qui ſervit & in Cœna Domini, & in Paraſceve.

42. In hoc autem conveniunt omnes, quòd cuſſinus & velum, quibus ſupponenda eſt Crux, ut adoretur, debeant eſſe coloris *Albi*, & ex ſerico. Talе quoque debet eſſe baldachinum, & velum humerale, quo Officians ſuper Caſulam *Nigram* indutus eſt, portans in Proceſſione SS. Sacramentum. De colore veli, quo in *Cœna Domini* Crux Altaris ſub Miſſa, & in *Paraſceve* poſt Nonam tegenda eſt, vide in Append. ſeq. n. 4.

43. Rubr. eod. n. 6. *Et in omnibus Officiis, & Miſſis Defunctorum* adhibendus eſt color Niger. Interim

rim nota hoc Decretum: *Miſſæ Defunctorum non poſſunt celebrari, niſi cum colore Nigro, vel ſaltem, dum Niger non eſt ad manum, cum colore Violaceo* S. R. C. 12. Jun. 1670.

APPENDIX
AD TITULUM XVIII.

1. SAbbato in fine Miſſæ ante Dominicam Paſſionis dicit Miſſale: *Ante Veſperas cooperiuntur Cruces*, ſcilicet Altarium, prout & Crux Proceſſionalis, *& Imagines*, non tantùm *Salvatoris*, ùt ait *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 20. §. 3. ſed & *Icones Altarium*, *& omnes Imagines Sanctorum*, quæ ſunt in Eccleſia. Ità S. R. C. 4. Aug. 1663. Manent autem Cruces velatæ uſque ad Feriam VI. *Paraſceves*, licèt intereà occurrat Feſtum Titularis, vel Dedicationis Eccleſiæ. S. R. C. 16. Nov. 1649. Imagines verò à Cruce diſtinctæ manent velatæ uſque ad Litanias Sabbati S.

2. Prædictis autem locis non exprimitur, qualis debeat eſſe coloris velum, quo tegendæ ſunt Cruces & Imagines. *Carem Epiſ.* l. 2. c. 23. §. 10. ſolùm dicit: *Alter Subdiaconus accipit* poſt Miſſam in Cœna Domini *Crucem* Proceſſionalem *velatam velo Violaceo*.

3. Aſſerunt itàque Rituliſtæ paſſim, quòd vela iſta ex inſtitutione Cæremoniæ debeant eſſe Violacei coloris, in quibus nulla appareat figura vel imago, nè inſignia quidem Paſſionis: quia hic color ſubobſcurus ſignificat Chriſtum, qui ſe abſcondit, & occultè exivit de Templo, & eſt talis, qualem requirit tempus Paſſionis: atque hæc eſt praxis omnium Eccleſiarum.

4. Solùm eſt difficultas, an in Cœna Domini Crux ſum-

ſummi Altaris (quia Crux Proceſſionis, juxta omnes, & habet *Carem. Epiſ.* ſuprà, debet manere tecta velo Violaceo) in Miſſa tegenda ſit *Velo Albo*, & in *Paraſceve Nigro?* An verò velum Altaris debeat manere Violaceum donec in *Paraſceve* deponatur? Prius vult *Gavantus*; eò quòd Miſſa diei colorem in *Cœna Domini Album* exigat, & in Paraſceve *Nigrum*. Et hæc eſt praxis Capellæ Pontificiæ.

5. *Guyetus* autem, *Bralion*, & alii aſſerunt velum Crucis in Altari debere manere Violaceum uſque ad Paraſceven incluſivè; quia color illius veli non ſpectat ad Officium, vel ad colorem Miſſæ, ſed eſt independens ab iiſdem ob rationem datam n. 3. Et clarè conſtat, inquit *Merati* in Indice n. 302., ex Reſponſione S. R. C., quaſi negando ſuppoſitum, ad dubium tenoris ſequentis:

6. *Quo velo cooperienda ſit Crux in Altari ad functionem lotionis pedum in Feria V. majoris Hebdomadæ, & Crux Proceſſionis; cùm Sacerdos ſit indutus Violaceo, & Diaconus colore Albo; & actus ipſe lotionis, ſeu mandatum præcipiatur à Rubricis fieri cum floribus, & ſignis lætitiæ, & videatur participare de feſtivitate Miſſæ celebratæ in mane cum Cruce velatâ Albo colore, ex alia parte ſit actus humilitatis?* S. R. C. die 6. Nov. 1649. *reſpondit*: *COLOREM NON ESSE MUTANDUM.*

7. Cùm itàque Crux Altaris, juxta omnes, nemine excepto, debuerit manè in *Cœna Domini* ſub Officio uſque ad Nonam incluſivè tecta fuiſſe velo Violaceo, etiam manebit tecta eodem velo ſub Miſſa, & ſub lotione pedum, ac ſub Officio Paraſceves, quia veli color ad Officium non ſpectat, ſed ab eo eſt independens; & ideo juxta S. R. C. Decret. non eſt immutandus. Ad praxim Capellæ Pontificiæ ℞. *Merati* eam in variis per annum ritibus eſſe diverſam, qui ad imitationem proponi non poſſunt aliis Eccleſiis.

P 8. Ità-

8. Itàque S. R. C. non approbat id, quod in propoſitione ſibi factâ proponitur de colore Albò n. 6. circa finem, ùt vult *Spiridion Talù* in nota ad dictum Decretum, ſed potiùs improbat, reſolvendo ſimpliciter *Colorem* veli, quo tecta eſt Crux, *non, ſeu numquàm eſſe mutandum.*

9. Occaſione Rubricæ fol. 220. n. 27. *Violaceò colore utitur* Eccleſia *à prima Dominicâ Adventûs.... uſque ad Miſſam Vigiliæ Nativitatis*, inquirit Sacerdos, quo colore in Vigilia Nativitatis Domini indui debeat ille, qui ſolemniter manè cantaturus eſt Martyrologium, proùt & pulpitum, ſeu legile, ſuper quo Martyrologium eſt cantandum?

10. ℞. Nullibi Rubrica, aut ullum S. R. C. Decretum præſcribit legile, ſuper quo cantandum eſt in dicta Vigiliâ Martyrologium, eſſe velo aliquo tegendum, aut illius Cantorem ſacris eſſe veſtibus induendum; & ideo hæc cæremonia multis in Choris non obſervatur. Proin dicta Sacerdotis petitio eſt præter Rubricam: hinc videndum, quid ſit congruentius. *Merati* ſect. 6. c. 4. circa finem ait:

11. Quia agitur de Martyrologio cantando, in quo annuntiatur Feſtum ſummæ lætitiæ, nempe *Nativitatis D. N. J. C.* ſecundùm carnem, non videtur incongruum, ſi legile, ſuper quo cantandum eſt Martyrologium prædictum, tegatur panno Albi coloris, & ejuſdem Martyrologii Cantor induatur pariter veſtimentis ejuſdem coloris.

12. Neque obeſſe poterit, quòd Altaris Antipendium, & aliæ Sacerdotum veſtes ſint hâc die coloris Violacei; nam etiam in Sabbato S. ſuprà fol. 220. n. 28., quàmvis Celebrans & Subdiaconus induti ſint veſtibus Violacei coloris, & Altare pariter tectum ſit palliò Violaceo; Diaconus tamen Præconium Paſchale decantaturus, depoſitis Violaceis veſtimentis, induit Dalmaticam coloris Albi; & ſic etiam pulpitum,

pitum, ſuper quo cantatur præconium, velo tegitur *Albo*, non *Violaceo*.

13. Sicut ergò ad annuntiandum Feſtum Paſchale utitur Diaconus prædicto lætitiæ colore, quàmvis cæteri induti reperiantur colore Violaceo; ità congruum apparet, quòd cantaturus eam Martyrologii partem, in qua Nativitas Salvatoris noſtri annuntiatur, adhibeat indumenta coloris lætitiam indicantis, nempe Albi; non verò coloris Violacei, qui ſolet triſtitiam ſignificare. Et hic ritus, teſte *Merati* ſuprà, obſervatur in Eccleſia *Maceratenſi*.

14. Exteri Sacerdotes debent ſervare colorem Eccleſiæ, in qua celebrant. Ità varia S. R. C. Decreta; hinc notent hi, qui Paramentis in Sacriſtia exponendis præſunt, quòd in ſua Eccleſiâ diebus, quibus in eadem celebratur Officium Duplex aut æquivalens, non alterius poſſint Paramenta coloris extradere Sacerdotibus extraneis, niſì qui correſpondet Officio Eccleſiæ ſuæ, dum ſit de Duplici aut æquivalenti; debeantque alium petentibus colorem abſolutè denegare. Vide fol. 39. n. 12.

15. Si verò Sacriſtæ ſuâ in Eccleſia habeant Officium, quod compatitur Miſſas Votivas, & *de Requiem* privatas, exponere cuilibet Sacerdoti adventanti debent Caſulam cujuſcumque, quem petit, coloris, qui ſit conformis Miſſæ, quam Adventans intendit legere. Ità varia S. R. C. Decreta ab omnibus obſervanda, & nominatim illud de 11. Junii 1701. Vide fol. 195. n. 8.

16. Hæc autem, quoad mutandos in Altari colores, generalis ſit regula, ut mutatio fiat à primis Veſperis Feſti, vel Dominicæ; Proinde ſi ſint integræ Veſperæ de præſenti, color pro ſequentis diei Officio, ſi ſit mutandus, non mutetur, niſì poſt Completorium. Si verò ſint integræ Veſperæ de ſequenti, color, ſi pro ſequentis diei Officio ſit im-

mutandus, mutetur ante initium Veſperarum. Hoc idem etiam faciendum eſt, dum Veſperæ ſunt à Capitulo dumtaxat de ſequenti.

17. Si Officium & Miſſa quoad colorem diſcordent, ùt in Vigilia Pentecoſtes, color Altarium minorum ſit conformis Officio; veſtium autem Sacerdotalium color ſit Miſſæ conformis. In ſummo autem Altari fiat coloris Albi mutatio in Violaceum ſub Prophetiis & Litaniâ: in Miſſa autem Violaceus mutetur in Rubeum. Idem dicendum ſuo modo de mutatione coloris in Vigiliis & Quat. Temporibus, de quibus fol. 9. n. 5. & ſeqq.

TITULUS DECIMUS NONUS

DE QUALITATE PARAMENTORUM.

1. RUbr. n. 1. *In Officio Miſſæ Celebrans ſemper utitur Planetâ ſuper Albam.* Planeta autem cum Stola eſt habitus ad ſolam Miſſam ſpectans. De his p. I. II. tit. I. Reliqua autem omnia, quæ hoc titulo ordinat Rubrica, vel ad Miſſam ſolemnem, vel ad Officium Divinum Pontificaliter peragendum, vel ad Proceſſiones & Benedictiones ſpectant, in quibus juvenem Sacerdotem inſtruere non eſt hujus partis ſcopus. Hinc hiſce pro nunc ſuperſedetur. Quia tamen faciliter contingere poteſt, quòd Sacerdos ante Miſſam ſuam, in defectu Diaconi, ſolùs benedicere debeat Candelas, Cineres, aut Palmas, hinc Rubrica hoc tit. n. 4. exponitur.

2. Rubr. n. 4. *Cùm Celebrans utitur Pluviali, ſemper*, ſi habeat, *deponit*, ſi verò non habeat, numquàm aſſumit *Manipulum.* Idque verum eſt in omni caſu; nam nullibi, juxta Ritualiſtas, datur cum Pluviali Manipuli uſus. *Et, ubi Pluviale haberi non poteſt, in benedictionibus, quæ fiunt in Altari, Celebrans ſtat*

ſtat ſinè Planeta cum Amictu & *Albâ* cingulo de more ſuccinctâ, *&* ſolâ *Stolâ* in modum Crucis ante pectus pendente; & hæc ſit conformis colori, qui reſpondet Officio diei ſuprà fol. 218. n. 4., niſi alium Rubrica, vel Miſſale colorem notet, proùt pro benedictione Candelarum, etiam dum Officium & Miſſa exigit colorem Album, notatur color Violaceus ſuprà fol. 228. n. 34.

3. In his proin benedictionibus Sacerdos, ſive ſit cum Pluviali, ſive ad Albam habeat ſolam Stolam, non poteſt Manipulo eſſe indutus, etiam dum, deficiente Diacono, ipſe debet (ùt fit in benedictione Palmarum) legere vel cantare Evangelium, quod tunc ab ipſo (ùt ſtatuit S. R. C. 27. April. 1697.) legendum aut cantandum eſt in cornu Epiſtolæ.

4. Et ratio eſt: quia, deficiente Diacono, Rubrica Manipulum non præſcribit in benedictione cujuſcumque rei, quæ fit ad Altare, proùt & fit benedictio Palmarum, ſed ſolummodò requirit (præter Amictum) Albam, Cingulum, & Stolam, & Pluviale, dum commodè haberi poteſt. Sicut ergo Sacerdos, abſente Diacono, Pluviali indutus, ſecundùm omnes, ſinè Manipulo benedicere debet ramos Palmarum, & legere vel cantare Evangelium, dum illud legendum aut cantandum eſt, ità idem ſinè Manipulo faciendum eſt, dum Pluviali caret.

5. Notet autem Sacerdos, quòd, dum ipſe, deficiente Diacono & Subdiacono, in benedictione Palmarum ad cornu Epiſtolæ recitavit Epiſtolam cum Graduali, debeat in eodem Epiſtolæ cornu, & non in medio Altaris, profundè tamen versùs Crucem inclinatus dicere: *Munda cor meum*, & *Jube Domine*; quòdque, finito à ſe in cornu Epiſtolæ Evangelio, oſculari debeat Textum in initio. Notet inſuper, quòd omnes in omnibus benedictionibus Orationes, Præfationes, cæteraque alia, junctis ſemper, &

 num-

numquàm extenſis, legenda ſint manibus.

6. Notet denique Sacerdos, quòd, dum, in fine benedictionum, ter aſpergit, & incenſat Candelas, Cineres, aut ramos Palmarum, id facere debeat primò in medio, ſecundò à dextris, id eſt, à parte ſuæ ſiniſtræ oppoſitâ, ſeu à dextris rei benedictæ, & tertiò à ſiniſtris. Dum autem ter incenſat SS. Sacramentum, aut Crucem Altaris, notet, quòd hoc facere debeat in linea rectâ & non hinc & inde.

7. Miſſale Romanum in *Paraſceve* habet: *Sacerdos, depoſitâ Caſulâ...&... calceamentis, accedit ad adorandam Crucem... Hoc facto... accipit calceamenta, & Caſulam.* Et *Cærem. Epiſc.* etiam Editionis Romanæ 1752. habet l. 2. c. 25. §. 23. *Epiſcopus, depoſitâ* (in Editione Colonienſi 1712. in Octavo fol. 279. abuſivè additur Lii *Solâ*) *Planetâ... deponit calceos... poſtquàm... adoravit Crucem.. reaſſumit calceamenta, & Mitram.*

8. Ubi quidem nulla fit de depoſitione, vel reaſſumptione Manipuli mentio; ſed nec etiam aſſeritur, quòd retineri debeat. Quia tamen in Sacerdote nullus eſt ſinè Caſula Manipuli uſus, ſic dum Caſula præſcribitur ab ipſo deponenda, ſufficienter deponendus indicatur & Manipulus. Sic pariter Pontificale Romanum de Officio pro Defunctis dicens: *Prælatus... deponit Planetam... & accipit Pluviale*, per lii *Planetam* ſufficienter deponendum ordinat Manipulum. Sacrorum inſuper Rituum Congregatio, ob dubium ſibi propoſitum, Rubricam Miſſalis, & Cæremoniale Epiſcop. exponens declaravit:

9. *In adoratione Crucis Feriâ ſextâ in Paraſceve debent* non tantùm *Celebrans* (quàmvis de hoc ſolo loquatur Rubrica & *Cærem. Epiſ.* n. 7.) ſed *& Miniſtri* ejus, ſcilicet Diaconus & Subdiaconus, ſi adſint, præter Dalmaticas, vel Caſulas plicatas (quàmvis & ſimiliter de earum depoſitione in Rubrica &

Ca-

Cærem. Epiſc. n. 7. nulla fiat mentio) *deponere etiam Manipulum.* S. R. C. 15. Septembr. 1736. Hoc Decretum tamquàm authenticum refert *Spiridion Talù* n. 1002. *Merati* autem illud, ſed abſque ſolido fundamento, in dubium vocat in Indice n. 693.

10. Deponendum quoque eſſe in caſu Manipulum docet *P. Angelus Seraphinus de Florentia Ord. Min. Obſerv.* in libro de *SS. Ritibus* edito Florent. 1753. conformiter ad S. R. C. Decretum n. præc. Et hæc eſt etiam praxis in Capella Papali (ùt habet *Merati* p. 4. tit. 9. n. 31.) & in aliis Romæ Eccleſiis, ùt Romà 5. Octobr. 1754. ſcriptum eſt.

TITULUS VIGESIMUS
DE PRÆPARATIONE ALTARIS, ET ORNAMENTORUM EJUS.

1. CUm nullâ umquàm fuerit ſinè Sacrificio Religio, nec ullum ſinè Altari Sacrificium, neceſſe eſt, ut in Eccleſia à Religionis noſtræ exordio fuerit *Altare, in quo*, ait Rubrica hoc tit., *ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium*, quod omnium eſt maximum, ſic *celebrandum eſt*, ut nullus umquàm Pontifex auſus fuerit diſpenſare, quòd ſinè Altari celebraretur.

2. Hoc Altare, quàmvis antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus tam ligneum, teſte Cardinali *Bona*, quàm lapideum fuerit in uſu, proùt rerum, locorumque opportunitas ferebat; redditâ tamen Eccleſiæ pace, frequentiùs cœpit eſſe lapideum; imò ab anno ſeptimo decimo ſæculi ſexti per Concilium *Epaunenſe* (refertur can. *Altaria* de *Conſecrat.* diſt. 1.) in præcepto. Undè meritò præſcribit Rubrica,

3. *Altare* illud *debet eſſe lapideum* (hujus rationem myſticam refert *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 3. ad 5.) *& ab Epiſcopo*, vel ex commiſſione ſolius (ùt ali-

quando factum eſt) Pontificis à ſimplici Sacerdote Chriſmatis unctione *conſecratum*. Hinc infrà p. III. tit. X. n. 6. ponitur inter defectus per ſe ſub gravi vitandos : *Si Miſſa celebretur... in Altari non conſecrato*. Altaris conſecratio antiquiſſima eſt, & refertur ad ſtatum Legis naturæ Gen. 28., ubi *Jacob* Altare oleo perunxit : Vide *Wilhel. Smits* Ord. noſtri S. T. L. bis Jub. hoc loco fol. 349.

4. Rubr. *Vel ſaltem* in Altari debet eſſe *Ara*, ſeu tabula *lapidea*, *ſimiliter ab Epiſcopo*, ut n. præc. *conſecrata*, quæ Ara lapidea *in eo* Altari ex ligno vel aliâ ex materia confecto, debet eſſe ad majorem cautelam, *inſerta*, & *qua* Ara lapidea debet eſſe una & integra tabula; ac inſuper *tam ampla ſit* (longè pateat uncias 20., latè 16. *Gavant.* p. V. Verbo *Ara*) *ut Hoſtiam, & majorem partem Calicis capiat*.

5. Attendat igitur diligenter Sacerdos, qui in tali Arâ celebrabit (V. G. dum erigitur Altare in medio Eccleſiæ) ubinam ſint termini illius Aræ conſecratæ, nè contingat ſuper lignum vel Altaris-antipendium fieri Conſecrationem. Accipe Decreta circa hanc materiam ſequentia.

6. *Altare portatile ligneum cum Ara lapideâ permitti debet, non obſtante Conſtitutione Synodali; dummodò habeat ſolitum Reliquiarum repoſitorium juxta reformationem Rubricarum Miſſalis Romani cap.* 20. S. R. C. 10. Novembr. 1612. *In Eccleſiis permittuntur Altaria tantùm antiqua ſanctis Veteris Teſtamenti Prophetis dicata.* S. R. C. 3. Auguſti 1697.

7. *Habens indultum à Sede Apoſtolicâ erigendi Oratorium privatum in propria domo, ſi quis voluerit ibi ædificare Altare ligneum, non indiget facultate Apoſtolicâ, dummodò Altare ligneum cum ſacro Lapide parieti colligatum amovibile non ſit, & Altaris portatilis imaginem non præ ſe ferat.* S. R. C. 3. Decembris 1661.

8. Cancellos, qui circumſtant Altaria, Presbyteri tan-

tantùm & Clerici ingrediantur, neque ullo modo ſæculares, & quàm maximè fœminæ, præſertim dum divinum Miſſæ Sacrificium ibi celebratur, admitti debent; idque ſæpè Patres admonent, & Decreta Apoſtolica præſcribunt, ut liquet ex Concilio Romano tit. 18. cap. 4. ſub *Benedicto* XIII. 1725.

9. Rubr. *Hoc Altare*, ſive portatile ſit, ſive fixum, *operiatur tribus mappis ſeu tobaleis mundis* (unde infrà p. III. tit. X. n. 7. inter defectus recenſetur: Si quis celebret *in Altari.... tribus mappis non cooperto*) *ab Epiſcopo vel alio habente poteſtatem benedictis*. Harum mapparum infima poteſt eſſe ex canabe vel goſſipio, vulgò *Caton*; duæ verò ſuperiores ſint ex tela lineâ: ſi tamen in notabili neceſſitate mappæ benedictæ obtineri non poſſent, fas erit alia linteamina munda ſubſtituere.

10. Rubr. *Superiori* mappâ *ſaltem oblongâ*, *quæ* hinc & inde *uſque ad terram pertingat*, ut tegat ambos muros Altaris laterales (quod in Altaribus per modum tumbæ confectis videtur ſuperfluum) *duabus aliis brevioribus*, *vel* ſaltem *unâ duplicatâ*. Non ſufficiunt ergo, extra omnem neceſſitatem, duæ mappæ, ſed tres eſſe debent, & cum Corporali quatuor. Hinc can. *Si per negligentiam* diſt. 2. à. *S. Pio* fit mentio Sanguinis, qui uſque ad quartum linteum Altaris ſtillaverat.

11. Rubr. *Pallio quoque ornetur* Altare (ut murus ejus anterior tegatur) *coloris*, *quoad fieri poteſt*, *diei Feſto*, *vel Officio*, quod illâ die celebratur, *convenientis*; de hoc ſuprà tit. XVIII, & in Append. n. 14. & ſeqq. Dum autem Altare aliunde eſt ornatum auro, vel lapide pretioſo, aut perpulchrâ, ut vulgò nominatur, tumbâ, poterit in eo, licèt ſit pallio deſtitutum, inquit *Gavantus* lit. t, Miſſa celebrari.

12. Rubr. *Super Altare* ex vetuſtiſſimo uſu in Concilio *Turonenſi* A. 567., & ab Apoſtolica Traditio-

ne.

ne derivato, *collocetur Crux in* ipſius Altaris *medio*, cujus aſpectu (& hic eſt finis, notent hoc Sacriſtæ, ab Eccleſia intentus) Sacerdoti per totam Miſſam revocetur Paſſionis Chriſti memoria; At in neceſſitate poſſet celebrari, ſi Crux haberi non poſſet.

13. Quærit Sacerdos, an ſatis ſit nudam in Altari Crucem conſtituere; an verò Chriſti addenda ſit imago, ut utrumque ſimul à Celebrante videatur? Ut huic, & aliis, quas Juvenis noſter proponere poſſet circa Altaris Crucem, difficultatibus fiat ſatis, notet, quòd SS. D. *Benedictus* XIV. in ſuis Litteris Apoſtolicis de 16. Julii 1746. habeat ſequentia:

14. Primò; licèt Rubr. hoc loco ſolam commemoret Crucem, ipſa tamen, infrà p. I. II. tit. II. *De ingreſſu Sacerdotis ad Altare* n. 27., expreſſè imaginem Crucifixi in Cruce ſupponit: & *Cærem. Epiſ.* l. 1. c. 12. §. 11. Crucem unà & Crucifixum, vult ſub Miſſa poni in Altari; idque communi Eccleſiæ conſuetudini conſentaneum eſt. Et hanc ideò ſententiam, ait SS. D., ſinè imagine Crucifixi, quæ pendeat à Cruce, rem divinam fieri non poſſe, niſi neceſſitas intervenerit, probandam eſſe nemo ſapiens dubitabit.

15. Id confirmari poſſet vel eo, quòd velandam Eccleſia Crucem præſcribat à Dom. Paſſionis, ſupponens Cruci affixam eſſe Crucifixi imaginem, quæ veletur. Unde *S. Bonaventura* de Myſteriis Miſſæ, ait: *Ideo ſtatutum eſt à SS. Patribus, nè quiſquàm in aliquo loco Miſſam celebret, niſi ubi imago poſita ſit Crucifixi* ob oculos celebrantis.

16. Secundò: neceſſarium non eſſe Crucifixum à Cruce pendentem in Altari conſtitui, ſi Salvator Crucifixus in majori Tabula Altaris depictus, aut cælatus ità appareat, ùt primum teneat locum præ cæteris omnibus, quæ in eadem Tabulâ exprimuntur, & ideo ſit ob oculos Celebrantis. Ità *Paſqualigus*, *Quartus*, *Gribaldus*, *Merati*, & alii. Accedit S. R. C. Decretum illicò ponendum. 17. Ter-

17. Tertiò; non ſufficere, ſi Crux inconcinnè, ſeu indecenti modo, aut valde altè ſtatuatur ante Celebrantem, vel, ſi ſit tam tenuis & exigua, ut ipſius, & populi aſſiſtentis oculos quaſi non afficiat; neque parvam Crucem, quae Tabernaculo praefigitur, ſatis eſſe, ne Rubrica violetur. Haec omnia confirmantur ſeq. S. R. C. Decreto 16. Junii 1663.

18. *Crux parva* CUM IMAGINE *Crucifixi poſita ſuper Tabernaculum, in quo aſſervatur incluſum SS. Sacramentum in Altari, non eſt ſufficiens in Miſſa, ſed poni debet alia Crux* IN MEDIO CANDELABRORUM. *At in Altari, in quo eſt magna ſtatua SS. Crucifixi, non eſt neceſſe, ut ponatur alia Crux, dum celebratur Miſſa.*

19. Quartò S. R. C. declaravit 14. Maji 1707. *Super Altare, in quo* publicè *SS. Sacramentum expoſitum eſt, Crux de more collocari debet* CUM IMAGINE CRUCIFIXI *appoſitâ.* In hoc Decreto, ait SS. Dominus, ſuffragia fuère diſcrepantia; cautumque deinde fuit, nè ipſa ſententia in lucem ederetur.

20. Inſtructiò quoque pro Oratione 40. Horarum *Clementis* XI. juſſu 1705. edita, & à *Benedicto* XIII. & *Clemente* XII. deinde renovota, ſub ſilentiò praeterit, an, praeſente SS. Sacramento, Crux in Altari ſub Miſſa ſit collocanda.

21. Itaque res iterum fuit ſub initio Pontificatûs SS. D. *Benedicti* XIV. deducta ad examen in S. R. C., quae, poſtquàm omnia diligenter, accuratèque perpendit, tandem 2. Sept. 1741. decrevit, ut quaelibet Eccleſia morem & inſtitutum, prout anteà ſervaverat, impoſterùm quoque retineret.

22. *Cruces Altarium, ſeu Proceſſionum non ſunt benedicendae de praecepto. Poteſt tamen ſimplex Sacerdos eas benedicere privatim, & non ſolemniter.* S. R. C. 12. Junii 1704. Conformiter ad hoc Decretum loquuntur Ritualiſtae de SS. Imaginibus, quae in Templis collocantur. Vide p. I. H. tit. II. n. 4.

23. Rubr.

23. Rubr. *Et Candelabra ſaltem duo*, quæ juxta *Innocentium* III. Chriſtianum & Judaicum populum ſignificant, *cum candelis* ab initio Miſſæ *accenſis*, non merè ad depellendas (ùt vult *Vertus*) tenebras, ſed vel maximè (dum celebratur pleno die, & in Templis perlucidis, ùt fit modò) in typum & reverentiam tanto debitam Sacramento, *hinc & inde in utroque ejùs*, ſcilicet Crucis, *latere* poſita.

24. Vident ergo Sacriſtæ locum, in quo Crux Altaris, vi hujus Rubricæ, ſit collocanda, ſcilicet intra duo candelabra tempore Miſſæ ardentia (niſi Crux aliundè præ cæteris omnibus primum ſuper Tabulam Altaris depicta aut cælata habeat locum ſuprà n. 16.) quod & clarè iteratò dicitur in verbis Rubricæ ſequentibus n. 27.

25. Lumina ex cera (perinde an ex alba, an ex communi; ſed, celebrante Epiſcopo, & expoſito patenter Venerabili, debent, juxta *Cærem. Epiſ.*, eſſe ex alba) vel urgente neceſſitate ex oleo aut ſevo, ſic neceſſaria ſunt, ut ſinè omni lumine Miſſam celebrare non liceret, quàmvis alioquin vel populus die Dominicâ aut Feſto Miſsâ deberet carere, aut moribundus ſinè Viatico diſcedere. Ità graves Doctores, quos referunt & ſequuntur *Quartus & Merati*.

26. Debet autem utrumque lumen eſſe accenſum ab initio uſque ad finem Miſſæ; undè, antequàm eſt accenſum, non poteſt ſinè veniali incipi Miſſa, dicendo Confeſſionem, &c., vel, omni lumine extincto, legi ultimum *S. Joannis*, aut aliud Evangelium, ad quod reflectere debent miniſter, & Sacerdos.

27. Suppone autem caſum, ait Sacerdos, in quo propter exceſſivum ventum, & fracta Eccleſiæ vitra impoſſibile ſit candelas manere accenſas, & non ſint ad manum lucernæ, in quibus conſervari poſſet candelarum lumen; an ideirco populus die Dominicâ carebit Miſſâ, aut moribundus Viatico? ℟., ſalvo meliori,

meliori, in caſu ſufficere, ſi candelæ ardeant in aliquo circa Altare angulo, in quo non poſſent per ventum extingui. Quid ſit faciendum, quando utrumque, inchoato Miſſæ Sacrificio, lumen irreparabiliter extinguitur, dicetur p. III. tit. X. §. 1. n. 8.

28. Rubr. *Ad Crucis pedem* (notet Sacriſta, ubi collocandus ſit Crucis pes; & meliùs foret pro obſervanda Rubricâ ornatum omittere, quàm ob ornatum contra Rubricas agere) *ponatur tabella Secretarum appellata.* Hæc Rubrica quoad tabellam ponendam (cujus abſentia non exprimitur inter defectus in miniſterio Miſſæ occurrentes) deſervit ad majorem Celebrantis commoditatem, præſertim ſub Canone ad Conſecrationem; ſicut & de facto ad cornu Epiſtolæ ponitur tabella pro legendo Pſalmo *Lavabo*, & in cornu Evangelii pro legendo *S. Joannis* Evangelio. De his duabus tabellis nihil habet Rubrica, ſed uſus & commoditas introduxit illas.

29. Rubr. *In cornu Epiſtolæ cuſſinus* coloris Officio, dum commodè poteſt, convenientis, *ſupponendus Miſſali.* Hæc Rubrica, quatenus *Cuſſinus* ſumitur genericè pro ſuſtentaculo quocumque Miſſalis, eſt, quantùm fieri poteſt, obſervanda pro Celebrantis commoditate, & pro decentiâ Sacrificii; non autem quatenus ſumitur ſpecificè pro *cuſſino* propriè: hinc ejus loco ponitur promiſcuè hoc tempore lectionarium, ſeu pulpitum ligneum, vel æneum, vel alterius pretioſioris metalli.

30. Rubr. *Et ab eadem parte Epiſtolæ paretur cereus ad elevationem Sacramenti*, ſeu dum inchoatur Canon, *accendendus*, & poſt digitorum Sacerdotis ablutionem à miniſtro extinguendus. Hæc Rubrica, velut merè directiva, non videtur conſilii limites excedere, & in plerifque Altaribus non obſervatur.

31. Rubr. *Parva* quoque *campanula* præparetur, proût & duæ *ampullæ vitreæ vini & aquæ.* Rubrica re-

requirens ampullas vitreas, ponit ſpeciem pro genere: ſufficit enim, ad licitè celebrandum, quòd habeantur quæcumque vaſcula ex qualibet materiâ, quibus vinum & aqua in Sacrificio debitè ac honeſtè miniſtrari poſſunt. Vaſcula tamen ſeu ampullæ vitreæ ſunt optimæ, tùm quia per ſe ſunt puriſſimæ, tùm quòd ſic clariſſimè tam Celebrans, quàm miniſter diſtinguere poſſunt vinum inter & aquam.

32. Poſſunt itàque ampullæ eſſe etiam ex auro, argento, ſtanno, aut aliâ materiâ (non tamen ex ære ob dicenda p. I. II. tit. I. n. 12.) ſed ità aptentur, ut vini ampulla ſenſibiliter diſtinguatur ab aquæ ampullâ; &, dum utraque eſt ex ſtanno, mundæ ſerventur, ad quod requirunt Rituâliſtæ, ut, dum quotidie ſæpius adhibentur, ſingulis ad minùs quindenis ad purgandum dentur. Ad hoc reflectere debent, qui Sacriſtiis, & illis vaſculis præſunt.

33. Rubr. *Cum pelvicula & manutergio mundo.*, quæ poni debent *in feneſtella, ſeu in parva mensâ ad hac præparatâ.* Praxis hodierna eſt, ut manutergium ad cornu Altaris versùs Epiſtolam acu affixum pendeat. Hæc praxis in Miſſis privatis tolerari poteſt: in Miſſa autem Conventuali Rubrica eſt ſervanda. Notetur interim exactè ſequens Rubrica:

34. *Super Altare*, tempore Miſſæ, *nihil OMNINO ponatur, quod ad Miſſæ Sacrificium, vel* ad *ipſius Altaris ornatum non pertineat.* Cùm verò Rubrica dicat: *Nihil omnino ponatur*, ſequitur, quòd nec Celebrantis biretum, nec Almutia, nec ſudariolum ad emungendas nares (quod potiùs ſub Planeta ad cingulum pendendum eſt) in Altari poni valeant. Ità *Gavantus.* Vide infrà p. I. II. tit. II. n. 2.

Partem ſecundam in duas ſubdiviſi, ſcil. in I. II., ſeu in primam ſecundæ, in qua de Miſſa agitur privatâ; & in II. II., ſeu in ſecundam ſecundæ, in qua de Miſſa ſolemni; de quo in Introductione practicâ.

PARS

PARS PRIMA

SECUNDÆ

RITUS CELEBRANDI

MISSAM PRIVATAM

TITULUS PRIMUS

De Præparatione Sacerdotis ad Missam.

1. RUbr. n. 1. *Sacerdos* juxta nomen ſuum, ait *Gavantus* hoc loco, ſic dictus eſt, quaſi *Sacra Dos*; item *Sacer Dux*, & *Sacra Docens*, ac *Sacra Dans*; nam oportet Sacerdotem priùs in ſe eminenter ſanctum eſſe, ſeu notabiliter ſanctitate *dotatum*; deinde alios ipſe debet ad ſanctitatem *ducere* exemplo, tum eos eamdem *docere* verbo: ac ſic denique ipſam ſanctitatem, ſeu *Sacra* aliis *dare*, ut & ipſi ſimiliter plenè ſancti fiant. Hic eſt ſcopus primarius Sacerdotis in voce *Sacerdos* Etymologicè incluſus.

2. Rubr. eod. n. 1. *Celebraturus Miſſam*. Hæc dicitur à *Mittendo*, ait *S. Bonaventura* in Expoſit. Miſſæ c. 2.; nam *Miſſa* perfectam, ait, repræſentat *legationem inter homines & Deum*; *Deus* Pater *enim mittit Filium ſuum Chriſtum* de cœlo *in Altari*; *& iterum* Celebrans nomine Eccleſiæ *mittit eumd. Chriſtum* in cœlum ad Patrem, ut *pro nobis peccatoribus intercedat.*

3. Rubr.

3. Rubr. eod. n. 1. *Præviâ Confeſſione Sacramentali* (quæ non eſt facienda cum ſacris Miſſæ veſtibus, nominatim Stolâ & Caſulâ, quæ ſunt innocentiæ & charitatis ornamenta) *quando opus eſt*. Vidê Trid. ſeſſ 13. cap. 7. *Communicare volenti, &c.* Item debet eſſe naturaliter jejunus. De his ad longum p. III. tit. VIII. & IX.

4. Rubr. eod n. 1. *Et ſaltem Matutino cum Laudibus abſolutò.* Hoc idem p. I. tit. XV. n. 1. habetur; idemque pro tertia vice præſcribit Rubrica p. III. tit. X. n. 1. Hinc meritò inquirit Sacerdos, qualiter hæc Rubrica ter repetita Celebraturum liget?

5. ℞. cum verbis SS. D. *Benedicti* XIV. de Sacrif. Miſſæ l. 3. c. 13. n. 4. Si ſermo ſit de Miſſa Conventuali, videtur peccatum eſſe mortale Miſſam ante Matutinum & Laudes celebrare; id enim eſt contra generalem Eccleſiæ conſuetudinem: in Miſſis verò privatis, ſi qua ſit legitima cauſa; puta, ſi Princeps aut Prælatus Miſſam expeteret, ſi gravibus & neceſſariis charitatis Officiis, puta adminiſtratione Sacramentorum, aut Concione addiſcendâ Celebraturus ſit impeditus, &c. &c., videri poteſt à peccato, etiam veniali, immunis.

6. Si verò abſit cauſa, perdifficile videtur, nè veniali quidem peccato non eſſe locum, ùt obſervat *Merati* p. III. tit. X. n. 7. Quòd ſi quis, nullâ cauſâ urgente, perpetuò (ſeu promiſcuè) id faceret, ut videretur quaſi ſtatuiſſe animo numquàm (aut vix umquàm) celebrare dicto Matutino & Laudibus, concludi poſſet hujuſmodi Sacerdotem peccare mortaliter. *Ità SS. Dominus.*

7. Rubr. eod. n. 1. *Orationi aliquantulùm* pro ſua devotione *vacet, & Orationes inferiùs*, id eſt, in Miſſali Romano, *poſitas*, vel alias ſimiles in piis libris contentas, aut in Sacriſtiis ordinariè affixas, *pro temporis opportunitate dicat*, ut cor ſuum à creaturis omnibus

nibus planè avertens, illud ad ſolum Creatorem convertat, & ſic totâ mentis intentione verſetur in viva Paſſionis Chriſti memoriâ.

8. Rubr. eod. n. 1. *Deinde*, formatâ inter orandum intentione requiſitâ, de qua p. III. tit. VII., & fructu Sacrificii tam generali, quàm ſpeciali ſeu fructu medio debitè applicato, *accedit ad locum in Sacriſtia, vel alibi* (non tamen in Altari, nisì ubi aliter fieri non poteſt. Vide tit. ſeq. n. 27.) *præparatum, ubi paramenta, aliaque ad celebrationem neceſſaria habentur* parata, ut iiſdem ſe induat.

9. Rubr. eod. n. 1. *Accipit Miſſale* juſſu *S. Pii V.* editum (in itinere tamen, dum non poteſt aliud, nisì Dominicanum, Carmelitanum, &c., haberi, poſſet ex eo Miſſam dicere, ſed more Romano) *perquirit* in eo *Miſſam*, eamdem *perlegit*, quod eo fine præſcribit Rubrica, ait *Gavantus*, ut, ſi mutari debeat Oratio commemorationis, quæ ſit eadem cum Oratione Feſti (de quo fol. 83. n. 60.) vel ſi quid aliud notare oporteat, opportunè ſit proviſum, *&* *ſignacula ordinat ad ea, quæ dicturus eſt*. Vide tit. ſeq. n. 5.; & p. III. tit. X. dicetur, quòd abſentia Miſſalis ſit defectus ex genere ſuo mortalis.

10. Rubr. eod. n. 1. *Poſteà lavat* in tanti reverentiam Sacramenti *manus* ſuas, *dicens Orationem inferiùs poſitam*, & eſt hæc; *Da, Domine, virtutem manibus meis ad abſtergendam omnem maculam: ut ſinè pollutione mentis & corporis valeam tibi ſervire.*

11. Rubr. eod. n. 1. *Deinde præparat Calicem (qui debet eſſe vel aureus, vel argenteus, aut ſaltem habere cuppam argenteam intùs inauratam*. Rubrica de Defect. Miſſæ infrà p. III. tit. X. §. 1. n. 20. non loquitur de inauratione cuppæ argenteæ, nì fortè præſumatur hoc ibidem jam ſupponi juxta diſpoſitionem præſentis Rubricæ. En verba Rubricæ:

12. *Cujus* Calicis *cuppa debet eſſe aurea, vel argen-*

rea, *vel*, ob paupertatem, aut tempore belli in *Pagis*, *ſtannea*; *non area*, quia æs vini virtute æruginem parit, pariterque vomitum provocat; *Vel* cuppa nequit etiam eſſe *vitrea*, quia vitrum fragile eſt, & ſic poſſet fractionis periculum, quod omninò eſt evitandum, imminere.

13. Multò minùs Calix aut cuppa poteſt eſſe de ligno; id namque graviſſimè inhibuit *Honorius* III. c. *Litteras* de *Celebr. Miſſar.*, cujus ratio eſt, quòd lignum poroſum ſit; ac proin Sanguis conſecratus in eo remaneret. *Et ideo propter reverentiam. Sacramenti ſtatutum eſt, ut ex prædictis* n. 11. & 12. *materiis Calix fiat. S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 3. ad 6.

14. De Calicibus ligneis celebris vox illa eſt *S. Boniſacii* Mart. in Concilio *Tiburienſi* ſæculo XI. ſub *Formoſo* Papâ c. 18. *Vaſa*, *in quibus ſacra conficiuntur Myſteria*, *Calices ſunt*, *& Patena*, *de quibus Boniſacius Martyr & Epiſc. interrogatus*; *ſi liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere*, *reſpondit*: *Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur*; *nunc è contrà lignei Sacerdotes aureis utuntur Calicibus.*

15. Quia autem dictum Concilium ſtatuit, nè quis deinceps ſacra Myſteria in ligneis vaſculis conficere præſumat; quia quoque Canones in Anglia ſub *Edgaro* Rege c. 41. vetant, nè omninò in Calice ligneo fiat Conſecratio; hinc Cardinalis *Bona* fateri cogitur, ſaltem in aliqua Eccleſiâ, vel propter Sacerdotum incuriam, vel alio ex capite invaluiſſe uſum Calicum ligneorum. *Merati* hoc loco n. 4.

16. Rubr. eod. n. 1. *Et iſte Calix ſimul cum Patena itidem inaurata debet eſſe ab Epiſcopo*, ob interventionem Chriſmatis, *conſecratus*) Et quidem ità, ut cum Calice aut Patenâ non conſecratis celebrare, per ſe ſit grave peccatum. *Innocentius* III. cap. unico de *S. Unctione*. Reliqua verò, quæ ſinè S. Unctionis interventione poſſunt eſſe conſecrata, etiam Sacerdos,

vel de mandato Epiſcopi, vel ex delegatione S. R. C., ut variæ ſunt Authorum ſententiæ, poteſt benedicere. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 1. c. 4. n. 2.

17. Rubr. eod. n. 1. *Super ejus* Calicis *os* Sacerdos *ponit Purificatorium mundum*; quod in hyeme, dum plura cum eodem leguntur Sacra, quaſi quotidie eſt exſiccandum. De Purificatorio nulla habetur apud Veteres mentio; diu tamen adhiberi cœptum eſt, ut Sacrificium peragatur decentiùs. Cùm autem proximè inſerviat Sanguini D. N. J. C. (cujus particulas quandoque contingit eidem adhærere) benedici quàm maximè decet. Vide n. 25. Poſt *Suarez* autem obſervavit *Macrius*, illud non benedici. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 1. c. 5. n. 5.

18. Rubr. eod. n. 1. *Et ſuper illud* Purificatorium, ut moderniùs habet uſus, ponit Sacerdos cochlear (aliqui volunt illud ponendum infra Purificatorium) ac deſuper *Patenam* (quæ Calicis eſt velut operculum) *cum Hoſtia* majoris formæ quæ habeat in diametro tres circiter pollices, *integrâ*, ſeu cui nihil deëſt, *quam* Hoſtiam *leviter extergit*, *ſi opus eſt*, *à fragmentis*. Vide tit. X. n. 23.

Debet Hoſtia ſic poni ſuper Patena, ut pedes Crucifixi in Hoſtia impreſſi reſpiciant illam Calicis partem, quæ velo tegitur, & caput ſit versùs pectus Celebrantis, dum Calicem portat: vide n. 22. An, ſi non adſit niſi parva Hoſtia, poſſit cum ea celebrari, Vide p. III. tit. III. n. 22.

19. Rubr. eod. n. 1. *Et eam* Patenam (vide tit. X. n. 40.) *tegit* Sacerdos *parvâ Pallâ*, quæ proinde vi hujus Rubricæ modò eſt à Corporali diſtincta infrà n. 21.; dicta tamen Palla debet unà cum Corporali ex eadem confecta eſſe materiâ, nempe ex tela *linea* (ait Rubrica) candidâ, ſubtili, & firmâ: intima autem, ſeu interior Pallæ pars poteſt eſſe ex alia materiâ ſolidâ, ſcilicet cartaceâ aut ligneâ, mo-

 dò

dò veſtita ſit telâ lineâ ſimplici, non tantùm quoad partem inferiorem, quâ tegitur Calix, ſed & quoad partem ſuperiorem, quæ proinde non poteſt eſſe ſerica, aut auro vel argento texta; nam *In Sacrificio Miſſæ non eſt adhibenda Palla, nè quidem à parte ſuperiori, drappo ſerico coöperta.* S. R. C. 22. Jan. 1701. Hoc notent hi, qui diſtribuendis Pallis præſunt; variæ enim pallæ hinc inde auro, argento, ſerico colorato, &c., reperiuntur in ſuperiori parte textæ, quod eſſet emendandum, utpote vi hujus Decreti prohibitum.

20. Rubr. eod. n. 1. *Tum* ſuper Pallam Calix tegitur *velo ſerico*. Velum illud olim lineum fuiſſe oportet, ait SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà n. 7.; præſcriptum enim comperimus, ut lavetur: nunc verò ſericum eſſe debet, ùt ordinat Rubrica, quod & obſervant *Gavantus*, *Merati*, & alii. Adeoque abolere oportet ea vela, quæ ſunt ex groſſiori & laneâ materiâ confecta, inquit Cærem. Prov. noſtræ fol. 5. n. 5., & ſequitur clarè ex Rubrica.

21. Rubr. eod. n. 1. *Super velo.* Sacerdos *ponit burſam* (quæ & peta dicitur) *coloris Paramentorum*, fol. 224. n. 40.) *intùs habentem Corporale plicatum.* Et hic eſt unicus illius burſæ finis, ut ſic decentiùs & cautiùs Corporale ad Altare deferatur.

22. Debet Sacerdos ſic burſam ponere ſuper velum, ut partem burſæ apertam faciat reſpicere pectus ſuum, dum Calicem portat, & ſic commodiùs erit in Altari. Vide n. 18. *S. Pius V.* (ait *Gavantus*) diſpenſavit cum Hiſpanis, ut extra burſam Corporale portare queant; proin id alibi non licet.

23. Antiquitùs Corporalia erant majora, quàm modò; ea enim tunc totam Aram tegebant, & à parte poſteriori ſuper Calicem elevabantur, eumque coöperiebant: nec tunc alia à Corporali diſtincta adhibebatur Palla. Tali Corporali adhuc utuntur PP.

Car-

Carthuſiani antiquis ritibus addictiſſimi, & Eccleſia Lugdunenſis in Gallia, ut refert D. *Du Maleon* apud *Merati* hoc loco n. XI.

24. Rubr. eod. n. 1. *Quod* Corporale *ex lino tantùm* n. 19., & non ex alia materiâ, *eſſe debet*, quia Syndonem ſignificat, quâ Corpus Chriſti fuit involutum; *nec ſerica vel auro in medio*, aut circumferentiâ *intextum*, vel in angulis; *ſed TOTUM album, & ab Epiſcopo, vel alio habente facultatem ſimul cum Palla benedictum*; quia Palla eſt unum quid, & velut pars Corporalis, nec ejus datur diſtincta à Corporali benedictio.

25. *Pyxis, Oſtenſorium, & Corporalia, quæ IMMEDIATE inſerviunt SS. Sacramento, debent benedici juxta formam, quæ habetur in Miſſali, propriam.* S. R. C. 16. Novembris 1649. Et fundatur in doctrina *S. Thomæ* p. 3. q. 82. a. 3. in Corp. *In reverentiam hujus Sacramenti à nullâ re* ipſum per ſe *contingitur, niſi conſecratâ*. Vide. tit. ſeq. n. 28.

26. Rubr. n. 2. *Quibus ità diſpoſitis*, Sacerdos *accedit ad Paramenta, quæ non debent eſſe lacera aut ſciſſa, ſed*, ut ſuam etiam conſervent benedictionem, *integra, & inſuper decenter munda* (ad quod reflectant Sacriſtæ) *ac pulchra, & ab Epiſcopo itidem, vel ab alio facultatem* legitimam *habente benedicta*.

27. Rubr. eod. n. 2. Ubi *calceatus pedibus* ad exteriorem honeſtatem & decentiam, *& indutus veſtibus ſibi convenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis* (hinc veſtis Clericorum talaris dicitur, & vocatur *Caracalla*) *attingat*, niſi in itinere Sacerdos ſit conſtitutus, aut in Pagis habitet, ubi habitus exterior permittitur parum brevior.

28. Rubr. eod. n. 2. *Induit ſe, ſi ſit Prælatus Sæcularis* (& quibus id de jure competit) *ſupra Rochetum; ſi ſit Prælatus Regularis, vel alius Sacerdos Sæcularis, non habens jus ad* Rochetum, *ſupra ſuperpelliceum,*

liceum, ſi commodè haberi poſſit; alioquin ſinè eo ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula ſingulas Orationes inferiùs initio Miſſalis *poſitas*, quæ ſinè cauſa, dum iis in ordine ad Miſſam induitur, non ſunt omittendæ.

29. Rubr. n. 3. *Ac primùm* Sacerdos *accipiens Amictum*, qui in vetuſtis libris *Anaboladium*, ab aliis *Humerale*, dictus, & ab *Amicire* ſeu operire deductus, ſæculo VIII. ad collum tegendum inductus eſt; Eccleſiaſtici etenim & laici ad eam uſque ætatem nudum collum habuerant, quod indecorum poſteà viſum eſt. Olim Amictus aſſumebatur poſt Albam, quod adhuc fit in Eccleſia Lugdunenſi, & Mediolanenſi ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 1. c. 7. n. 5.

30. Rubr. eod. n. 3. Accipiens itàque Amictum *circa extremitates, & cordulas, oſculatur illud* (fortè meliùs *illum*, utique Amictum; niſi ad illi *Illud* ſubintelligas *Velamen*) *in medio, ubi eſt* (id eſt, ubi debet eſſe) *Crux* acu, vel alio inſtrumento picta. In hac Cruce in Amictu pingendâ in nonnullis Sacriſtiis defectus reperitur emendandus.

31. Rubr. eod. n. 3. *Et*, abſque eo quòd formet ſibi cum Amictu ſignum Crucis (quia Rubrica id non præſcribit; convenit tamen illud prævié ſolâ manu facere, antequàm eum recipiat) *ponit* Amictum primò *ſuper caput* ſuum *& mox* (ſi caput non ſit tectum caputio) *declinat* eum *ad collum*.

32. Rubr. eod. n. 3. *Et eo* Amictu *veſtium collaria* (quæ proinde ante Miſſam deponi non poſſunt) *circumtegens, ducit chordulas ſub brachiis, & circumducens* eas *per dorſum; ante pectus reducit, & ibidem* eas (quod ob varias inconvenientias omitti non poteſt) *ligat*, interim dicens:

33. *Impone, Domine, capiti meo* (menti meæ) *galeam* (2. Theſ. 5. ſpem) *ſalutis ad expugnandos diabolicos incurſus*, qui ſunt præſenti, quo ſum modò functurus, Officio maximè noxii, ut ſunt irreveren-

tia,

tia, diſtractio, ſcrupuloſitas, vana gloria, &c.

34. Rubr. eod. n. 3. *Tum Albâ* (quæ debet eſſe linea, & albi coloris, ac ad pedes uſque demiſſa infrà n. 37.) Sacerdos *induitur*, eidem *caput* ſuum *ſubmittens*; *deinde* primò *manicam dextram brachio dextro*, & depoſt *ſiniſtram ſiniſtro imponens*.

35. Rubr. eod. n. 3. Tunc *Albam ipſam corpori ſuo adaptat*, eamdem *elevat antè*, & *à lateribus hinc inde*, interim dicens: *Dealba me, Domine, & munda cor meum, ut, in Sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis.* Juxta hiſtoriam D. *Fleurii* l. 20. c. 23. *Eccleſ. Hiſt.* primò Albæ in uſum Altaris mentio fit in fine ſæculi IV. in Synodo *Carthaginenſi*.

36. Rubr. eod. n. 3. *Et Cingulo* (quod congruentiùs eſt lineum, quàm ſericum S. R. C. 22. Jan. 1701. ; poteſt tamen eſſe coloris Paramentorum S. R. C. 8. Jun. 1709.) *per miniſtrum à tergo ſibi* (Sacerdoti) *porrecto*, ipſe *ſe*, non circa partem ſuperiorem pectoris, quod quidam perperam faciunt, ait SS. D. *Benedictus* XIV. c. 7. n. 8., ſed circa renes cingit, interim dicens: *Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, ut maneat in me virtus continentiæ & Caſtitatis.*

37. Rubr. eod. n. 3. *Miniſter elevat Albam ſuper cingulum circumcircà, ut honeſtè dependeat, & tegat* totaliter *veſtes; & ejus* Albæ *fimbrias* miniſter *diligenter aptat, ut ad latitudinem digiti* (N. B.) vel *circiter ſuper terram æqualiter fluat*. Dixi N. B. ; quia ſæpe peccatur, ſuccingendo nimiùm Albam, ità, ut, dum Celebrans ſub Conſecratione incumbit Altari, vel illud oſculatur, medietas tibiarum ejus cum ſcandalo aſſiſtentium videatur. Inculcetur igitur miniſtris, ut Alba *ad* LATITUDINEM DIGITI, VEL CIRCITER *ſuper terram æqualiter fluat.*

38. Rubr. eod. n. 3. *Sacerdos accipit Manipulum.* Hic loco mappæ, ſeu ſudarii olim erat pro neceſſi-

tate,

tate; at ſæculo VIII. ſucceſſit in Eccleſia re & nomine pro ſacra veſte: id clarè convincit *Merati* n. 25. Nunc Sacerdotes Manipulum ſumunt ante Stolam; olim verò poſt *Confiteor* (ùt faciunt adhuc Epiſcopi) quia Planeta tunc ſuper brachia plicabatur. tit. III. n. 35.

39. Rubr. eod. n. 3. Sacerdos *oſculatur* Manipuli *Crucem*, quam habere debet *in medio*, *&* poſt oſculum *imponit* illum *brachio* ſuo *ſiniſtro*, ut dextrum eò liberiùs ſit ad miniſterium, interim dicens: *Merear, Domine, portare Manipulum fletûs & doloris, ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.*

40. Sic autem Manipulus ſiniſtræ eſt applicandus, ut non ſit Sacerdoti ſuis in functionibus impedimento, ac poſt Conſecrationem nullum ſit periculum tangendi, aut extrudendi S. Hoſtiam extra Corporale; proinde vel debet poni ſupra cubitum; ùt *Lohner* apud *Merati*; vel, ſi infrà, firmari debet Manipulus aſſiculis, aut alio inſtrumento, vel aliter provideri, nè fortè decidat.

41. Rubr. eod. n. 3. *Deinde ambabus manibus accipiens Stolam.* Hujus in Eccleſia uſus eſt antiquiſſimus, cujus documenta annis 1300. antiquiora adferri poſſunt; ait SS. D. *Benedictus* XIV. c. 8. n. 8. Eam ſemper & ubique Epiſcopi (at Presbyteri, ac Diaconi primo tantùm Ordinationis ſuæ anno) olim geſtabant, quemadmodùm nunc ſolus Stolam ſemper & ubique geſtat & retinet Romanus Pontifex.

42. Rubr. eod. n. 3. Sacerdos *ſimili modo deoſculatur* Stolæ Crucem, *&* *imponit medium ejus* Stolæ, ubi Crux eſt, *collo* ſuo, *ac tranſverſando eam ante pectus* ſuum *in modum Crucis*, priùs *ducit partem à ſiniſtro humero pendentem ad dexterum*, *&* deinde *partem* Stolæ *à dextro humero pendentem ducit ad ſiniſtram*; atque ita pars Stolæ dextra ponitur ſuper ſiniſtram per modum Crucis in pectore Celebrantis.

43. Rubr.

43. Rubr. eod. n. 3. *Sicque utramque partem Stolæ extremitatibus Cinguli hinc inde ipſi Cingulo conjungit*; perinterim dicens: *Redde mihi, Domine, Stolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum ſacrum Myſterium, merear tamen gaudium ſempiternum.*

44. Rubr. n. 5. *Poſtremò Sacerdos accipit* Græcè *Planetam*, Latinè Caſulam, quia tamquàm parva caſa totum Sacerdotis corpus à collo ad pedes uſque involutis brachiis manibuſque olim tegebat. Nunc eſt commodioris formæ; dum eâ ſe induit, non debet eam priùs oſculari, ùt quidam practicant, quia Rubrica id non præſcribit. Ità *Vinitor* §. 32., & alii. Eam induendo dicit: *Domine, qui dixiſti: jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve; fac, ut illud portare ſic valeam, quòd conſequar tuam gratiam, Amen.*

45. Antequàm Sacerdos junior ingrediatur ad Altare, priùs, ex variis apud *Merati* p. II. tit. II. n. 2., & alios Authores, notet ſequentia: Reverentia in Rubricis ſumitur vel pro genuflexione, vel pro inclinatione. Genuflexio fit vel unico, eoque dextero tantùm genu, vel fit utroque.

46. Tunc autem ſemper fit genuflexio utroque genu, quandò Rubrica præſcribit, aut ſupponit aliquam in genuflexione morulam, vel quando extra Miſſam accedendum, recedendum, aut tranſeundum eſt ante Sacramentum patenter expoſitum. Sub Miſſa autem, etiam in præſentia SS. Sacramenti, dummodò non intercedat morula, genuflexiones fiunt (ideque ut Celebrans commodiùs & faciliùs ſurgere valeat) uno tantùm genu, & recto corpore, pede extra ſuppedaneum non protenſo, ac manibus hinc inde ſuper Altare diſpoſitis, ſed Conſecrationem inter & ſumptionem intra Corporale detentis. Vide tit. XV.

47. Inclinatio ab Authoribus ad tres reducitur claſ-

claſſes, quæ ſunt *Profunda*, ſeu integra, *Media*, & *Infima*. Inclinatio *Profunda* fit ſummâ capitis atque humerorum incurvatione, id eſt, juxta Authores probatos, quando quis ſtans ſic flectit corpus deorſum, ut, brachiis ambobus in modum Crucis cancellatis, utraque manus utrumque genu, ſcilicet dextra ſiniſtrum, & ſiniſtra dextrum facilè contingant.

248. Hæc Inclinatio fit, quoties Rubrica præſcribit eſſe *profundè* inclinandum, V. G. ad *Confiteor*, ad *Munda cor meum*, ad *Jube Domine benedicere, &c.*, ad *Dominus ſit in corde meo*, ad *Te igitur clementiſſime Pater*, ad *Supplices te rogamus*, &c.

249. Inclinatio *media* fit capitis & modicâ humerorum inclinatione; & adhibenda eſt, quoties Rubrica præſcribit *aliquantulùm* eſſe inclinandum, V. G. ad ℣. *Deus tu converſus*, ad *Oremus te Domine*, ad *In ſpiritu humilitatis*, ad *Suſcipe S. Trinitas*, ad *Sanctus, Sanctus, &c.*, ad tres Orationes poſt ter *Agnus Dei*, & ad *Placeat tibi S. Trinitas.*

250. Inclinatio *Infima* fit ſolâ capitis inclinatione, & ſubdividitur in tres claſſes, quarum prima vocatur *Infimarum Maxima*, conſiſtens in capitis profundâ inclinatione, quæ trahit ſecum modiciſſimum de humerorum inclinatione. Et hæc adhibenda eſt, quoties objectum, cui Rubrica præſcribit exhibendam eſſe capitis inclinationem, eſt adorandum cultu Latriæ, ut nomen *Jeſu*, & quidquid ad illud ſpectat, V. G. dum accedit, recedit, vel tranſit ante Altaris Crucem; ad *Gloria Patri*, ad *Gloria in excelſis Deo*, ad *Credo in unum Deum*, ut ſuis locis patebit. Item ad ter *Agnus Dei*, & *Dom. non ſum dign.* vide tit. X. n. 50. & 66.

251. Secunda dicitur *Infimarum Media*, conſiſtitque in notabili ſolius capitis inclinatione: & adhibetur, quoties objectum, cui Rubrica præſcribit exhibendam eſſe capitis inclinationem, eſt adorandum

dum cultu Hyperduliæ, & eſt ſolum nomen B. Mariæ Virginis.

52. Tertia eſt Infimarum minima, & abſolvitur levi capitis inclinatione, ac fit, quoties objectum, cui Rubrica eam præſcribit, eſt colendum cultu ſolius Duliæ, ùt ſunt nomina Sanctorum, ac Beatorum, in quorum honorem fit Miſſa, aut de quibus in eadem fit commemoratio; item nomen Papæ viventis.

53. Admiſsâ hâc inclinationum diviſione (ait Merati) majori cum claritate ac facilitate Sacerdos diverſas Rubricarum, & Rubriſtarum dictiones percipiet, & inter ſe diſtinguet; pro quo & inſuper notabit, quòd, dum manus ſuas extendit, eas elevat, aut jungit, cavere debeat, nè hæ ſuperent mentum uſque ad oculos, & nè in latitudine humeros excedant: atque dum una manus ob cauſam dimittitur, altera nullatenùs teneri poſſit elevata.

TITULUS SECUNDUS
DE INGRESSU SACERDOTIS AD ALTARE.

1. RUbr. n. 1. Sacerdos itàque omnibus paramentis debitè indutus, etiam caput habens bireto vel caputio tectum, accipit manu ſiniſtrâ Calicem per nodum, ùt ſuprà tit. I. n. 21. præparatum, quem ad medium pectoris altitudinem portat elevatum ante pectus, ſic, ùt parvum ſit Calicem inter & pectus ſpatium, burſam manu dextrâ (quæ aperta ſit, proùt extenſi ſint omnes dextræ digiti, nè aliquid decidat) ſuper Calicem tenens. Notetur autem hoc Decretum:

2. Sacerdotes non debent (non poſſunt) deferre manutergium, ſeu (ùt exponit Merati) ſudariolum (quod pendere poteſt à parte dextrâ cinguli ſub Planeta) nec clavem Sacrarii, nec Patenam cum Hoſtiis ſuper Calicem, ſeu ſuper burſam, tam à Sa-

criſtia *eundo*, *quàm* ad eam *redeundo ab Altari* S. R. C. 1. Sept. 1703.; ſi quæ igitur ſint deferenda (V. G. perſpicilia, ait *Merati*) illa vel tradi debent miniſtro, vel prævie ad Altare ſunt deportanda.

3. Rubr. eod. n. 1. *Et factâ*, antequàm è loco paramentorum diſcedat, *reverentiâ* infimarum maximâ *Cruci*, *vel imagini illi*, *quæ in Sacriſtia erit*, *capite coöperto* ſeu tecto *accedit ad Altare*. Lii *Capite coöperto* duo afficit, ut ſenſus Rubricæ ſit, quòd Sacerdos, tenens ſiniſtrâ Calicem, tum capite tecto Cruci vel Imagini faciat reverentiam in Sacriſtia, tum inſuper capite tecto è Sacriſtia vadat ad Altare.

4. *Gavantus* reflectit; quòd prima hoc loco in Rubrica fiat mentio de SS. Imaginibus. Imago autem Sancti, cujus vultum omnino, vel nimiùm vultui hominis plerùmque notorio ſimilem videmus ſtudio depictum, & quidem cum radiis, in Eccleſia collocari non poteſt. Vide *Bauſſaldum tit. 75. n. 9.*

5. Rubr. eod. n. 1. *Miniſtro* (qui gerit perſonam totius populi Catholici, ex cujus nomine Sacerdoti pluraliter reſpondet *S. Thomas*, p. 3. q. 83. a. 5. ad 12.) *cum Miſſali*, *&* *aliis ad celebrandum neceſſariis* (*niſi antè fuerint præparata*, ut variis in Eccleſiis paratum in altari eſt Miſſale n. 30.) *præcedente ſuperpelliceum induto*, vel decenter veſtito.

6. Proinde miniſtrare non poteſt femina, ut expreſsè in jure Canonico l. 3. Decretal. *Gregorii* IX. tit. 1. c. 1 prohibetur; & in Rubrica p. III. tit. X. n. 1. dicitur: *Si adſit*, *qui deſervire non debet*, (vel non poteſt) *ut mulier*. Nec contraria (quæ in quibuſdam fortè locis eſt) conſuetudo videtur ullo modo probanda; nam omninò repugnat aperto juri, & venerationi tanto Sacramento debitæ: poſſet tamen femina, dum alius miniſter haberi non poteſt, longè ab Altari reſpondere, nunquàm autem ampullas miniſtrare.

7. Caſus neceſſitatis, quibus ſine omni miniſtro celebrari

celebrari poteſt, ſunt: primò dum Viaticum dandum eſt infirmo; ſecundò dum populus die Dom. vel feſtivâ non audiret Miſſam; ſed hic caſus vix eſt practicus. Tertiò tempore peſtis; quartò dum, Miſsâ inchoatâ, miniſter, etiam ante Canonem, abiit, & expectatus aliquantulùm, non revertitur.

8. Rubr. eod. n. 1. *Procedit autem* Sacerdos ad Altare *oculis ad terram dimiſſis, inceſſu* modeſto ac *gravi* (minimè autem feſtino) & *erecto corpore*, ac mente in Deum elevatâ, nihil tamen ore recitando; quia Rubrica in acceſſu ad altare id non præſcribit, prout id facit in receſſu. Neminem in via, etiam ſalutatus, ſalutat; ſed, ſi fortè ante Prælatos, aut Magnatem tranſeat, coöperto capite, plus minuſve, ùt eorum poſtulat dignitas, ſe inclinet: nam generaliter, dum Calicem defert, nemini caput aperire debet.

9. Rubr. eod. n. 1. *Si verò contigerit eum tranſire ante Altare majus, capite coöperto* ſeu tecto, *faciat ad illud reverentiam* minimarum maximam. *Si ante locum Sacramenti* in Tabernaculo incluſi tranſeat Sacerdos, *genu* uno tantùm, & capite tecto (ùt apertè loquitur Rubrica, ait *Merati* n. 8. §. *Neminem*) *flectat*, niſi alicubi capitis apertionem exigeret legitima conſuetudo ob majorem populi ædificationem.

10. Rubr. eod. n. 1. *Si* Sacerdos tranſeat *ante Altare, ubi celebretur Miſſa, in qua actu elevatur, vel tunc miniſtratur SS. Sacramentum*, ſeu diſtribuitur S. Communio, *ſimiliter genuflectat*, *&*, *detecto* poſt genuflectionem *capite, illud* Sacramentum *adoret*.

11. Non tantùm in priori caſu, quia flexio genuum fit cum pauſa, ſed & in 2. caſu, ob dicenda n. 14., genu utroque flectere debet Sacerdos cum bireto in capite, ùt ait cum Rubrica *Merati*. Detegit autem caput ſuum poſt genuflexionem, & non priùs, tenens biretum manu dextrâ inclinatâ, & cum parte bireti apertâ verſus ſe; deinde Sacramentum, capite profundè inclinato, adorare debet.

12.

12. Rub. eod. n. 1: *Nec ante in elevationis caſu ſurgat, quàm Celebrans depoſuerit Calicem ſuper Corporale.* Et tunc Sacerdos, adhuc flectens, ponit biretum in capite; dein ſurgit, & ſine alia reverentia proſequitur ſuum inceſſum cum bireto in capite. Hinc approbandi non ſunt, qui, ad majorem, ut putant, reverentiam, aperto capite ſurgunt & cum bireto in manu abeunt, quouſque ſunt extra conſpectum SS. Sacramenti. Sic etiam dum ei venit obviam Sacerdos deferens SS. Venerabile, genu utroque flectet, donec totaliter alter cum SS. Sacramento tranſivit.

13. Sacerdos tamen *Miſſam celebraturus, tranſiens ante Altare, ubi fit populi Communio, non debet permanere genuflexus, donec & quouſque terminetur Communio.* Ita S. R. C. declaravit 5. Junii 1698.

14. Utroque etiam genu Sacerdos tranſiens Altare, in quo SS. Sacramentum eſt patenter expoſitum (quamvis id negent *Bauldry* & *Byſſus*, quia fit ſine mora) flectere debet, ut, juxta communem uſum Romæ, & alibi receptum, tradit *Merati* n. 7. & ex variis patet S. R. C. Decretis infrà tit. XV. n. 8., quæ apertis aſſerunt terminis, quòd ante SS. Sacramentum publicè expoſitum tranſeuntes, quicumque illi ſint, debeant (excipe Sacerdotem tempore Miſſæ celebrantem) ſemper utrumque genu flectere. Hic honor, utinam! ab omnibus SS. Sacramento, ad mentem Eccleſiæ, exhibeatur.

15. Dum autem Sacerdos tranſit ante Altare, ubi Miſſa eſt Conſecrationem inter & ſumptionem, uno tantum flectit genu; quia, cùm Sacramentum ſit abſconditum ob Sacerdotem celebrantem, eſt in illo Altari, quaſi eſſet in Tabernaculo: & ſic communiter Romæ fit. Ita *Merati* n. 7. in fine.

16. Si autem contingat, quòd Sacerdos, rationabili ex cauſa, Calicem ad Altare non deferat, tunc, antequàm è loco Paramentorum diſcedat, caput de-

tegit, & illud inclinat Cruci, aut Imagini, quæ eſt in Sacriſtia; capite autem tecto, junctis procedit ante pectus manibus; ac omnia peragit, ut ſuprà à n. 3., excepto quòd n. 9. caput priùs detegat, antequàm flectat, & illud non tegat, niſi ſit extra conſpectum SS. Sacramenti; nam manus tunc (ſecus à n. 3. ad 15.) non habet impeditas. Et eamdem ob rationem caput tunc detegit illis, quos ſuprà n. 8. habens Calicem, ſolâ capitis inclinatione ſalutat. Ità *Meratì*.

17. Rubr. n. 2. *Cùm* Sacerdos *pervenerit ad Altare, ſtans ante illius infimum gradum, caput* manu dextrâ *detegit, biretum,* ſi portavit, *miniſtro porrigit, &*, dextrâ denuò ſuper burſâ, ut antè, poſitâ, *Altari, ſeu Imagini Crucifixi deſuper poſitæ ſe ipſum profundè* (tit I. n. 48.) *inclinat*.

18. Rubr. eod. n. 2. *Si autem in eo* Altari *ſit Tabernaculum SS. Sacramenti*, quod ſaltem exteriùs apparet, & in quo SS. Euchariſtia actu continetur, ſed non eſt patenter in Altari expoſitum, *genu* uno ſuper infimum, juxta ferè communem praxim (ait *Meratì* n. 11.) Altaris gradum *flectens debitam* per eam genuflexionem, & non aliam, *facit* SS. Sacramento *reverentiam*. Infrà tit. III. n. 2.

19. Rubr. eod. n. 2. *Tunc* Sacerdos *aſcendit ad medium Altaris: ibi ad cornu Evangelii* ob majorem commoditatem, quia cornu Epiſtolæ per Miſſale impeditur, *ſiſtit Calicem*, & caputium, ſi habeat, miniſtro, dum opus eſt, adjuvante, debitè componit. Antequàm autem Sacerdos pergat, oportet regulam habere, ex quâ cognoſcat, quandonam in medio Altaris exiſtens, caput debeat Cruci inclinare.

20. Videtur autem, ſecundùm varios Authores, ſufficienter in æquitate naturali fundatum, ut Sacerdos tempore Miſſæ ad medium Altaris tunc, ac toties faciat Cruci reverentiam per capitis inclinationem (niſi tunc juxta Rubricas fieri debeat inclinatio

natio hâc major, vel oſculum Altaris) quando, & quoties ibidem ſub Miſſa, expoſito patenter Venerabili, reverentiam SS. Sacramento exhibere deberet per genu unius flexionem.

21. Hoc autem ordinat Rubrica infrà tit. XIV. n. 6., dum Sacerdos vel *accedit* ad medium Altaris, vel ab eo *recedit*, aut dum *tranſit* per medium illius. Proinde & cenſetur Rubrica conſecutivè ordinare, quòd, dum Sacerdos, non expoſito SS. Sacramento, iiſdem in circumſtantiis *accedit* vel *recedit* aut *tranſit* per medium Altaris, Cruci facere debeat reverentiam per capitis inclinationem.

22. Atque hinc oportet, quòd Sacerdos, poſito ad cornu Evangelii Calice, illicò manus jungeret, & caput Cruci inclinaret, quia tunc, expoſito patenter SS. Sacramento, deberet, *utpote accedens ad medium Altaris*, genuflectere. Ità paſſim omnes cum *Merati* p. II. tit. XIV. n. 19. §. 3.

23. Ut autem hæc meliùs percipiantur, notandum, quòd tempore Miſſæ decies octies, Sacerdos, accedendo, vel recedendo ab Altaris medio vel per idem tranſeundo, deberet, juxta præfatam n. 20. regulam, caput Cruci inclinare; quia tunc, SS. Sacramento patenter expoſito, uno deberet genu flectere. En loca à Juvene attentè ſuis reſpectivè locis perlegenda. Prima poſt tit. cifra ſignificat tituli numerum in Rubrica. Cifra ſubſequens ſignificat num. tit. in hoc libro.

1.	tit. II.	n. 2.	25.		10.	tit. VII.	n.	5.	47.
2.	tit. II.	n. 4.	29.		11.	tit. VII.	n.	7.	58.
* 3.	tit. II.	n. 4.	31.	☞	12.	tit. XI.	n.	1.	1.
4.	tit. IV.	n. 2.	28.		13.	tit. XI.	n.	1.	2.
5.	tit. V.	n. 4.	30.		14.	tit. XI.	n.	1.	14.
* 6.	tit. VI.	n. 1.	3.	☞	15.	tit. XII.	n.	1.	3.
☞ 7.	tit. VI.	n. 2.	8.	*	16.	tit. XII.	n.	1.	4.
8.	tit. VII.	n. 4.	20.		17.	tit. XII.	n.	5.	29.
9.	tit. VII.	n. 5.	28.	☞	18.	tit. XII.	n.	6.	31.

24. Ex

24. Ex his 18. vicibus Rubrica ter tantùm, utique explicitis verbis ordinat, quòd caput ſit Cruci inclinandum, ſcilicet vice 3. 6. & 16. ad *. Quater verò id ordinat implicitè, ſcil. vice 7. 12. 15. & 18. ad ☞, quando eſt idem caſus. Aliis autem 11. vicibus aſteriſco aut manu non notatis Rubrica de capitis inclinatione nullam facit directè mentionem. Itaque

25. Rubr. eod. n. 2. Sacerdos, poſt factam Cruci capitis inclinationem, *extrahit* manu dextrâ *Corporale de burſa, quod* ambabus manibus ſic *extendit in medio Altaris*, ut pars ejus ſuperior ſit à retro, & ora anterior anteriorem non excedat menſæ ſive Altaris extremitatem, ſed eam (non verò antipendia) tangat, ut ſic manus intra Corporale poſt Conſecrationem contineantur commodiùs. *Et ſuper illud* (id eſt, ſuper Corporalis medium) ambabus manibus *Calicem* à parte anteriori *velo coöpertum collocat*; *burſam autem*, dum ex ea Corporale manu dextrâ detrahit, *ad cornu Evangelii* ſiniſtrâ deponit.

26. Meretur notari hæc nonnullorum reflexio: Cùm quandoque particulæ conſecratæ remaneant ſuper Corporali, reverentia erga SS. Sacramentum exigit, ut Corporale ſemper eodem modo plicetur, & explicetur, ità ut plicatura ſuperior primò extendatur versùs Crucem, plicatura anterior maneat clauſa uſque ad Offertorium, nè per velum Calicis particulæ prædictæ perdantur, & Corporale anteriùs ex velo commaculetur interiùs. Et ſimiliter poſt Communionem plicatura anterior priùs claudatur, & totum Corporale priùs amoveatur, antequàm Calix velo tegatur.

27. Rubr. eod. n. 2. *Si*, deficiente Sacriſtiâ, vel aliâ juſtâ ex cauſa, ſinè qua fieri non poteſt, Sacerdos *in Altari* ad cornu Evangelii (ubi id tantùm à Sacerdote fieri poteſt, non verò in medio Altaris,

ut facit Epiſcopus) *paramenta accepit*, *hoc idem* (quod n. 25. & 26.) quoad extenſionem Corporalis & poſitionem Calicis *facit*, *antequam deſcendat ab Altari*, *ut Miſſam incipiat*. Ad Altare verò, in quo SS. Sacramentum patenter eſt expoſitum, nullus umquàm ſumere poteſt paramenta, ſed alius quærendus eſt locus, vel SS. Sacramentum alibi foret reponendum.

28. Rubr. n. 3. *Si eſt conſecraturus plures Hoſtias parvas pro Communione facienda*, *quæ ob quantitatem ſuper Patena manere non poſſint* (poſſunt autem ſi ſint infra decem) *locat eas ſuper Corporale ante Calicem*, *aut in aliquo Calice conſecrato*, *vel* in Pyxide *aut vaſe mundo benedicto*, ſaltem ab eo, qui Corporalia benedicere poteſt (vide tit. I. n. 24.) *ponit eas retrò poſt Calicem & proprio cooperculo*, *vel alia Patena ſeu Palla eas cooperit*.

29. Rubr. n. 4. *Collocato Calice in Altari*, Sacerdos, manibus junctis, ut tit. ſeq. n. 1, caput, inclinatione infimarum maxima, Cruci inclinat, quia poſt moram ab ultima inclinatione eſt receſſurus à medio Altaris. Ità conſecutivè Rubrica n. 21., & habetur in libello de Cæremoniis Miſſæ edito Romæ 1628., ac docent Rituaiſtæ paſſim, quàmvis *Bonanicus*, *Palaccus*, & *Quarti* aliter ſentiant.

30. Rubr. eod. n. 4. Et junctis manentibus ante pectus manibus, *accedit* poſt capitis inclinationem *ad cornu Epiſtolæ*, ibidemque, ſtans verſus Altare, *Miſſale ſuper cuſſino* aut pulpito clauſum jacens (an cum dorſo ad cornu Epiſtolæ, vel ad Calicem, exponetur ad finem Miſſæ) ipſemet Sacerdos *aperit*, *reperit Miſſam*, *& ſignacula ſuis locis accommodat*, ſi non fuerint ante accommodata, ſuprà n. 17.

31. Rubr. eod. n. 4. *Deinde*, manibus ante pectus junctis, *rediens ad medium Altaris*, *facta primùm Cruci* abſque eo quòd oculos ad eam elevet, *reverentia* per inclinationem minimarum maximam, vide n. 23.

vertens ſe aliquantulùm à medio Altaris *ad cornu Epiſtolæ*, nè, directè deſcendendo, Cruci vel Tabernaculo terga vertat; *deſcendit* parùm lateraliter, dimiſſis oculis; *poſt infimum gradum Altaris*, id eſt, in plano Capellæ, *ut ibi faciat Confeſſionem.*

32. Notet Sacerdos *primò*, quòd numquàm deſcendat, niſi accenſis candelis duabus, aliiſque, quæ ad Sacrificium in Altari neceſſaria ſunt, paratis. *Secundò*; ſi in Altari plures ſint gradus in diverſos ordines diſtributi, ſufficit deſcendere poſt ultimum gradum primi ordinis. *Tertiò*; ſi nullus adſit gradus, ut ſæpe fit in Oratoriis privatis, ſiſtat ſe in tali loco, ut inter ſe & Altare relinquat aliquam diſtantiam. Notet inſuper *quartò* ſequens Decretum:

33. *Si Altare non haberet planitiem, ſed multis gradus; vel ſi ipſum* Altare planitiem *haberet nimis latam, debet in eâ apponi pradella* (*S. Carolus Borrom.* apud *Baruffaldum* tit. 34. n. 108. & Cærem. Prov. noſtræ fol. 32. n. 16. habent *Bradella*, & eſt ſuppedanei ſpecies) *quæ ſtabiliat Altare in planitie, ut Sacerdos incipiat Miſſam ante ipſam pradellam.* S. R. C. 12 Jan. 1683.

34. *Quintò*; ſi, cùm Sacerdos Calicem accommodat, aut requirit Miſſam, in vicino Altari elevetur SS. Sacramentum, proſequatur ea, quæ peragit; deinde deſcendat; & in infimo gradu genu utroque flectat, ſi tunc in Altari depoſitus needum fuerit Calix. Ita *Merati* tit. 3. n. 7. Verùm, cùm id contra ipſam videatur eſſe Rubricam tit. ſeq. n. 6., deberet Sacerdos in caſu deſiſtere, utroque genu in loco, in quo eſt, flectere, &, depoſito in Altari vicino ſacrato Calice, ſurgere, ac peragere quæ habet agenda. Ratio eſt; quia Sacerdos needum ſuum inchoavit Miſſam, dicendo: *In nomine Patris &c.* Ita varii doctiores deſuper conſulti.

TITULUS TERTIUS

DE PRINCIPIO MISSÆ,

ET CONFESSIONE FACIENDA.

1. RUbr. n. 1. *Sacerdos, cùm primùm deſcendens ſub infimum gradum Altaris, convertit ſe per* latus dextrum *ad ipſum Altare, ubi ſtans in medio, junctis manibus ante pectus extenſis, & junctis pariter digitis, & pollice dextro ſuper ſiniſtrum poſito in modum Crucis* (*quod ſemper ſervatur, quando junguntur manus*, præterquàm hoc ultimum de pollice *poſt Conſecrationem* uſque ad ſumptionem; nam tunc pollices debent eſſe uniti indicibus) *detecto capite*,

2. Rubr. eod. n. 1. *Factâ priùs Cruci vel Altari profundâ reverentiâ* tit. 5. n. 48. *vel ſi in eo* (ſecùs verò ſi juxta Altare) *ſit Tabernaculum SS. Sacramenti* inclusum tit. II. n. 18. *factâ genu* dextro tantùm *flexione, totus erectus incipit Miſſam* per ſignum Crucis, à quo, ex Apoſtolica Traditione, ſuarum omnium actionum Chriſtiani ſumunt initium.

3. Rubr. n. 1. Si Sacerdos *celebraturus ſit coram ſummo Pontifice, ſiſtit ſe ante infimum* (non in infimo, ut aliqui libri) *gradum Altaris à latere*, ſeu *à cornu Evangelii ante ipſum Pontificem, ubi genu* utroque *flexus expectat* Pontificis benedictionem. *Acceptâ benedictione, erigit ſe, &* manens *ſtans* eodem à cornu Evangelii loco ante infimum gradum, ſeu in plano Capellæ, ſed *aliquantùm verſus ad Altare, incipit Miſſam*.

4. Rubr. eod. n. 2. *Si autem ſit* celebraturus *coram Cardinale, Legato Sedis Apoſtolicæ, aut Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo in eorum reſidentiis, vel loco juriſdictionis* (quam Cardinales ubique terrarum, juxta *Burchardum* apud *Gavantum*, ſaltem aliquam ha-

habent, & ſummam in toto Orbe præeminentiam, ex Caren. Epiſc. l. 1. c. 4.) ſtans (non flectens) non in infimo, ſed ante (ait Rubrica) infimum Altaris gradum à cornu Evangelii, ut ſuprà n. 3., expectat, non benedictionem, ſed ſignum aliquod; quo dato ſigno, facit profundam reverentiam Prælato, &, manens ſtans ante infimum gradum à latere in cornu Evangelii, ſed verſus ad Altare, incipit Miſſam.

5. Rubr. n. 4. Stans igitur Celebrans ante infimum gradum Altaris, ut ſuprà n. 1. producens manu dextrâ (de ſiniſtra vide n. 8.) à fronte, ad pectus ſignum Crucis, dicit erecto corpore, & intelligibili, conformiter ad locum, & alias circumſtantias, voce: IN NOMINE PATRIS, & tunc tangit materialiter frontem ſuam tribus mediis dextræ digitis. Cùm dicit: ET FIDII, iiſdem tribus digitis tangit pectus. Cùm dicit: ET SPIRITUS, tangit iiſdem humerum ſiniſtrum. Cùm dicit: SANCTI, AMEN, tangit humerum dextrum; atque ſic Crux & ore & manu ſimul finitur. Non apparet autem ullum fundamentum, quo Vinitor §. 8. dicit, quòd ad humerum ſiniſtrum fit dicendum: Et Spiritûs ſancti, & ad dextrum Amen; nam ſic Crux priùs ore finiretur, quàm manu.

6. Rubr. eod. n. 4. Et poſtquàm id (verba Crucis In nomine Patris, &c.) dixerit, ſeu, cùm inceperit dicta Crucis verba dicere, non debet (non poteſt ampliùs) advertere quemcumque in alio Altari celebrantem, etiamſi Sacramentum elevet, ſed debet continuatè proſequi Miſſam ſuam uſque ad finem. Quod item obſervatur in Miſſa ſolemni, & ſimul etiam à Miniſtris utique ejuſdem Miſſæ ſolemnis, quos ſolos miniſtros ſibi ſimul afficit; non verò miniſtros Miſſæ privatæ, ni ſint in functione incompatibili.

7. Cùm Rubrica aſſerat: Poſtquàm dixerit, ſeu cùm inceperit dicere In nomine Patris, mens aperta Rubricæ eſt, ut Sacerdos, dum nondum inchoavit ver-

bus *In nomine*, &c., teneatur ad elevationem SS. Sacramenti flectere, & expectare, licèt jam deſcenderit ab Altari ad infimum gradum; & hinc unà patet veritas eorum, quæ tit. II. n. 34. dicta ſunt.

8. Rubr. n. 5. *Cùm* Sacerdos *ſe ipſum, aut populum in fine Miſſæ, ſignat, ſemper ſiniſtram* manum *ſic ponit infra pectus* ſuum extenſam, ut ipſa ſiniſtra maneat extra terminos Crucis faciendæ. *In aliis autem benedictionibus, cùm* Sacerdos *eſt ad Altare, & benedicit oblata* (ſcilicet Hoſtiam & Calicem) idque ſive ea ſimul, ſive ſeorſim; *vel* ſi *aliquid aliud*, V. G. librum ad utrumque Evangelium, vel ſolum librum ad Introitum Miſſæ *de Requiem*, benedicit, tunc *ponit eam ſiniſtram ſuper Altare*, & non infra pectus; *niſi aliter notetur*, ùt fit, dum benedicit panem & vinum ſub Conſecratione, & in nonnullis aliis caſibus, quando Cruces facit, dum manus ſiniſtra aliunde eſt impedita, ùt ad *Pax* ✠ *Domini*, &c.

9. Rubr. eod. n. 5. Sacerdos *ſeipſum benedicens, vertit ad ſe palmam manus* ſuæ *dextræ, & omnibus illius* dextræ *digitis*, etiam pollice, ſimul *junctis & extenſis* (à Conſecratione uſque ad factam digitorum ablutionem habet utrumque pollicem & indicem ſibi junctos) *à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſignum Crucis format.*

10. Rubr. eod. n. 5. *Si verò alios, vel rem aliquam benedicit, parvum digitum* benedicendo, ſeu formando Crucem, tam in linea rectâ, quàm in tranſversâ, *vertit ei, cui benedicit; ac, benedicendo, totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis*, etiam pollice, *pariter junctis & extenſis* (à Conſecratione tamen, ùt n. præc., pollex eſt uniendus indici) *quod in omni benedictione obſervatur.*

11. Quomodò autem manus dextra ſit tenenda in tranſverſa parte Crucis, dum Sacerdos alios vel rem aliquam in Miſſa benedicit, Lector inveniet tit. VII.

n. 35., & ſatis indicatur in hac Rubrica, dum n. præc. ait: *Parvum digitum vertit*, etiam in tranſverſa parte Crucis, *ei*, *cui benedicit*; ac *benedicendo*, V. G. Oblata, *totam manum dextram extendit* tam in linea rectâ, quàm in tranſverſa, *omnibus illius dextræ digitis pariter junctis & extenſis.*

12. Ubi nulla fit mentio de tranſverſanda ſeu plicandâ manu. Proin manus dextra vi hujus Rubricæ debet eſſe recta, & rectè extendi, non ſolùm deſcribens lineam Crucis rectam, ſed & ejuſdem Crucis lineam tranſverſam; quia Rubrica inter utramque lineam non diſtinguit.

13. Tota inſuper vis Rubricæ ſita eſt in his verbis: *Parvum digitum vertit*; non enim ait Rubrica, digitos junctos, ſive manum ipſam vertit, ſed ſolùm *parvum digitum*. Unde veriſſimum eſt, lineas Crucis non eſſe formandas acumine totius manûs, ſed extremitate minoris ſeu minimi digiti; ac propterea ſemper fixum remanet, quòd manus dextra nullo modo ſit deflectenda in formanda lineâ tranſverſali, ſed quòd ea ſemper debeat remanere extenſa in tota Cruce formandâ, quia lineæ Crucis formantur cum extremitate minoris digiti, & non acumine, ſeu longitudine totius manus.

14. Et ita adimpletur diſpoſitio Rubricæ, vertendo nimirum parvum digitum ad rem oblatam, quæ benedicitur. Econtrà verò ſi deflecteret totam manum, non verteret Sacerdos parvum digitum ad Oblata, quibus benedicit, ſed ad partem lateralem Altaris, quod eſſet contra Rubricam.

15. Rubr. n. 6. *Poſtquàm dixerit*: *IN NOMINE PATRIS*, *&c.* (per illi *Et cætera* intelligit Rubrica hæc ſequentia verba: *ET FILII*, *ET SPIRITUS S.*, *AMEN*, ut patet *ſuprà* n. 5., ubi Rubrica omnia hæc verba expreſſit) Sacerdos *jungens* (utique poſt illi *Amen*, quia ſenſus Rubricæ eſt: Poſtquàm dixit:

In nomine Patris ... Amen, jungens) *iterum manus ante pectus, pronuntiat clarâ voce Antiphonam* INTROIBO AD ALTARE DEI.

16. Rubr. eod. n. 6. *Miniſter autem retrò poſt ipſum ad ſiniſtram genu* utroque *flexus*, & *in Miſſa ſolemni miniſtri hinc inde ſtantes proſequuntur*: AD DEUM, QUI LÆTIFICAT JUVENTUT. MEAM. *Deinde Sacerdos, eodem modo* manens *ſtans* erectus, *incipit*, & *proſequitur* eâdem clarâ voce *cum Miniſtro vel miniſtris alternatim Pſalmum*: JUDICA ME DEUS *uſque ad finem, cum* Hymno GLORIA PATRI.

17. Rubr. eod. n. 6. *Quo* glorificationis Hymno (ut eum veteres appellarunt Patres, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 3. n. 21.) *Gloria Patri*, &c. (qui ab Apoſtolica Traditione profectus eſt, & cui Concilium Nicœnum ad retundendam *Arianorum* hæreſim addidit: *Sicut erat in princip.*, &c.) *finito*, *repetit* Sacerdos *Antiphonam*, dicendo (non *Et introibo*, ut aliqui malè, ſed omiſſo *Et*) INTROIBO, *cum miniſtris*, *ut ſuprà* n. 15. & 16.

18. Rubr. eod. n. 6. *Qui Pſalmus* multis in Eccleſia ſæculis dici conſuevit in initio Miſſæ; attamen uſque ad tempora S. *Pii* V. fuit omnino arbitrarius. *Carthuſiani*, FF. *Prædicatores*, *Carmelitæ* (calceati) ait SS. D. ſuprà n. 21., in principio Miſſæ numquàm illum Pſalmum, ſed Verſus aliquos ex aliis Pſalmis ſumptos recitant.

19. Rubr. eod. n. 6. Aſt à *S. Pii V.* tempore Pſalmus iſte: *Judica* ab illis, qui ſequuntur ritum Romanum, *numquàm prætermittitur*, id eſt, numquàm poteſt omitti, *niſi in Miſſis Defunctorum*, & *in Miſſis de Tempore à Dominica Paſſionis incluſivè uſque ad Sabbatum ſanctum excluſivè*: *in quibus ſemel tantùm dictâ Antiphonâ* INTROIBO *cum Miniſtris*, *ut ſuprà*, *Sacerdos ſtatim ſubjungit Verſum*: ADJUTORIUM NOSTRUM, &c., *ut infrà* n. 22.

20. Dicit

20. Dicit Rubr. *In Miſſis de Tempore*; hinc in Miſſis de Sanctis, & in Votivis, quæ celebrantur *tempore paſſionis*, dicitur prælaudatus Pſalmus lætitiæ *Judica me* cum Hymno *Gloria Patri*. Et quidem, quòd in Miſſis Votivis de 7. Doloribus B. V. dictus Pſalmus cum *Gloria Patri*, &c. ſit dicendus, S. R. C. explanando hanc Rubricam, decrevit 31. Aug. 1669. ut oſtendit *Merati* hoc loco n. 15. Idem proin de aliis Votivis dicendum eſt.

21. Rubr. eodé n. 6. *Cùm in fine Pſalmi Sacerdos dicit* GLORIA PATRI, &c. *caput Cruci* inclinatione minimarum maximâ *inclinat*, & inclinatum tenet uſque ad *Et Spiritui S.* incluſivè, tum ſe elevat.

22. Rubr. n. 7. *Repetitâ Antiphonâ*: INTROIBO (de finita reſponſione miniſtri, & non antè) *dexterâ manu* (de ſiniſtra & aliis hîc obſervandis vide ſupra n. 8.) *producens ſignum Crucis*, ſe ipſum ſignat *à fronte ad pectus*, & ab humero ſiniſtro ad dexterum, ac *dicit* intereà *Verſum* ADJUTORIUM (hîc tenet digitos ad frontem) NOSTRUM (ad pectus) IN NOMINE (ad humerum ſiniſtrum) DOMINI (ad dexterum) ℟. QUI FECIT CÆLUM & TERRAM.

23. Rubr. eod. n. 7. *Deinde Altari ſe profundè inclinans, junctis manibus dicit*: CONFITEOR DEO (non voce merè laudatoris, ut Chriſtus Matth. 11. *Confiteor tibi Pater*, ſed etiam, & quidem principaliter, voce peccatoris merè, ſed generaliter, & extra ſacramentaliter abſolutè Eccleſiæ pœnitentis. *S. Auguſtinus* ſerm. 8. de verbis Domini) *ut in Ordine Miſſæ*.

24. Hic ritus antiquiſſimus eſt, & Apoſtolicæ Traditionis. Judæi quoque in V. L. confeſſionem, etiam voce peccatoris, præmittebant ſuis Sacrificiis, dicentes: *Peccavimus, Domine, injuſtè egimus, iniquitatem fecimus*. Formula, quæ nunc in Miſſali Romano S. *Pii V.* habetur, non videtur ſæculo XIII. antiquior. Contractior eſt *Carthuſianorum*, & FF. *Prædica-*

dicatur in Confeſſionis formula. SS. D. Benedict. XIV. c. 9. n. 12.

25. Rubr. eod. n. 7. *Et proſequitur Celebrans totam Confeſſionis formulam eodem modo ſtans* versùs Altare profundè *inclinatus*, *donec à Miniſtro* nomine omnium in Miſſa privatâ, *vel à Miniſtris* in Miſſa ſolemni (de utraque enim hîc agit Rubrica, vide ſuprà n. 6. & 16.) *totaliter dictum*, ſeu finitum *ſit* *MISEREATUR TUI* uſque ad finem.

Proin Celebrans, dicens: *Vobis* & *Vos fratres* (item poſteà dicens: *Miſereatur veſtri*) non debet ſe ad unam & alteram partem vertere; quia id Rubrica nullibi præſcribit; ſicut id præſcribit tum ipſis Miſſæ privatæ Miniſtris infrà n. 32., tum ei, qui celebrat coram Epiſcopo, &c., dum induit perſonam Miniſtri infra n. 31. Idque quo ad Miſſam privatam admittunt paſſim omnes.

Cur autem Rubrica in Miſſis privatis id potiùs præſcribat Miniſtris, quàm Celebranti, ratio eſt, quòd Miniſtri, Confeſſionem faciendo, verba proferant erga ſolum Celebrantem; & per conſequens ex natura dictionis ſe movere debent ad illum, erga quem ſolum dirigunt verba. Celebrans autem in Miſſa privatâ, Confeſſionem faciendo, verba profert erga omnes, qui interſunt, ſeu circumſtantes. Ità expreſſè Rubrica infrà n. 32. & 33. Proin ex natura dictionis ad neminem in particulari debet ſe movere. De Miſſa ſolemni reſolvetur p. II. II. tit. III. n. 12. & ſeq.

26. Rubr. eod. n. 7. *Cùm igitur incipitur à Miniſtris*, CONFITEOR, & non priùs, Celebrans (qui proin, poſtquàm miniſter dixit totum *Miſereatur*, reſpondet *Amen* adhuc profundè inclinatus) *ſe erigit*: *Cùm* Sacerdos *dicit* *MEA CULPA*, *ter pectus*, ad quamlibet vicem ſemel, *dextrâ manu*, idque vel digitis omnibus ſimul junctis & clauſis, vel apertâ, &

tertiâ palmâ (quia circa hoc Rubrica nil præſcribit) modeſtè *percutit, ſiniſtrâ manu infra pectus poſitâ.*

27. *Regulares abſque ſpeciali privilegio, ſed ſolâ communicatione aliarum Religionum non poſſunt addere nomen ſancti Fundatoris in Litaniis &* CONFITEOR. S. R. C. 26. Martii 1706.

28. Item ex eo, quòd S. *Pius V.* id tantùm expreſſè conceſſerit Hiſpaniarum Eccleſiis, rectè inſertur, quòd non niſi cum licentia Papæ hujuſmodi additio in *Confiteor* fieri poſſit. Damnandi igitur non ſunt (ex *Guyeto* ait *Merati* n. 19.) illi, quibus id ex conceſſione Pontificis, aut jure Breviarii proprii, aut denique conſuetudine præſcriptâ, nec abrogatâ aut improbatâ, uſitatum eſt.

29. Sic in Rubricis particularibus Breviarii Franciſcani, quæ à S. Sede per tres Conſtitutiones, cum rigoroſo eas ad praxim mandandi præcepto, approbatæ ſunt, habetur n. 139. *Obſervanda eſſe S. Bonaventuræ documenta*, quorum unum de A. 1270. præſcribit, quòd nomen SS. P. *Franciſci* cæteris addatur in *Confiteor*. Idque jam praxi ferè annorum 500. ubique terrarum in Orbe Franciſcano eſt roboratum.

30. Rubr. n. 8. *Si Sacerdos eſt Miſſam celebrans coram Pontifice, Cardinale* (vide ſuprà n. 4.) *Legato Sedis Apoſtolicæ, vel Patriarchâ, Archiepiſcopo, & Epiſcopo, in eorum Provincia, Civitate, vel Diœceſi conſtitutis; ubi dicit:* VOBIS FRATRES, *dicat* TIBI PATER.

31. Rubr. eâd. n. 8. *Similiter in fine, ubi dicit,* VOS FRATRES, *dicat* TE PATER; *quod utrumque dicens ſummo Pontifici, genu unum flectit,* quia ſic ſine mora; *& aliis Prælatis profundè ſe inclinat.*

32. Rubr. n. 9. *Cùm miniſtri, & qui Miſſæ intereſſunt (etiam ſi ibi fuerit* præſens *ſummus Pontifex) reſpondent:* CONFITEOR, ipſi in confeſſione *dicunt* TIBI PATER, *&* TE PATER, *aliquantulùm converſi ad Celebrantem.* Vide hoc loco dignitatem Sacerdotis,

ait

ab Gavanto; nam eidem coram Papa dicitur à circumſtantibus *Tibi Pater*, & *Te Pater*.

33. Rubr. n. 10. *Factâ à circumſtantibus*, vel à miniſtro eorum vices ſupplente, *Confeſſione* ſimiliter & præcipuè in voce peccatoris verè pœnitentis, ut n. 24., *Celebrans* manet *ſtans* erectus & *reſpondet*: MISEREATUR VESTRI, *&c.*, abſque eo quòd caput aliqualiter convertat ad miniſtrum, vel populum; nunquàm autem Celebrans dicit *Miſereatur tui*. Et dicendo: *Dimiſſis peccatis veſtris*, non addat: *Omnibus* aut *Omnium*, quæ in antiquo Miſſali habebantur, ſed modò ea addere ampliùs non licet.

34. Rubr. eod. n. 10. *Deinde* adhuc manet in eodem corporis ſitu, & *producens manu dextrâ* (de ſiniſtra vide ſuprà n. 8.) *à fronte ad pectus* & ab humero ſiniſtro ad dextrum *ſignum Crucis*, *dicit*: INDULGENTIAM, *&c.* Dum ſignat ſe, ità diſtribuit verba: Ad *Indulgentiam* tangit frontem, ad *Abſolutionem* pectus, ad *Remiſſionem* humerum ſiniſtrum, ac ad *Peccatorum noſtrorum* dextrum. Reliqua pergit Sacerdos dicere junctis manibus.

35. Rubr. eod. n. 10. *Et*, *ſi eſt Epiſcopus* (id hoc loco olim faciebat omnis Sacerdos ſuprà tit. I. n. 38.) *accipit* (extra Miſſam *de Requiem*, quia tunc induitur illo ante Stolam, ut habet Rubrica tit. 1. n. 4.) *Manipulum*, *oſculando illum in medio*.

36. Rubr. eod. n. 10. *Et Sacerdos*, *ſtans*, id eſt, reſponſo à miniſtro *Amen*, tunc Celebrans incipit ſtare mediocriter *inclinatus* (adeoque minùs, quàm ſub *Confiteor*) junctis ante pectus manibus *manibus proſequitur*: DEUS TU CONVERSUS, *&* omnia, *quæ ſequuntur in Ordine Miſſæ* Sacerdos & miniſter alternativè, & unus integrè poſt alium (non autem, N. B., ſimul ut ſæpius abuſivè contingit) dicunt ſimiliter *clarâ voce*, & mediocriter inclinati *uſque ad Orationem* AUFER A NOBIS, *&c.* excluſivè.

37. Rubr. eod. n. 10. *Et cùm Sacerdos dicit, OREMUS* (quam vocem claro ſimiliter tono profert adhuc mediocriter inclinatus) *extendit* (ſeu disjungit per aliquod ſpatium, fermè uſque ad utrumque corporis latus, idque in linea rectâ) quas hactenus uſque ad pectus conjunctas tenuerat, & eaſdem illicò per eamdem lineam *jungit manus*; non autem eas elevat uſque ad humeros, ut nonnulli minùs rectè inſtructi Sacerdotes hinc inde abuſivè faciunt, neque oculos aut faciem in cælum elevat.

38. Rubr. n. 11. *Et tunc* (dicto *Oremus*) *ſi coram ſummo Pontifice, aut aliis Prælatis, ut ſuprà n. 4. & 30. celebrat, elevat ſe, & factâ ſummo Pontifici genu uni-co*, quia fit ſine mora, *flexione, aliis* verò *Prælatis profundâ reverentiâ, accedit*, ſeu incipit accedere *ad medium Altaris in* ſuppedaneo, utique adhuc ſtans *ante infimum à* cornu Evangelii, *gradum. Et, dum ſic* incipit ad medium Altaris aſcendere, *incipit & unà ſecretò* dicere: *AUFER A NOBIS, &c., ut in Ordine Miſſæ.* Et hic apparet genuinus Rubricæ ſenſus.

TITULUS QUARTUS
DE INTROITU,
KYRIE ELEISON, ET GLORIA IN EXCELSIS.

1. RUbr. n. 1. *Dum* itàque Sacerdos ſecretò *dicit*, ſeu, dum incipit dicere: *AUFER A NOBIS, &c.*, ipſe *Celebrans* elevat ſe, & ſic erectus, *junctis* ante pectus *manibus, aſcendit* (eundo proſequens Orationem dictam) *ad medium Altaris*. Si nulli aut pauci ſunt gradus, lentè procedat, ut terminans vocem ultimam illius Orationis, ſcilicet *Dominum noſtrum, Amen*, pertingat ad medium Altaris.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et ibi mediocriter inclinatus, manibuſque itam junctis ſuper eo Altari poſitis*, & ità qui-

dem, *ita digiti parvi dumtaxat frontem, ſeu medium anterioris partis tabulæ ſeu menſæ Altaris tangant*; & ſex digiti majores, ſcilicet duo indices, duo medii, & duo annulares, extenſi & ſimul juncti menſæ Altaris innitantur, *reſiduo manuum inter Altare, & inter ſe retento, pollice dextero ſuper ſiniſtrum in modum Crucis poſito*, advertendo ſemper, ne parvi digiti, qui extremitatibus ſuis partem menſæ Altaris anteriorem tangunt, ab aliis digitis diſtinguantur.

3. Aliquando ante Altaris menſam unum, duo, vel tria ponuntur antipendia; hoc in caſu digiti parvi non debent tangere partem antipendii anteriorem: alioquin enim alii digiti non ponerentur, ne quidem quoad ſuas extremitates, ſuper Altaris menſam; tunc itaque digiti parvi ponendi ſunt ſuper unum aut plura antipendia, quouſque extremitates parvorum digitorum pertingant ad anteriorem menſæ Altaris partem.

4. Rubr. eod. n. 1. *Quæ OMNIA*, ſcilicet quoad digitos, pollices, & reſiduum manuum, *SEMPER obſervantur, cùm, ſeu quoties manus junctæ* tempore Miſſæ *ſuper Altare ponuntur*. Ut præſens Rubricæ textus benè penetretur, nota, quòd tempore Miſſæ manus junctæ ſeptiès tantùm ponantur ſuper Altare.

1. Ad *Oramus te Domine* hoc loco.
2. Ad *In ſpiritu humilitatis* tit. VII. n. 37.
3. Ad *Suſcipe S. Trinitas* ibid. n. 52.
4. Ad *Te igitur clementiſſime* tit. VIII. n. 5.
5. Ad *Supplices te rogamus* tit. IX. n. 7.
6. Ad Orationes poſt *Agnus Dei* tit. X. n. 54.
7. Ad *Placeat tibi S. Trinitas* tit. XII. n. 1.

5. Dum Hoſtia, antequàm elevetur, eſt adoranda, manus quidem ponendæ ſunt ſuper Altare, ſed non junctæ (de quibus tantùm agit Rubr. ſuprà n. 4.) cùm ſoli digiti poſt indicem utriuſque manûs poſſint & debeant in extremitatibus jungi. En Rubricæ verba

infrà

ſuprà tit. VIII. n. 6. *Celebrans tenens Hoſtiam inter pollices & indices ſuper Altare, reliquis manuum digitis extenſis, & quaſi ſummitatem ſimul junctis.* Manet ergo verum, quòd manus ſimul junctæ ſæpiùs tantùm tempore Miſſæ ponantur ſuper Altare.

6. Et quidem certum eſt, quòd lii *Omnia*, & lii *Semper* ſuprà n. 4. exceptionem patiantur 5. & 6. vice quoad pollices; nam tunc pollex dexter ſuper ſiniſtrum per modum Crucis poni non poteſt; etenim 5. & 6. vice, cùm ſit inter Conſecrationem & ſumptionem, pollices & indices ſibi invicem uniti manere debent, ut hoc tit. [illegible] VIII. n. 6. dicetur.

7. Similiter lii *Omnia* & *Semper* iiſdem 5. & 6. vice exceptionem, ſecundùm aliquos, patiuntur quoad parvos digitos; etiam & tunc, ob majorem erga SS. Sacramentum reverentiam, & ut ſecuriùs conſulatur particulis ſacris, quæ fortè digitis adhæreant, digiti parvi ſint ſupra Altare intra Corporale ponendi.

8. Si enim tunc parvi digiti extra Altare (ut præſcribit Rubr. ſuprà n. 4. in lii *Omnia*, & lii *Semper*) ponerentur, etiam & pollices ac indices uniti ſic ponerentur extra Altare, & conſequenter & extra Corporale, ut patet id prædicenti; id autem non videtur ſufficienter conforme decentiæ tam excellenti Sacramento debitæ.

9. Hoc tantò firmius eſt aſſerendum, tum quia, ſecundùm *Merati*, in hac materia non poteſt nulla diligentia eſſe ſatis; tum quia Rubrica eandem ob cauſam ordinat, quòd, dum utraque, vel ſola manus ſiniſtra inter Conſecrationem & ſumptionem ponenda eſt ſuper Altare, ea tunc poni debeat intra Corporale. Nihilominus oppoſitum

10. Reſolvunt *Gavantus* litt. 2., *Vinitor* §. 44, *Merati* n. 3., & tit. X. n. 9., ac plures alii, ſcilicet, quòd iterum 5. & 6. vice duo digiti minores

tan-

tangere debeant frontem menſæ Altaris, dum manus junctas ponuntur ſuper illud ; nam ab hiſce Rubricæ verbis : *Quo Dominus SEMPER obſervantur* , admitti non poteſt exceptio , niſi ipſa clarè fundetur in Rubrica.

11. Talis quidem exceptio habetur quoad pollices , quòd hi à Conſecratione uſque ad ſumptionem poni non poſſint in modum Crucis ſuprà , ſimilis autem exceptio quoad parvos digitos ponendos ſupra Corporale , ut ſuprà n. 6. vice nullibi in Rubrica fundatur ; proinde non eſt contra hanc ſuprà n. 14. tam apertam Rubricam admittenda.

12. Nec obſtat , quòd Conſecrationem inter & ſumptionem pollices & indices ponendi tunc forent , extra Corporale , prout & alii digiti , ut dicitur ſuprà n. 8. ; nam id Rubricæ ſæpe mandant ; nempe Sacerdos ſe ſignans (quod bis fit Conſecrationem inter & ſumptionem) ſiniſtram ſuper pectus debet infra pectus , proinde extra Corporale. Item dum pectus dexterâ ſemel percutit ad *Nobis quoque peccatoribus* , & ter ad *Agnus Dei* , ac ter ad *Domine non ſum dignus* , & dum folia vertit ſiniſtrâ.

13. Patendum quidem hinc inde nonnulla ſecuriora poſſe præſcribi , ſed dum non ſunt Rubricis conformia , imò dum eiſdem ſunt poſitivè difformia (ùt fit in caſu) illa ſervari non poſſunt , quantumvis ſecuriora , ſed ad ſummum tutiora , dum ſunt præter illas , ut quòd plicatura anterior Corporalis maneat clauſa uſque ad Offertorium , de quo ſuprà tit. III. n. 26. & de cochleari infrà tit. VII. n. 25. non verò contra Rubricas ſunt conſulenda.

14. Rubrica per . . . Sacerdos itaque , Oratione *Aufer à nobis* , ſecretò ſimpliciter finita , manus junctas ſuper Altare (ut n. 2. eſt expoſitum) habeat poſitas , & non antè , ſecretò dicit : *OREMUS TE DOMINE , &c.* ubi dicit : *QUORUM RELIQUIÆ*

(quæ

(quæ poſſunt eſſe Sanctorum oſſa, caro, cineres, vel veſtes, ità *Quarti*) *HIC SUNT*, *oſculatur* (paululùm ab Altari, ùt id aptiùs fiat, recedendo) *Altare*, non in latere, ſed *in medio*, ubi ſunt Reliquiæ, *manibus extenſis æqualiter hinc inde ſuper eo* Altari, ſed extra Corporale, uſque ad pulſum excluſivè *poſitis; quod*, ſeu quæ manuum poſitio ſuper Altare, *ſemper ſervatur*, *quando* Celebrans *oſculatur* (quod fit novies, & ſi detur pax, decies) *Altare*.

15. Rubr. eod. n. 1. *Sed poſt Conſecrationem*, uſque ad Corporis & Sanguinis ſumptionem, manus ponendæ ſunt intra Corporale, & *pollices* (infrà tit. VIII. n. 65.) *ab indicibus non disjunguntur*. Carthuſiani, utì etiam FF. Prædicatores (ait SS. D. *Benedict.* XIV. l. 2. c. 3. n. 12.) non oſculantur Altare, ſed capite inclinato illud ſalutant; qui verò Romano ritu Altare oſculatur, nec Altare, nec Crucem ſalutat: oſculum enim eſt quædam ſalutatio, ùt videre eſt apud *Merati* hìc n. 4. Ità SS. Dom. Vide tit. II. n. 20.

16. Inquirit Sacerdos, quid faciendum, ſi in Altari, in quo nullæ ſunt Reliquiæ reconditæ (licèt habeantur ſupra Altare ad ornatum) ex juſta cauſâ (quæ deberet eſſe valde gravis, ùt licitè fieri poſſet) vel ex diſpenſatione Pontificiâ, ſit celebrandum? ℞. *Hieron. Cartonus* apud *Gavant.*, quòd tunc hæc verba: *Quorum Reliquiæ hìc ſunt*, ſint omittenda, & legendum: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum* (hìc oſculandum Altare) *ut indulgere digneris*, &c. Vide. p. III. tit. X. §. 3. n. 25.

17. *Merati* verò cum variis tenet omnia modo ordinario in caſu eſſe peragenda, acſi adeſſent Reliquiæ; tum quia ſenſus præfatorum verborum eſt hic: *Quorum Reliquiæ hìc ordinariè ſunt*, ſeu ſolent adeſſe; tum quia in precibus Miſſæ nihil poteſt ſinè authoritate Apoſtolicâ mutari. Quia autem caſus ra-

rò vel vix unquàm contingit, eligat Sacerdos, quod convenientiùs judicat, quàmvis propendendum videatur in modum *Cartoni*, quia & hoc antiqua quædam Miſſalia in casûs occurrentiâ ordinant. Ob connexionem materiæ, & ad inſtructionem Sacerdotis addo ſequentia:

18. Cardinalis *Petra* tom. 2. fol. 108. n. 12. refert prohibitam ſub Altari, aut ejus ſcabello, Fidelium ſepulturam c. *Præcipiendum*, causâ 13. q. 2.; additque ſepulturas ità ab Altaribus amovendas, ut Sacerdos celebrans non cogatur pedibus inſiſtere ſuper Defunctorum corpora: cùm enim in primitiva Eccleſiâ Altaria ſuper SS. Martyrum corpora erigerentur, permiſſio ſepulturæ ſub Altari redolebat corporis humani ſanctitatem, & ideo pro communi extitit prohibitum.

19. Hinc *non ſunt conſecranda Altaria, ſub quibus recondita ſunt Defunctorum cadavera*. S. C. Card. 8. Novembr. 1599. Item: *Si ſub Altari, vel ſub ejus gradibus humata ſint Defunctorum cadavera, non eſt celebranda Miſſa, donec aliò transferantur*. S. C. Card. ſuper Negot. Epiſc. 10. Novembr. 1599. Et *Corpora Sanctorum nondum canonizatorum non poſſunt poni ſub Altari*. S. R. C. 16. Octobris 1604. Denique *in Altari, ſub quo ſunt ſepulta cadavera Defunctorum non poteſt celebrari*. S. R. C. 11. Junii 1629.

20. Notat tamen *La Croix* l. 6. n. 1349. Si dicta cadavera ſub Altari, vel ſub ejus gradibus ſint humata profundè in cella aliquâ ſub alio fornice conſtructâ, videntur ſatis ſeparata ab Altari; nec ullo modo ſuper illa cadent verba Sacerdotis ad Introitum, oſculando Altare, dicentis: *Quorum Reliquiæ hîc ſunt*. Plura habet *Baruffaldus* de Exeq. tit. 34. n. 85., & n. 104.

21. Rubr. eod. n. 1. *In omni etiam deoſculatione, ſive Altaris, ſive libri, ſive alterius rei, non producitur*, ſen-

ſenſus eſt: In nulla deoſculatione producitur (quia *Omnis non* idem eſt quod *nullus*) *ſignum Crucis pollice vel manu ſuper id, quod oſculandum eſt*

22. Rubr. n. 2. Celebrans, *oſculato Altari, accedit* ſine ulla Cruci inclinatione (quia ſeſe per oſculum eidem Cruci inclinavit tit. II. n. 20.) ſed manibus ante pectus junctis, & naturaliter ambulando, ideoque ſiniſtrum ſuum latus vertendo ad Altare, *accedit*, inquam, *ad cornu ejus ſiniſtrum.*

23. Uſque ad finem fermè ſæculi XV. pars illa Altaris, quæ eſt ad cornu Epiſtolæ, dicebatur ejus dextra, idque ex manu dextrâ Sacerdotis ad Altare converſi; at in Pontificali, Romæ 1485. edito, ordinatum eſt, ut pars Altaris dextra & ſiniſtra eſſet illa, quæ eſt dextra & ſiniſtra reſpectu Crucifixi in medio Altaris collocati. Hinc nunc ſiniſtra Altaris pars eſt cornu Epiſtolæ, & dextra cornu Evangelii. SS. D. *Benedictus* XIV. 2. c. 4. n. 1.

24. Et ideò Rubrica eod. n. 2. exponens quæ ſit pars, ſeu cornu Altaris ſiniſtrum, addit: *Id eſt ad cornu Epiſtolæ.* Hoc ſemel pro ſemper notandum, ut bene intelligantur Antiquorum ſcripta. Sic *Micrologus* c. 9. ait: *Ad SINISTRUM verò cornu* (ſiniſtram partem intellige, non reſpectu Crucifixi, ſed quæ Sacerdotis manui ſiniſtræ reſpondet) *habent* Sacerdotes *librum, cùm legunt Evangelium, vel cùm ſacrificant.* Non mirum, quia Author ille ſcripſit diu ante A. 1485.; nos verò nunc diceremus: *Ad DEXTRUM verò cornu*, &c.

25. Rubr. eod. n. 2. *Ubi ſtans* erectus, ac facie *versùs Altare, & producens* ſibi *à fronte ad pectus*, & à ſiniſtra ad dextram *ſignum Crucis*, ut tit. III. n. 8., *incipit intelligibili voce INTROITUM Miſſæ, & eâdem* ſonorâ voce *proſequitur junctis* ante pectus *manibus*. Sibi igitur caveat Sacerdos, nè Introitum, quando eum novit memoriter, feſtinandi gratiâ, incipiat,

dum ambulando tendit versùs cornu Epiſtolæ.

26. Rubr. eod. n. 2. *Cùm* ad Introitum *dicit* GLORIA PATRI, *tenens*, id eſt, retinens *junctas* ante pectus *manus*, *caput* (ſeu aliqualiter humeros cum capite) *inclinat versùs Crucem*. Ità contra *Gavantum* docent *Merati*, & ab eo citati *Bauldry*, *Angelus*, *Tonellius*, *A Portu*, &c.; quia ſic motus eſt facilior & naturalior, ut ſignificetur intenta erga Crucem in medio Altaris poſitam reverentia.

27. Rubr. eod. n. 2. *Cùm repetit Introitum, non ſignat ſe, ùt priùs*, quia jam non incipit, ſed continuat Miſſam. *Et eo* Introitu totaliter *repetito*, tunc, non verò priùs, *junctis manibus ante pectus* manentibus, *accedit ad medium Altaris*, naturaliter ambulando, & idcirco dextrum latus ad Altare volvendo.

28. Rubr. eod. n. 2. *Ubi ſtans* erectus facie *versùs illud* Altare, *ſimiliter* & *manibus junctis* manentibus, caput Cruci inclinat inclinatione infimarum maximâ. Ità conſecutivè Rubrica. Vide tit. II. n. 20. & 23., quàmvis hoc loco ipſa id directè non præſcribat.

29. Rubr. eod. n. 2. Dein poſt capitis inclinationem & (N. B.) non priùs, *dicit eâd.* intelligibili *voce ter* KYRIE ELEISON, *ter* CHRISTE ELEIS. *& iterum ter* KYRIE ELEIS., *alternatim* miſericordiam *cum miniſtro* à 3. Perſonis Divinis petendo contra triplicem miſeriam ignorantiæ, culpæ, & pœnæ. *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 4. O. De *Kyrie*, quod dicitur in Quat. Temp. vide tit. V.

30. Errant proinde, qui, causâ citiùs abſolvendi, *Kyrie* incipiunt ambulantes, & antequàm ad medium Altaris pervenerint; multò autem magis errant, qui Introitum repetentes pergunt ad medium Altaris: apertè enim ambo operantur contra citatam Rubricam. *Si miniſter*, pergit Rubr. eod. n. 2., *vel qui interſunt, Celebranti non reſpondeant, ipſe ſolus novies*

dicit

dixit KYRIE, *&c.* Vide fol. 85. n. 8. & ſeqq.

31. Rubr. n. 3. *Dicto ultimo* KYRIE ELEISON, Sacerdos olim *Gloria in excelſ.* (dum erat dicendum) dicebat pro ſuo libitu vel in medio Altaris, vel in cornu Epiſtolæ, quod ultimum adhuc faciunt *Carthuſiani* & FF. *Prædicatores*; hoc verò tempore Hymnus ille in medio Altaris dicendus eſt juxta ritum Romanum, qui à ſæculo XIII. invaluit, teſte *Durando* l. 4. c. 13. Hinc ait

32. Rubr. eod. n. 3. *Sacerdos*, manens *ſtans in medio Altaris*, erectus corpore & capite, *& manus* ſuas (quas hactenus ante pectus junctas habuit) ab invicem (ad lii *Gloria*) *extendens* ſeu dividens, *elevanſque* eas, ut ſenſus ſit: manus elevando extendens, & extendendo elevans *uſque ad humeros*, & non ultra eorum latitudinem, aut altitudinem, *voce prædictâ* (quâ clarè dixit *Kyrie*) *incipit*, *ſi* (de quo fol. 86. n. 11.) *dicendum ſit*: GLORIA IN EXCELSIS.

33. Itaque indifferens planè eſt, an in Rubrica lii *Extendens* prius ponatur, & deinde lii *Elevans*, ut hoc loco ponit Rubrica ad *Gloria*; an verò prius dicatur *Elevans*, deinde *Extendens*, ut infrà tit. VI. n. 3. in Rubrica habetur ad *Credo*; nam hæc differentia merè caſu contigit, & ſine myſterio: proinde ad initium ipſius *Gloria in Excelſis*, & *Credo* manus eodem planè modo ſunt extendendo ſeu dividendo elevandæ, & elevando extendendæ.

34. Rubr. eod. n. 3. *Quod*, id eſt, hæc elevatio (de extenſione tit. V. n. 1.) manuum, quæ fit uſque ad ſolos humeros (dum Celebrans dicit: *Gloria in excel.*) *in omni* aliâ *manuum elevatione*, quæ fit tempore Miſſæ, *obſervatur*, ſeu obſervari debet, utique elevando ubique eas uſque ad humeros tantùm.

35. Rubr. eod. n. 3. *Cùm dicit* DEO, duo ſigna præſtare debet Sacerdos: primò elevatas & extenſas *jungens* ante pectus *manus*; ſecundò *caput* ſuum

 Cruci

Cruci inclinat inclinatione minimarum maximâ; numquàm tamen elevantur oculi, imò nec caput. Ad hoc reflectat juvenis Sacerdos.

36. Rubr. eod. n. 3. *Quo capite erecto, ſtans, junctis manibus ante pectus, proſequitur* (Hymnum *Gloria*) *uſque ad finem. Cùm dicit* 1. *ADORAMUS TE*, 2. *GRATIAS AGIMUS TIBI* (lii *Propter magnam gloriam tuam*, id eſt, propter gratiam & miſericordiam erga nos ſuperabundantem, quæ vertitur Chriſto in gloriam. Ità ad Rom. 3. *Omnes peccaverunt, & egent gloriâ Dei.*) & 3. *JESU CHRISTE*, 4. *SUSCIPE DEPRECAT. NOSTRAM*, & 5. *iterum JESU CHRISTE*, Celebrans *caput* ſuum *Cruci inclinat*; ùt n. præc., ſed parùm profundiùs ad nomen *Jeſu*, quàm ad alia.

37. Rubr. eod. n. 3. *Cùm* Celebrans *dicit in fine, CUM S. SPIRITU, ſe ipſum à fronte* ſuâ *ad pectus ſignat* ſigno Crucis; *interim*, dum ſe ſignat ab humero ſiniſtro ad dextrum, *abſolvens* hæc 5 verba, *IN GLORIA DEI PATRIS, AMEN.*

38. Proin non poſſunt jungi manus in verbo *Amen*; hoc enim verbum, juxta Rubricam, abſolvi debet tempore, quo cum dextra producit formam Crucis, ùt indicant hæc Rubricæ verba: *Interim abſolvens*; nec jungi debent manus inter *Amen* & oſculum Altaris, tum quia hæc junctio non requiritur ad complendum Crucis ſignum; tum quia actus foret ſuperfluus, cùm immediatè disjungendæ eſſent manus: hinc talis junctio non eſt præcepta.

TITULUS QUINTUS
DE ORATIONE.

1. RUbr. n. 1. *Dicto Hymno: GLORIA IN EXCELSIS, vel, ſi non ſit dicendus, eo omiſſo,*

Cele-

Celebrans oſculatur Altare in medio, manibus hinc inde ſuper eo, ut ſuprà tit. IV. n. 14. extra Corporale *extenſis. Tum illis ante pectus junctis, & dimiſſis* (non tamen clauſis) *ad terram* ex modeſtia *oculis, vertit ſe à ſiniſtro* Altaris *latere* (vide tit. præc. n. 23.) *ad dextrum versùs populum, hoc eſt, per eam partem, quâ reſpicit cornu Epiſtolæ,* ſiſtens ſe in medio circuli.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et* ibidem *extendens,* ſeu ab invicem ſeparans, *ac* illico ſinè elevatione, ſed per eamdem, quâ eas diviſit, lineam *jungens manus* ſuas *ante pectus,* ut priùs tit. III. n. 30. *dicit voce prædictâ* (quâ totum dixit *Gloria in excelſ.*) *DOMINUS VOBISCUM* in plurali, licèt unus tantùm (imò licèt nullus) adſit. Vide tit. II. n. 5.

3. Rubr. eod. n. 1. *Vel, ſi ſit Epiſcopus,* aut alius habens illud privilegium, tunc ipſe dicit: *PAX VOBIS* (*quod dicitur tantùm hoc* Miſſæ *loco,* & non in aliis, idque ſolummodò in diebus lætitiæ, *quando in eadem* Miſſa *dictus eſt Hymnus* GLORIA IN EXCELSIS; aliàs namque, ſcilicet in Miſſis *de Requiem,* in Votivis communibus, & in iis, quæ fiunt in paramentis Violaceis, Epiſcopus dicit hoc loco: *Dominus Vobiſcum*) ℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

4. Notet Sacerdos, quòd ſub hac, & aliâ ſimili ſalutatione, non inclinet caput vel manus ad populum; neque Altari, quod à tergo relinquit, innitatur, nè compliceturt, cum detrimento & indecore, Planeta, ſed ab Altari ſe aliquantulum elonget.

5. Lic: *Dominus vobiſcum* poſt *Kyrie,* vel poſt *Gloria in Excelſ.* olim non in medio Altaris diceretur, nec à medio Altaris Sacerdos ſe ad populum ſalutandum converteba; ſed, ut nunc adhuc fit à Carthuſianis, Carmelitis Calceatis & FF. Prædicatoribus, dicebatur dicta ſalutatio ad cornu Epiſtolæ; nunc verò 500. anni ſunt, vel aliquantò ampliùs, cùm à medio Altaris Sacerdos ad populum converſus dicit:

Dominus vobiſcum. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 6. n. 21.

n. 6. *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 5. ad 6. ait: *Quinquies ſe Sacerdos* in Miſſa *vertit ad populum.... Salutat autem ſeptiès populum, ſcilicet quinque vicibus quibus ſe convertit ad populum: & bis quando ſe non convertit, ſcilicet cùm ante Præfationem* (infrà tit. VII. n. 66.) *dicit; DOMINUS VOBISCUM, & cùm dicit: PAX DOMINI SIT SEMPER* &c., infrà tit. X. n. 30.

7. At Doctor Angel. ibid. & a. 4. in Corp. agit de Miſſa, ùt incipit ab Introitu; & ùt tunc erat in Ordinario ſui Ordinis; proin non enumerat ſalutationem populi, quæ modò fit in Miſſa more Romano ante Orationem; *Aufer à nobis*; nam in Ordinario Dominicanorum ad Introitum nullus, ait *Soto* 4. d. 13. q. 2. ar. 4. recitatur Pſalmus, nec ſalutatur tunc populus, ſed brevìſſima fit confeſſio.

8. Inſuper totam Miſſæ celebrationem *S. Thomas* a. 4. in fine Corp. terminat *in gratiarum actione..., populo exultante pro ſumptione Myſterii* (*quod ſignificat cantus poſt Communionem*) *& Sacerdote per Orationem* (quæ dicitur *Poſtcommunio*) *gratias offerente, ſicut & Chriſtus, celebratâ canâ, cum Diſcipulis Hymnum dixit, ùt dicitur Matth. 26.*; Proin *S. Thomas* nil habet de benedictione, nil de ult. Evangelio, & nil de ſalutatione populi ante utrumque Evangelium.

9. Si autem loqui velimus exactè, proùt Miſſa (quæ à *S. Pio V.* in Miſſali Romano præſcripta eſt) dirigi, ac executioni mandari debet, dicendum eſt primò, quòd Sacerdos ſexies in Miſſâ ſe vertat ad populum, ſcilicet:

1. Ante Orationem. 4. Ante Poſtcommun.
2. Ante Offertorium. 5. Poſtcommun. finitâ.
3. Ad *Orate Fratres.* 6. Ad benedictionem.

10. Dicendum 2., quòd Celebrans tempore Miſſæ novies (ſi verba Sacerdotis *Orate fratres*, ùt ea

videtur. S. Thomas ſuprà accepiſſe), & Benedicat vos, &c. pro ſalutatione ſumantur, undecies) populum ſalutet, ſcil. ſexies, quibus ſeſe ad populum vertit n. præc. & quinquies ſeſe non vertendo, ſcil.

1. Ante Aufer à nobis. 3. Ad Præfationem.
2. Ad primum Evangel. 4. Ad Pax Domini, &c.
5. Ante ultimum Evangelium.

11. Rubr. eod. n. 1. *Et junctis, ut priùs, manibus revertitur per eamd. viam ad librum* in cornu Epiſtolæ, *ubi eas extendens*, ſeu ab invicem ſeparans verſùs latera ſua, & illicò iterum per eamd. lineam eaſd. *jungens ante pectus, caputque*, ſeu aliquatenùs corpus cum capite *Cruci inclinans, dicit* voce clarâ OREMUS, per hoc invitans alios ad Orationem.

12. Rubr. eod. n. 1. *Tum extendit* iterùm *manus ante pectus ità, ut palma unius manûs reſpiciat alteram, & digitis* (qui nullum inter ſe, ait *Caſtaldus* l. 2. c. 8. n. 12. ſpatium relinquant) *ſimul junctis, quorum ſummitas humerorum altitudinem, diſtantiamque* eorumdem humerorum *non excedat, quod in omni extenſione manuum ante pectus ſervatur.* Vide tit. præc. n. 3.

13. Rubr. eod. n. 1. *Stans autem* Sacerdos, *ut ſuprà* n. præc. *extenſis manibus, dicit* clarâ voce *Orationem*; & dum ſub ea eſt folium aliquod vertendum, vel id fit utrâque manu, vel, ſi cum una fiat, alteram interim ſuper librum, aut Altare ponat.

14. Rubr. eod. n. 1. *Cùm* Celebrans *dicit*, ſeu incipit dicere Orationis concluſionem: PER DOMINUM NOSTRUM, tunc *jungit* ante pectus ſuas *manus, eaſque junctas tenet uſque ad* (N. B.) concluſionis *finem*; proinde tempore concluſionis, non eſt licitum manibus uti ad quidquam faciendum.

15. Rubr. eod. n. 1. *Si aliter, concluditur Oratio*, ſcil. QUI TECUM, *vel* QUI VIVIS (de qua fol. 112. n. 90.) tunc, *cùm dicit* Sacerdos: IN UNITATE, illicò *jungit manus*. Et ſub hac duplici conclu-

clu-

alluſione caput non movet, neque ad Crucem illud convertit, ut aliquando fit abuſivè. Ratio eſt, quia non nominatur in hac concluſione nomen *Jeſu*.

16. Rubr. n. 2. *Cùm in Orationibus nominatur nomen JESUS, Sacerdos caput*, ſeu aliqualiter corpus cum capite, *versùs Crucem*, quia ipſa imago Chriſti eſt, *inclinat*; hæc porrò inclinatio, vi Rubricæ, eſt tranſiens tantùm, & non durat (ùt durat conjunctio manuum n. 14.) uſque ad concluſionis finem, quod tamen vult *Merati* n. 10.

17. Rubr. eod. n. 2. *Quod*, ſeu quam versùs Crucem capitis inclinationem, *etiam* Celebrans *facit*, cùm idem nomen *JESU nominatur in Epiſtola*, ùt 3. Aug., & 26. Decemb.; dum verò ad cornu Evangelii pronuntiatur idem SS. Nomen, fit inclinatio versùs librum, infrà tit. VI. n. 19.

18. Rubr. eod. n. 2. *Et ſimiliter, ubicumque nominatur nomen beatæ Mariæ* (ſcilicet ſub nomine *Mariæ*, non ſub alio nomine) *vel Sanctorum* aut Beatorum, *de quibus dicitur Miſſa, vel fit commemoratio*, capitis fit inclinatio minimarum media ad nomen *Mariæ*, ſed ad nomen aliorum Sanctorum & Beatorum, minimarum infima; ſemper autem versùs librum.

19. Nomine commemorationis non veniunt ſuffragia communia, quæ habentur in Oratione *A cunctis* (cujus *Innocentius* III. eſt author, ùt refert SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 5. n. 2.) in qua ad ſanctum nomen *Mariæ* tantùm, non verò ad nomen SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, vel aliorum Sanctorum inclinatur caput.

20. Itàque nomine commemorationis veniunt illi Sancti aut Beati, de quibus recolitur ſpecialis memoria in Oratione, vel quia de illis illâ die occurrit Feſtum, aut Simplex, aut Semiduplex, aut Duplex, aut dies infra Octavam, aut de illo Sancto dicitur Miſſa Votiva.

21. Et

Celebrans oſculatur Altare in medio, manibus hinc inde ſuper eo, ut ſuprà tit. IV. n. 14. extra Corporale *extenſis: Tum illis ante pectus junctis, & demiſſis* (non tamen clauſis) *ad terram* ex modeſtia *oculis, vertit ſe à ſiniſtro* Altaris *latere* (vide tit. præc. n. 23.) *ad dextrum verſus populum, hoc eſt, per eam partem, quâ reſpicit cornu Epiſtolæ,* ſiſtens ſe in medio circuli.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et ibidem extendens,* ſeu ab invicem ſeparans, *ac* illico ſinè elevatione, ſed per camdem, quâ eas diviſit, lineam *jungens manus* ſuas *ante pectus,* ut priùs tit. III. n. 30. *dicit voce prædictâ* (quâ totum dixit *Gloria in excelſis*) DOMINUS VOBISCUM in plurali, licèt unus tantùm (imò liceat nullus) adſit. Vide tit. II. n. 5.

3. Rubr. eod. n. 1. *Vel, ſi ſit Epiſcopus,* aut alius habens illud privilegium, tunc ipſe dicit: PAX VOBIS (*quod dicitur tantùm hoc* Miſſæ *loco,* & non in aliis, idque ſolummodò in diebus lætitiæ, *quando* in eadem Miſſa *dictus eſt Hymnus* GLORIA IN EXCELSIS; aliàs namque, ſcilicet in Miſſis *de Requiem,* in Votivis communibus, & in iis, quæ fiunt in paramentis Violaceis, Epiſcopus dicit hoc loco: *Dominus vobiſcum*) ℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

4. Notet Sacerdos, quòd ſub hac, & aliâ ſimili ſalutatione, non inclinet caput vel manus ad populum; neque Altari, quod à tergo relinquit, innitatur, ne compliceatur, cum detrimento & indecore, Planeta, ſed ab Altari ſe aliquantulum elonget.)

5. Illi: *Dominus vobiſcum* poſt *Kyrie,* vel poſt *Gloria in Excelſis* olim non in medio Altaris dicebatur, nec à medio Altaris Sacerdos ſe ad populum ſalutandum convertebat; ſed, ut nunc adhuc fit à *Carthuſianis, Carmelitis* (Calceatis) & FF. *Prædicatoribus,* dicebatur dicta ſalutatio ad cornu Epiſtolæ: nunc verò 100. anni ſunt, & quidem pauló ampliùs, cùm à medio Altaris Sacerdos ad populum converſus dicit *Do-*

Dominus vobiſcum. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 6. n. 21.

n. 6. *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 5. ad 6. ait: *Quinquies ſe Sacerdos* in Miſſa *vertit ad populum.... Salutat autem ſepties populum*, *ſcilicet quinque vicibus quibus ſe convertit ad populum: & bis quando ſe non convertit, ſcilicet cùm ante Præfationem* (infrà tit. VII. n. 66.) *dicit; DOMINUS VOBISCUM, & cùm dicit: PAX DOMINI SIT SEMPER* &c., infrà tit. X. n. 30.

7. At Doctor Angel. ibid. & a. 4. in Corp. agit de Miſſa, ùt incipit ab Introitu; & ùt tunc erat in Ordinario ſui Ordinis; proin non enumerat ſalutationem populi, quæ modò fit in Miſſa more Romano ante Orationem; *Aufer à nobis*; nam in Ordinario Dominicanorum ad Introitum nullus, ait *Soto* 4. d. 13. q. 2. ar. 4. recitatur Pſalmus, nec ſalutatur tunc populus, ſed brevisſima fit confeſſio.

8. Inſuper totam Miſſæ celebrationem *S. Thomas* a. 4. in fine Corp. terminat *in gratiarum actione..., populo exultante pro ſumptione Myſterii* (*quod ſignificat cantus poſt Communionem*) *& Sacerdote per Orationem* (quæ dicitur *Poſtcommunio*) *gratias offerente; ſicut & Chriſtus, celebratâ canâ, cum Diſcipulis Hymnum dixit, ùt dicitur Matth. 26.*; Proin *S. Thomas* nil habet de benedictione, nil de ult. Evangelio, & nil de ſalutatione populi ante utrumque Evangelium.

9. Si autem loqui velimus exactè, proùt Miſſa (quæ à *S. Pio V.* in Miſſali Romano præſcripta eſt) dirigi, ac executioni mandari debet, dicendum eſt primò, quòd Sacerdos ſexies in Miſſâ ſe vertat ad populum, ſcilicet:

1. Ante Orationem. 4. Ante Poſtcommun.
2. Ante Offertorium. 5. Poſtcommun. finitâ.
3. Ad *Orate Fratres*. 6. Ad benedictionem.

10. Dicendum 2., quòd Celebrans tempore Miſſæ novies (ſi verba Sacerdotis *Orate fratres*, ùt ea

ad cornu Epiſtolæ, ubi ſtans ante librum extenſis & junctis ante pectus manibus, & caput, ſeu aliqualiter corpus cum capite, *Cruci inclinans,* ſuprà n. 11. *dicit* voce clarâ & ordinariâ *OREMUS;* ſtatim eâdem voce addens: *FLECTAMUS GENUA*, quod in Quat. Temp. poſt Dom. Pentec. omittitur.

31. Rubr. eod. n. 4. *Et illicò, manibus ſuper Altare,* intermedio libro, *extenſis, ut ſe ipſum ad Altare ſuſtineat* (quod ſemper facit, dum ad Altare genuflectit, & ſinè mora ſurgit) *genu* dextro tantùm (ùt contra *Alcocer* docent Ritualiſtæ communiter) *flectit, & , ſinè mora ſurgens, eâdem voce miniſtro reſpondente, LEVATE, manibus extenſis dicit* Sacerdos *Orationem,* ùt *ſuprà* n. 13., *& in concluſione eas* manus (ùt in conſuetis Orationibus ſolet facere) *jungit*.

32. Rubr. eod. n. 4. *Dum autem legit Prophetias, tenet manus ſuper librum, vel* ſuper *Altare poſitas ùt mox dicetur de Epiſtola.* Omnibus proinde finitis, tendit, manibus ante pectus junctis, ad medium Altaris, ibidem dicturus *Dominus vobiſcum,* vel (ùt Feriâ IV. & Sabbato poſt Pentec.) *Gloria in excelſis.*

TITULUS SEXTUS

DE EPISTOLA, GRADUALI, ET ALIIS USQUE AD OFFERTORIUM.

1. RUbr. n. 1. *Dictis* itàque unâ vel pluribus *Orationibus*, ſi plures ſint dicendæ, *Celebrans, poſitis ſuper librum, vel ſuper Altare manibus, ità ut palmæ* manuum *librum tangant, vel (ùt placuerit) manibus librum,* ob majorem ſuam commodiatem, *tenens* (modò alterutram manum in aëre ſuſpenſam numquàm habeat) *legit Epiſtolam intelligibili* ſeu clarâ *voce*; & in fine Epiſtolæ aliqualiter mutat tonum, aut reſpicit ad miniſtrum. *Et ſic expeditiùs reſpondetur à miniſtro; DEO GRATIAS.*

2. Rubr.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et Celebrans*, finitâ Epiſtolâ, *ſimiliter ſtans eodem modo*, eodemque tono, *proſequitur Graduale*, *ALLELUJA*, *& Tractum*, *ac Sequentiam*, *ſi &* quando prædicta omnia vel aliqua eorum *dicenda ſunt*, de quibus dictis in propriis locis ſuprà fol. 123. n. 3., & ſeqq. actum eſt.

3. Rubr. eod. n. 1. *Quibus dictis*, *Sacerdos ſi privatim celebret*, *ipſemet*, *ſeu miniſter portat librum Miſſalis ad alteram partem Altaris in cornu Evangelii*; *&*, *dum* cum libro *tranſit ante medium Altaris*, *caput Cruci inclinat* inclinatione minimarum maximâ, *&* procedit ad cornu Evangelii, ubi *Miſſale ſic* obliquè *locat*, *ut poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu Altaris* poſterius *& non ad parietem*, *ſive ad partem ejus contra ſe directam*, ùt Miſſale locatum fuit in cornu Epiſtolæ.

4. Rubr. n. 2. Sic itàque *locato Miſſali in Altari*, *Celebrans*, ſi ipſe ſuis manibus detulit librum ad cornu Evangelii, *redit* manibus junctis *ad medium Altaris*; ſi verò Celebrans non detulit Miſſale, ùt ex majori decentiâ deferre debet miniſter, ſi poteſt, tunc, junctis ante pectus manibus, procedit à cornu Epiſtolæ ad Altaris medium.

5. Rubr. eod. n. 2. *Ibique ſtans junctis* manentibus *manibus ante pectus*, non verò (notet Sacerdos) ſuper Altare poſitis, *levatiſque* (ſinè elevatione capitis) *ad Deum* (ad Crucifixi imaginem) *oculis*, *& ſtatim demiſſis*, *tum*, pro Evangelio fructuosè legendo ſe paraturus, *profundè* corpore *inclinatus dicit* (& non antè) *ſecretò*: *MUNDA COR MEUM*. Quæ duobus numeris ſequentibus dicuntur, in Miſſis *de Requiem* omittuntur, ùt habet Rubrica infrà tit. XIII. n. 2.

6. Rubr. eod. n. 2. *Et*, cùm dictam Orationem abſolvit, eâdem ſubmiſſâ voce, manens profundè inclinatus, dicit: *JUBE DOMINE* (quia Deum alloquitur) *BENEDICERE*; non verò poteſt dicere *Jube Domne*, prout Diaconus dicit, dum ante

Evan-

Evangelium petit à Celebrante benedici juxtà hunc communem verſiculum:

Cæleſtem DOMINUM; terreſtrem dicite DOMNUM

7. Rubr. eod. n. 2. Dum itàque Celebrans in Miſſa dicit: *Jube Domine*, &c., ipſe manens in eodem ſitu, eâdem ſubmiſſâ voce ſibi ipſi illicò reſpondet: *DOMINUS SIT IN CORDE MEO*, &c. uſque ad finem, *ut in Ordinario* Miſſæ.

8. Quàmvis autem, juxta S. R. C. 14. Aug. 1663. in Miſſa privatâ Paſſio legi debeat in cornu Evangelii; hæ tamen Orationes: *Munda cor meum*, & *Jube Domine* dicuntur quidem in medio Altaris, ſed non ad initium Paſſionis, aſt ad ejus finem; hinc finito in Miſſa privatâ Tractu (Feriâ III. finito Graduali) Sacerdos tendit ad medium Altaris, & inde ſine morâ, factâ tamen Cruci capitis inclinatione, tendit ad cornu Evangelii, ubi librum inveniens à miniſtro deportatum (in cujus defectum id ipſe Celebrans facit) illicò manibus junctis incipit dicere: *Paſſio Domini*, abſque eo, quòd ſe aut librum ſignet.

Hæ tres notulæ ✠. C. S. (quæ in Miſſali intra Paſſionem habentur Dominicâ Palmarum, & Feriâ III. IV. & VI. ſeq.) non ſunt admodùm antiquæ; incertum tamen habent Authorem. Puto dictas notulas ſignificare ✠. *Chriſtum*, C. *Chroniſtam*, S. *Synagogam*. Alii *Chriſtum* intelligunt, *Cantorem*, & *Succentorem*. Hæc vox non eſt nova, aut recens in Eccleſia Latinâ. Legitur inter dignitates Cathedralis *Averſana* in inſtrumento cum FF. Minoribus confecto 1234. apud *Waddingum* in Regeſto B. 17. Ità *Galvantus* p. 4. t. 7. n. 17.

9. Rubr. eod. n. 2. *Quibus dictis* Celebrans elevat ſe, &c, abſque eo quòd Cruci aliam faciat reverentiam (quia eamdem per profundam corporis inclinationem abundè exhibuit) *vadit ad librum Miſſalis, ubi ſtans verſus illum librum* obliquè in Altari poſi-

tum

tum (adeoque & ipſe Celebrans ſtat obliquè, facie versâ ad Evangelii cornu) *junctis manibus ante pectus*, corpore & capite erectus, non autem brachiis incumbens Altari, *dicit intelligibili* ſeu ordinariâ *voce* (non disjungens manus) *DOMINUS VOBISCUM*, ut populus fiat attentior ad Evangelium: ℟. *ET CUM SPIRITU TUO.*

10. Rubr. eod. n. 2. *Deinde* Sacerdos disjungit manus, ponendo ſiniſtram ſuper librum, & *pollice*, ſeu pulpâ pollicis *dextræ manûs* (eam totaliter extendens, & quatuor digitos ſibi junctos tenens ac palmam ad librum convertens) *ſigno* parvo *Crucis* (faciendo tamen duas lineas diſtinctas, alteram rectam alteram tranſverſam) *ſignat primò librum ſuper principio Evangelii, quod eſt lecturus.*

11. Rubr. eod. n. 2. *Poſteà*, ponens ſiniſtram infra pectus, eodem pollice *ſe ipſum* ſignat triplici diſtincto Crucis ſigno, ſcilicet primò *in fronte*, ſecundò in *ore*, *&* tertiò in *pectore*, *dicens*: *SEQUENTIA*, vel *INITIUM S. EVANGELII*, *&c.* ℟. *GLORIA TIBI DOMINE.*

12. Rubr. eod. n. 2. *Tum* Sacerdos, *junctis iterum manibus ante pectus, ſtans, ut ſuprà n. 9. proſequitur Evangelium* (quod in Eccleſiæ primordiis ex Traditione Apoſtolicâ, teſte *S. Juſtino* Apolog. 2., legi cœptum eſt) *uſque ad finem.* Et certè Evangelium majori pausâ & diſtinctione, quàm alia, quæ clarâ dicuntur voce, pronuntiandum eſt. Quomodò ſe gerere debeat Sacerdos, dum tempore, quo legit Evangelium, ſe inclinare aut genuflectere debet, vide n. 19. & 20., & p. II. II. tit. VI. n. 17.

13. Rubr. eod. n. 2. *Quo* Miſſæ Evangelio *finito, miniſter ſtans*, (ut ex vetuſtiſſimâ conſuetudine & ipſe populus, dum legitur Evangelium, ſtat, qui per hoc ſe ad ſervanda mandata oſtendit paratum) *in cornu Epiſtolæ poſt infimum gradum Altaris*, ℟. *LAUS TIBI CHRISTE.*

14. Rubr. eod. n. 2. *Et Sacerdos elevans* (proinde id non eſt omittendum) *parumper librum*, ſed ſine cuſſino aut pulpito, & aliquantulùm ſe inclinans, *oſculatur* (abſque ulla Crucis productione, neque ſuper librum, neque ſuper ſe ipſum) *principium* (non verò finem) *Evangelii* à ſe recitati, *dicens*, non altâ, ſed ſubmiſsâ voce, *PER EVANGELICA DICTA, &c.*

15. Hanc Oratiunculam, ſive totam ante, ſive totam poſt oſculum, ſive partim ante, ſive partim poſt oſculum proferat Celebrans, ſecundùm Ritualiſtas paſſim, ſit ſatis Rubricæ; ultimus tamen ritus videtur exactior. Notet autem hoc loco Sacerdos, quòd, antequàm librum ad oſculandum elevet, prius, ſi opus ſit, invertat manu dextrâ paginam (ſiniſtrâ vel adjuvante, vel poſitâ ſuper Altare) ut habeat principium Evangelii, quod oſculetur.

16. Rubr. eod. n. 2. *Præterquàm in Miſſis Defunctorum*; nam tunc oſculum, & prædicta Oratiuncula *Per Evangelica dicta, &c.* omittuntur. *Et* præterquàm ſeu, *niſi celebret coram Summo Pontifice, Cardinali, &c Legato Sedis Apoſtolicæ, vel Patriarchâ, Archiepiſcopo, & Epiſcopo, in eorum reſidentiis*, ſeu ubi juriſdictionem ipſi habent.

17. Rubr. eod. n. 2. *Quo caſu*, ob reverentiam Prælatis debitam, *defertur cuilibet* (id eſt, uni tantùm, ſi ſimul plures adſint, & quidem digniori ſolummodò; nulli autem, ſi plures adſint æquales) *prædictorum oſculandus liber*. Ità hæc Rubrica exponenda eſt, & ſic præſcribit *Cærem. Epiſ.* l. 1. c. 30. §. 3.

18. Rubr. eod. n. 2. *Et Celebrans tunc* (etiamdum, ob æqualitatem Prælatorum, nullus eorum oſculatus eſt librum *Cærem. Epiſc.* ſuprà) *non oſculatur illum* librum, *nec dicit: PER EVANGELICA DICTA, &c.*; quia hæc verba dicuntur ab illo tantùm, qui librum oſculatur.

T 19. Rubr.

tum (adeoque & ipſe Celebrans ſtat obliquè, facie verſâ ad Evangelii cornu) *junctis manibus ante pectus*, corpore & capite erectus, non autem brachiis incumbens Altari, *dicit intelligibili* ſeu ordinariâ *voce* (non disjungens manus) *DOMINUS VOBISCUM*, ut populus fiat attentior ad Evangelium: ℟. *ET CUM SPIRITU TUO.*

10. Rubr. eod. n. 2. *Deinde* Sacerdos disjungit manus, ponendo ſiniſtram ſuper librum, & *pollice*, ſeu pulpâ pollicis *dextræ manûs* (eam totaliter extendens, & quatuor digitos ſibi junctos tenens ac palmam ad librum convertens) *ſigno* parvo *Crucis* (faciendo tamen duas lineas diſtinctas, alteram rectam alteram tranſverſam) *ſignat primò librum ſuper principio Evangelii, quod eſt lecturus.*

11. Rubr. eod. n. 2. *Poſteà*, ponens ſiniſtram infra pectus, eodem pollice *ſe ipſum* ſignat triplici diſtincto Crucis ſigno, ſcilicet primò *in fronte*, ſecundò in *ore*, *&* tertiò in *pectore*, *dicens*: *SEQUENTIA*, *vel INITIUM S. EVANGELII*, *&c.* ℟. *GLORIA TIBI DOMINE.*

12. Rubr. eod. n. 2. *Tum* Sacerdos, *junctis iterum manibus ante pectus*, *ſtans*, *ut ſuprà* n. 9. *proſequitur Evangelium* (quod in Eccleſiæ primordiis ex Traditione Apoſtolicâ, *teſte S. Juſtino* Apolog. 2., legi cœptum eſt) *uſque ad finem.* Et certè Evangelium majori pausâ & diſtinctione, quàm alia, quæ clarâ dicuntur voce, pronuntiandum eſt. Quomodò ſe gerere debeat Sacerdos, dum tempore, quo legit Evangelium, ſe inclinare aut genuflectere debet, vide n. 19. & 20., & p. II. II. tit. VI. n. 17.

13. Rubr. eod. n. 2. *Quo* Miſſæ Evangelio *finito*, *miniſter ſtans*, (ut ex vetuſtiſſimâ conſuetudine & ipſe populus, dum legitur Evangelium, ſtat, qui per hoc ſe ad ſervanda mandata oſtendit paratum) *in cornu Epiſtolæ poſt infimum gradum Altaris*, ℟. *LAUS TIBI CHRISTE.*

14. Rubr.

14. Rubr. eod. n. 2. *Et Sacerdos elevans* (proinde id non eſt omittendum) *parumper librum*, ſed ſinè cuſſino aut pulpito, & aliquantulùm ſe inclinans, *oſculatur* (abſque ulla Crucis productione, neque ſuper librum; neque ſuper ſe ipſum) *principium* (nòn verò finem) *Evangelii* à ſe recitati, *dicens*, non altâ, ſed ſubmiſsâ voce, PER EVANGELICA DICTA, &c.

15. Hanc Oratiunculam, ſive totam ante, ſive totam poſt oſculum, ſive partim ante, ſive partim poſt oſculum proferat Celebrans, ſecundùm Ritualiſtas paſſim, fit ſatis Rubricæ; ultimus tamen ritus videtur exactior. Notet autem hoc loco Sacerdos, quòd, antequàm librum ad oſculandum elevet, priùs, ſi opus ſit, invertat manu dextrâ paginam (ſiniſtrâ vel adjuvante, vel poſitâ ſuper Altare) ut habeat principium Evangelii, quod oſculetur.

16. Rubr. eod. n. 2. *Præterquàm in Miſſis Defunctorum*: nam tunc oſculum, & prædicta Oratiuncula *Per Evangelica dicta*, &c. omittuntur. *Et* præterquàm ſeu, *niſi celebret coram Summo Pontifice*, *Cardinali*, *&c Legato Sedis Apoſtolicæ*, *vel Patriarchâ*, *Archiepiſcopo*, *& Epiſcopo*, *in eorum reſidentiis*, ſeu ubi juriſdictionem ipſi habent.

17. Rubr. eod. n. 2. *Quo caſu*, ob reverentiam Prælatis debitam, *defertur cuilibet* (id eſt, uni tantùm, ſi ſimul plures adſint, & quidem digniori ſolummodò; nulli autem, ſi plures adſint æquales,) *prædictorum oſculandus liber*. Ità hæc Rubrica exponenda eſt, & ſic præſcribit *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 30. §. 3.

18. Rubr. eod. n. 2. *Et Celebrans tunc* (etiam dum, ob æqualitatem Prælatorum, nullus eorum oſculatus eſt librum *Cærem. Epiſc.* ſuprà) *non oſculatur illum* librum, *nec dicit*: PER EVANGELICA DICTA, &c.; quia hæc verba dicuntur ab illo tantùm, qui librum oſculatur.

19. Rubr. eod. n. 2. *Cùm autem* in Evangelio vel in Paſſione Domini (dum legitur ipſa in cornu Evangelii) *nominatur* SS. Nomen *JESU*, ipſe Celebrans *caput ſuum*, non versùs Crucem, nec versùs SS. Sacramentum, ſi ſit expoſitum, ſed *versùs librum inclinat* inclinatione inſimatum maximâ. Celebrans tamen, legens privatim in Miſſa ſolemni Paſſionem in cornu Epiſtolæ, caput ad dictum Nomen vertit versùs Crucem.

20. Rubr. eod. n. 2. *Et eodem modo versùs librum*, manus disjungendo, & ſuper Altare, ut faciliùs ſurgere poſſit, collocando, *genu* uno *flectit*, *cùm in Evangelio eſt genuflectendum*. Dum autem in Evangelio cum pauſa ſeu aliquâ morâ eſt flectendum, ut ad lii *Emiſit ſpiritum*, *Expiravit*, &c, tunc duplici flectit genu ſimiliter versùs librum.

21. Rubr. n. 3. *Dicto*, & oſculato (dum eſt oſculandum) *Evangelio*, antiquitùs Catechumenorum Miſſa hoc loco peracta erat, & incipiebat Miſſa Fidelium ſeu Sacramentorum. Sacerdos itàque tunc, aptato obliquè Miſſali cum cuſſino, ſeu pulpito prope Corporale, ut poſſit ex libro faciliùs legere ea, quæ ſunt in Altaris medio legenda, procedit, manibus ante pectus junctis, ad idem medium.

22. Rubr. eod. n. 3. *Stans* itàque Celebrans erectus *in medio Altaris versùs Crucem*, ac illicò *elevans & extendens manus*, id eſt (vide tit. IV. n. 3.) elevando extendens & extendendo elevans (ac proinde idem eſt ſivè lii *Elevans*, ſivè lii *Extendens* priùs ponatur) *incipit* voce ordinariâ & clarâ, *ſi*, & quando (de quo p. I. tit. XI. per totum) *dicendum ſit CREDO*. Sub hac primâ Symboli Conſtantinopolitani voce *Credo* Celebrans extendit & elevat, ut n. præc. expoſitum eſt, manus ſuas.

23. Rubr. eod. n. 3. *Cùm Celebrans dicit IN UNUM DEUM* (ad lii *UNUM*) *jungit manus*, *&*

(ad

(ad lii *DEUM*) *caput Cruci inclinat*, non tamen attollit oculos, aut caput elevat. *Quo capite ſimpliciter erecto*, *ſtans ibidem* in medio Altaris, *junctis ante pectus manibus*, *ut priùs*, *proſequitur* ipſum Symbolum clarâ & ordinariâ voce *uſque ad finem*.

24. Rubr. eod. n. 3. *Cùm dicit*: *JESUM CHRISTUM*, *caput Cruci inclinat* inclinatione infimarum maximâ; incipit autem flectere *cùm dicit*, ſeu dum incipit dicere: *ET INCARNATUS EST*, ac ſic genuflexionem protrahit *uſque ad*: *ET HOMO FACTUS EST inclusivè*, ut ipſa fiat ſinè mora; & ideo *genu* uno tantùm (etiam in Miſſis privatis *Annuntiationis B. M. V.* & Nativitatis Domini) *flectit*, extendendo hinc inde extra Corporale manus uſque ad pulſum ſuper Altare, ut faciliùs poſſit ſurgere.

25. Dum autem Sacerdos, ad *Et homo factus eſt* flectit, manet corpore & capite erectus; proinde caput infra Altare non dimittit, ut malè nonnulli faciunt. Non debet etiam præ manibus accipere anteriorem Planetæ partem, eam elevando dum genuflectit, quod & obſervari debet in omnibus ſimilibus genuflexionibus.

26. Rubr. eod. n. 3. *Cùm* Sacerdos *dicit*: *SIMUL ADORATUR*, *caput Cruci inclinat* inclinatione infimarum maximâ; non autem ad lii *Et conglorificatur*; nec cùm dicit: *Et in Spiritum &c.*, quia id Rubrica non præſcribit.

27. Rubr. eod. n. 3. *Cùm* Celebrans *dicit*: *ET VITAM VENTURI SÆCULI, AMEN*, *producit ſibi manu dextrâ* (ſiniſtrâ infra pectus extra terminos Crucis poſitâ) *ſignum Crucis à fronte ad pectus*, & à latere ſiniſtro ad dextrum, ſic diſtribuendo verba, ut ad lii *Et* tangat frontem: pectus autem ad lii *Vitam*; latus ſiniſtrum ad lii *Venturi*, & dextrum ad lii *Sæculi*, *Amen*. Ad hoc neceſſe eſt, ut Sacerdos lentè producat priora hæc duo verba *Et vitam*.

28. Cùm autem Rubrica expreſſis verbis dicat, ſignum externum Crucis faciendum & abſolvendum eſſe ſub his 5. verbulis: *Et vitam venturi ſæculi, Amen*, patet evidenter, quòd lii *Amen* debeat proferri manu dextrâ exiſtente ſub actuali formatione Crucis ad latus dextrum; nàm ſi lii *Amen* depoſt, ſcilicet dum Celebrans manum jam avertit ab humero dextro, pronuntiaretur, jam diceretur, *Amen*, non ſub formatione Crucis, ùt Rubrica præſcribit, ſed poſt formatam ſigno externo Crucem. An immediatè poſt lii *Amen*, antequàm Sacerdos oſculetur Altare, jungendæ ſint manus, vide tit. IV. n. 37.

TITULUS SEPTIMUS
DE OFFERTORIO,
ET ALIIS USQUE AD CANONEM.

1. RUbr. n. 1. *Dicto Symbolo, vel, ſi non ſit dicendum, poſt Evangelium, & oſculum ejuſdem*, dum eſt oſculandum, *Celebrans* (aptato Miſſali, & aliis peractis, ùt tit. præc. n. 21.) extendit manus, iiſdemque ſuper Altare extra Corporale poſitis, *oſculatur Altare in medio, & erigens ſe, junctis manibus ante pectus, ibidem à manu ſiniſtrâ ad dextram*, id eſt, per partem, quæ reſpicit cornu Epiſtolæ (ùt *dictum eſt* ſuprà tit. V. n. 2.) *vertit ſe ad populum* dimiſſis oculis, nè vagando ſe vel alios ſcandalizet, *& extendens*, ſeu disjungens, *ac* illicò ſinè elevatione *jungens manus*, clarâ voce *dicit*: *DOMINUS VOBISCUM.* Vide tit. III. n. 37.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et mox junctis manibus revertitur per eamdem viam ad medium Altaris, ubi extendens & jungens manus*, ùt n. præc. eſt expoſitum (*Merati* hoc loco addit: *Et manus elevans uſque ad humeros*; ſed ſinè ullo fundamento; adeoque id practican-

ticandum non eſt) *caputque Cruci inclinans, dicit* intelligibili voce OREMUS, ſic ut hæc tria: *Extenſio, & junctio manuum, ac capitis inclinatio* fiant ſub unâ hâc dictione *Oremus*.

3. Rubr. eod. n. 1. *Tum, junctis, ut priùs* (non verò expanſis) *manibus dicit*, non ſubmiſsâ, ſed eâdem (quâ dictum eſt *Oremus*) intelligibili voce Antiphonam *Offertorium*, quæ inde hoc nomen traxit, quòd diceretur tempore, quo fideles veteri conſuetudine panem & vinum in Sacrificii uſum, & res alias majoris pretii pro ſuſtentandis, alendiſque Miniſtris offerebant. *Et omnia quæ* ab Offertorio *usque ad finem Miſſæ in medio Altaris* à Celebrante *dicenda ſunt, dicit ibidem ſtans verſus ad Altare, niſi ubi aliter ordinatur*.

4. Rubr. n. 2. *Dicto Offertorio, Sacerdos diſcooperit Calicem*, removens ab eo duabus manibus velum, quod ponitur ſuper Altare ex parte Epiſtolæ extra Corporale. Indifferens videtur, an velum ibid. ponatur extenſum, ſi Altare ſit ſufficienter latum, an verò plicatum, quamvis hoc ſit melius, ut detur locus Calicem ponendi ſuper Tobalea Altaris.

5. Rubr. eod. n. 2. *Et* tunc, ſiniſtrâ poſitâ ſuper Altare extra Corporale, dextrâ Calicem in medio Altaris exiſtentem accipit per nodum, & cum *ad cornu Epiſtolæ ſiſtit*, ac deinde utrâque manu Corporalis plicam anteriorem extendit, ut fit. H. n. 26.

6. Rubr. eod. n. 2. *Et*, manens ſtans in medio Altaris, cum manu ſiniſtrâ ſuper eod. *manu dextrâ amovet* à Calice *parvam pallam, deſuper Hoſtiam*, id eſt, quæ palla jacet ſuper Patenam cum Hoſtia; eamque Pallam deponit, ſaltem quoad aliquam ſui partem, ſuper Corporale ad cornu Epiſtolæ.

7. Rubr. eod. n. 2. Et tunc eâdem dextrâ, ſiniſtrâ adhuc ſuper Altari poſitâ, inter pollicem & indicem, & medium digitos *accipit de Calice Patenam*

28. Cùm autem Rubrica expreſſis verbis dicat, ſignum externum Crucis faciendum & abſolvendum eſſe ſub his 5. verbulis: *Et vitam venturi ſæculi, Amen*, patet evidenter, quòd lii *Amen* debeat proferri manu dextrâ exiſtente ſub actuali formatione Crucis ad latus dextrum; nàm ſi lii *Amen* depoſt, ſcilicet dum Celebrans manum jam avertit ab humero dextro, pronuntiaretur, jam diceretur, *Amen*, non ſub formatione Crucis, ùt Rubrica præſcribit, ſed poſt formatam ſigno externo Crucem. An immediatè poſt lii *Amen*, antequàm Sacerdos oſculetur Altare, jungendæ ſint manus, vide tit. IV. n. 37.

TITULUS SEPTIMUS
DE OFFERTORIO,
ET ALIIS USQUE AD CANONEM.

1. RUbr. n. 1. *Dicto Symbolo, vel, ſi non ſit dicendum, poſt Evangelium, & oſculum ejuſdem* ... dum eſt oſculandum, *Celebrans* (aptato Miſſali, & aliis peractis, ùt tit. præc. n. 21.) extendit manus, iiſdemque ſuper Altare extra Corporale poſitis ... *oſculatur Altare in medio, & erigens ſe, junctis manibus ante pectus, ibidem à manu ſiniſtrâ ad dexteram*, i... eſt, per partem, quæ reſpicit cornu Epiſtolæ (... *dictum eſt* ſuprà tit. V. n. 2.) *vertit ſe ad popul*... dimiſſis oculis, nè vagando ſe vel alios ſcandalize... *& extendens*, ſeu disjungens, *ac* illicò ſinè elevatio... *jungens manus*, clarâ voce *dicit*: *DOMINUS VOBIS*CUM. Vide tit. III. n. 37.

2. Rubr. eod. n. 1. *Et mox junctis manibus rever*... *titur per eamdem viam ad medium Altaris, ubi exte*... *dens & jungens manus*, ùt n. præc. eſt expoſitu... (*Merati* hoc loco addit: *Et manus elevans uſque* ... *humeros*, ſed ſinè ullo fundamento; adeoque id pra... tica

tremitate, id est, ab ora Altaris diſtet quaſi per palmum; ſic enim commodiùs Sacerdos poterit oſculari Altare, dum opus erit, & inſuper Hoſtia vicinior erit Cruci, quæ eſt in medio Aræ conſecratæ.

13. Si verò ſuper Patenam ſimul cum Hoſtia ſint etiam aliæ particulæ conſecrandæ in parvo numero; ſcilicet infra decem; tunc, factâ oblatione, & depoſitâ Hoſtiâ magnâ, hujuſmodi particulæ deponantur in cornu Evangelii propè Hoſtiam magnam, ut remaneant ſupra petram ſacram, & nè ſint impedimento, & ut faciliùs accipi poſſint.

14. Rubr. eod. n. 3. *Et Patenam* deponit *ad manum dextram aliquantulùm ſubtus Corporale*, ubi ipſa remanet uſque ad finem Orationis Dominicæ, quia Sacerdos ſub toto Canone Patenâ non indiget: *Quam* Patenam, *exterſo Calice*, ut n. 20. & 26. *dicetur*, *cooperit purificatorio.*

15. Ex hac Rubricæ particulâ: *Exterſo Calice*, infert *Vinitor* §. 7., quòd Celebrans, antequàm vinum & aquam Calici infundat, cum purificatorio cooperire debeat Patenam; quandoquidem tunc exterſus ſit Calix: *Exterſo* enim *Calice*, ait Rubrica, debet Celebrans Patenam cooperire purificatorio. Vide tamen infra n. 26. & 26.

16. Rubr. eod. n. 3. *Si autem adſit vas ſeu Calix cum aliis Hoſtiis, ipſum cooperit alia Patena vel Palla.* Itaque ex toto n. 3. Rubricæ patet, Eccleſiæ præceptum eſſe, quòd particulæ conſecrandæ debeant offerri unà cum magna Hoſtia. Si igitur depoſt Hoſtiæ aliquæ afferantur, non poſſunt, niſi ex gravi cauſa (qualis non eſt commoditas communicare volentium) conſecrari, factâ tunc priùs oblatione illarum, ſaltem mente conceptâ, quæ ſufficit etiam pro Hoſtia magna, ſeu principali, ut dicetur p. III. tit. III. & IV.

17. Canone autem incepto, non poſſunt ampliùs admitti, etiam ad dandum Viaticum; tunc enim ſa-

tius eſt conſervare partem Hoſtiæ majoris. *Tetellius* apud *Merati*, & alii. Sed finge eſſe plures ex improviſo administrandos Viatico, aliàs ſinè Viatico morituros, & quòd, finito in Canone Miſſæ *Memento Vivorum*, afferantur nonnullæ Hoſtiæ ad dictum finem conſecrandæ?

18. Eas, Oblatione ſaltem mente factâ, conſecrandas eſſe varii aſſerunt, quorum ratio eſt; quia præceptum adminiſtrandi, & ſuſcipiendi Viaticum videtur, ſalvo meliori, fortiùs ligare, quàm illud de offerendis cum magna Hoſtiâ parvis, niſi quis mallet in tali caſu repetere ea, quæ in Canone jam erant dicta. Vide *Gavantum* p. III. tit. X.

19. Cardinalis *Bona* l. 2. c. 1. n. 7. refert de *Carthuſianis*, *FF. Prædicatoribus*, &c: Simul ac, inquit, ad Altare acceſſerint, antequàm Miſſam inchoent, vinum in Calicem infundunt, & aquâ miſcent, ac brevi oratione benedicunt, idque vel quòd tempus ante Miſſam ad hoc judicent commodius; vel ut plus temporis à commixtione aquæ cum vino ad Conſecrationem decurrat, quâ aqua in vinum, & poſteà utrumque in Sanguinem convertatur. At ſecundùm ritum Romanum id fit præſenti loco; unde

20. Rubr. n. 4. *Deinde* Celebrans, depoſitâ ſubtus Corporale Patenâ quoad ſuam circiter medietatem, manibus ante pectus junctis, præmittens Cruci capitis inclinationem (tit. II. n. 23.) recedit à medio Altaris, & *in cornu Epiſtolæ accipit* ſiniſtrâ *Calicem*, quem dextrâ *purificatorio extergit*. Nunc purificatorio tegendam vult Patenam *Vinitor* ſuprà n. 15. At plures tenent id faciendum depoſt, dum iteratò Calix, pro guttulis hinc inde fortè diſperſis, eſt purificatorio extergendus. Aliam rationem vide n. 22.

21. Rubr. eod. n. 4. *Et*, Calice ſuper Altari quieſcente, *ſiniſtrâ tenens illius medium* (alii libri habent *illius nodum*) *accipit* dextrâ *ampullam vini de ma-*

nu miniſtri (*qui oſculatur ipſam ampullam, non autem manum Celebrantis*) *&* *ponit vinum* (quod, quantùm poſſibile, oportet album eſſe) *in Calicem* in quantitate decenti, nimirùm quæ uno hauſtu ſinè interruptione à Sacerdote ſumi poſſet.

22. Purificatorium autem tenet ſiniſtrâ ad labium Calicis, ut guttæ, ex ampulla in infuſione vini ſæpè decidentes extra Calicem, non cadant ſuprà pedem Calicis, ſed ſuprà purificatorium.

23. Rubr. eod. n. 4. *Deinde*, redditâ miniſtro ampullâ, *eodem modo tenens Calicem* (proin, antequàm benedicat ampullam, non debet hoc loco jungere manus, quia ſiniſtra hìc eſt impedita tenendo Calicem. Vide n. 39. & 40.) *producit* dextrâ *ſignum Crucis* (*n.* 10.) *ſuper ampullam aquæ*; & ſub productione Crucis, non verò priùs *dicit* ſeu incipit dicere: *DEUS, QUI HUMANÆ SUBSTANTIÆ, &c. Et infundens parum* (N. B.) *aquæ* naturalis *in Calice, proſequitur*: *DA NOBIS PER HUJUS AQUÆ ET VINI MYST., &c.* Ad verba *Jeſus Chriſtus*, quæ habentur in eadem Oratione, Sacerdos caput inclinet, versùs Crucem inclinatione infimarum maximâ.

24. Dicta aquæ & vini commixtio eſt facienda ſub gravi; & quamvis ipſa in SS. Litteris non exprimatur, Patrum tamen traditione proditum eſt, in vino cum aqua mixto Euchariſtiæ Sacramentum eſſe perficiendum. Et licèt mixtio iſta non ſit de neceſſitate Sacramenti, ſed tantùm de præcepto Eccleſiæ, ſuper quo diſpenſare Papa poteſt; nihilominùs nunquàm voluit Eccleſia cum Armenis jam converſis in hoc diſpenſare, ùt teſtatur S. Congreg. de propaganda Fide 30. Jan. 1635; Idque ob 5. rationes, quas affert dicta S. Congreg. apud SS. D. *Bened.* XIV. l. 2. c. 10. n. 9.

25. Rubrica nil habet de cochleari: ejus tamen uſus eſt hodie communis, quem etiam refert SS. Do-

Dominus l. 3. c. 10. n. 15. Sacerdos itaque, poſt benedictionem aquæ, dextra illud cochlear accipit de Altari, & aquam, quâ repletur, infundit in Calicem, ac, ſi quid ſuperſit, in ampullam reponit, extergens cochlear purificatorio.

26. Depoſt guttæ vini vel aquæ, ſi quæ diſperſæ aparcant intra Calicem, vel, circumacto Calicis vino, ſunt uniendæ, vel (quod eſt decentius, & praxis eſt communior) purificatorio ſunt abſtergendæ; ne depoſt oriatur dubium, an conſecratæ ſint, vel non. Et tunc, exterſo pro ſecunda vice Calice, partem Patenæ, quæ eſt extra Corporale, purificatorio cooperit. Vide n. 15. & 20.

27. Rubr. eod. n. 4. *Si verò* Sacerdos *celebrat pro Defunctis, non facit ſignum Crucis ſuper aquam, ſed imponit* eam Calici *abſque benedictione* (quæ connotat ſolemnitatem, & ſicut in fine Miſſæ non benedicitur populus, ita, ait *Gavantus*, nec aqua benedicitur, quæ eumdem populum ſignificat) *dicens* eamdem *Orationem ut ſupra* n. 23.

28. Rubr. n. 5. *Impoſitâ aquâ in Calice, & finitâ Oratione DEUS, QUI HUMANÆ, &c. prædicta*, ac depoſito ſuper Patenam Purificatorio vel (ſi nimis procul à Corporali Calix diſtaret) eum manu ſiniſtra in nodo deprehendens, deponit proximiùs ad Corporale; ac tunc accedit, junctis ante pectus manibus, ad medium Altaris, & ibidem, capite Cruci (ſ. 256. n. 23.) inclinato, ſiniſtram ponit ſuper Altare, ac per nodum *accipit manu dextra Calicem diſcoopertum*; & manens *ſtans ante medium Altaris*, Calici dum ad medium Altaris approquinquat, ſiniſtra occurrit, qua eumdem accipit ad pedem.

29. Rubr. eod. n. 5. Et ſic *ipſum* Calicem *ambabus manibus elevatum tenens, videlicet cum ſiniſtra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam*, Ita tamen, ut ipſa Calicis cuppa non excedat oculos ad

diffe-

differentiam elevationis Calicis conſecrati, neque ſit infra os vel mentum Celebrantis, *intentis* per totam Orationem (niſi eſſet legenda ex tabula) *ad Deum* (Crucifixum) *oculis* cum debita intentione *offert*, *dicens*: *OFFERIMUS TIBI, DOMINE, CALICEM, &c.*

30. Rubr. eod. n. 5. *Quâ Oratione* totaliter *dictâ*, & non ante, ut quidam malè practicant, *facit ſignum Crucis* per duas diſtinctas lineas *cum Calice ſuper Corporale*, ſic, ut linea directa Crucis incipiat ab extremitate poſteriore Corporalis uſque ad medium ejuſdem circiter; linea verò tranſverſa ducatur fermè ſuper plicaturam tranſverſam poſteriorem dicti Corporalis. Et ſic hoc ſignum Crucis non formabitur ſuper Hoſtiam, ad quod eſt animadvertendum. Tenet autem Sacerdos Calicem, dum Crucem format, duabus manibus.

31. Rubr. eod. n. 5. *Et ipſum Calicem in medio paullò poſt Hoſtiam* (utique reſpectu Celebrantis, non verò reſpectu Crucis) ſic *collocat* duabus manibus, ut Hoſtia ſit media Sacerdotem inter & Calicem, à quo Hoſtia conſecranda debet per ſpatium alterius Hoſtiæ circiter diſtare. *Et pallâ*, quam accipit dextrâ, Calicem *cooperit*, ſiniſtrâ extra Corporale ſuper Altari poſitâ, vel ſiniſtrâ retinente pedem Calicis, nè fortè Sacerdos, Pallâ Calicem impingens, nolens ipſum invertat. Quod Calix cooperiatur Pallâ, omni caret myſterio; eſt enim tantum cautio, ne extrinſecus aliquid in Calicem incidat.

32. Græci autem Hoſtiam & Calicem ita locant in Altari, ut lineam rectam à latere ad latus efficiant, quod diu etiam retinuit Eccleſia Romana, ut habet *Micrologus*, qui ſcripſit ſæculo XI. In Annalibus *Waddingi* exſtat Epiſtola B. *Joannis Parmenſis* Ordinis FF. Minorum ſeptimi Generalis (obiit 1289.) quâ jubet Fratres Provinciæ *Etruriæ* juxta ritum Romanæ Eccleſiæ locare Hoſtiam ad ſiniſtram Sacerdotis

ma-

Dominus l. 3. c. 10. n. 15. Sacerdos itàque, poſt benedictionem aquæ, dextrâ illud cochlear accipit de Altari, & aquam, quâ repletur, infundit in Calicem, ac, ſi quid ſuperſit, in ampullam reponit, extergens cochlear purificatorio.

26. Depoſt guttæ vini vel aquæ, ſi quæ diſperſæ aparcant intra Calicem, vel, circumacto Calicis vino, ſunt uniendæ, vel (quod eſt decentius, & praxis eſt communior) purificatorio ſunt abſtergendæ; ne depoſt oriatur dubium, an conſecratæ ſint, vel non. Et tunc, exterſo pro ſecunda vice Calice, partem Patenæ, quæ eſt extra Corporale, purificatorio coöperit. Vide n. 15. & 20.

27. Rubr. eod. n. 4. *Si verò* Sacerdos *celebrat pro Defunctis, non facit ſignum Crucis ſuper aquam, ſed imponit* eam Calici *abſque benedictione* (quæ connotat ſolemnitatem, & ſicut in fine Miſſæ non benedicitur populus, ità, ait *Gavantus*, nec aqua benedicitur, quæ eumdem populum ſignificat) *dicens* eamdem *Orationem ut ſuprà* n. 23.

28. Rubr. n. 5. *Impoſitâ aquâ in Calice, & finitâ Oratione DEUS, QUI HUMANÆ, &c. prædictâ,* ac depoſito ſuper Patenam Purificatorio vel (ſi nimis procul à Corporali Calix diſtaret) eum manu ſiniſtrâ in nodo deprehendens, deponit proximiùs ad Corporale; ac tunc accedit, junctis ante pectus manibus, ad medium Altaris, & ibidem, capite Cruci (V. 256. n. 23.) inclinato, ſiniſtram ponit ſuper Altare, ac per nodum *accipit manu dextrâ Calicem diſcoopertum*; & manens *ſtans ante medium Altaris*, Calici dum ad medium Altaris appropinquat, ſiniſtrâ occurrit, quâ eumdem accipit ad pedem.

29. Rubr. eod. n. 5. Et ſic *ipſum* Calicem *ambabus manibus elevatum tenens, videlicet cum ſiniſtra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam*, Ità tamen, ut ipſa Calicis cuppa non excedat oculos ad

diffe-

turaliter junctis, pollice dextro ſupra ſiniſtrum per modum Crucis poſito; vide f. 269. n. 3. & ſeqq. *Aliquantulùm inclinatus dicit ſecretò* Orationem: *IN SPIRITU HUMILITATIS, &c.*

38. Rubr. eod. n. 5. *Poſteà erectus, ſolos elevans* ad Crucis imaginem *oculos*, & eos ſtatim dimittens, *manuſque* eodem tempore *expandens* ſeu dividens (*Merati* addit: *Et elevans eas* manus *uſque ad humeros*, de qua tamen elevatione manuum nihil addit Rubrica. Vide n. 2.) *& ſtatim* eas *jungens ante pectus:*

39. Rubr. eod. n. 5. (*Quod ſemper facit quando aliquid eſt benedicturus*) Hæc Rubricæ verba referenda tantùm ſunt ad verba immediatè præcedentia, ut ſenſus ſit: *Jungens* manus *ante pectus*, *QUOD SEMPER FACIT, QUANDO, &c.* Hæc itaque verba intellige de manibus jungendis tantùm, non verò de oculis elevandis, qui poſt Conſecrationem magis in Hoſtiam conſecratam ſunt defigendi, quàm in altum.

40. Inſuper hoc de manibus jungendis intelligi debet, quando utraque manus eſt libera, nec altera earum ad Hoſtiam vel Calicem tenendum occupatur, quod accidit paulò ante Conſecrationem Hoſtiæ & Calicis; nec enim Hoſtia deponi debet vel Calix, ut manus jungatur ad verbum *Benedixit*. Item, dum in Miſsâ benedicit aquam, eo tempore ſiniſtrâ, ex præſcripto Rubricæ n. 23., debet tenere Calicem.

41. Rubr. eod. n. 5. Itaque Sacerdos, junctas habens ante pectus manus, ſubmiſsâ voce *dicit*: *VENI SANCTIFICATOR, &c. Cùm dicit*: *ET BENEDIC*, manus ſeparat, & *ſignat manu dexterâ* extensâ *communiter*, id eſt, *ſuper Hoſtiam & Calicem* ſimul; *ſiniſtrâ* extra Corporale *poſitâ ſuper Altare.*

42. Facit itaque ſignum Crucis, non raptim, nec per 4. puncta, vide n. 10., nec per circulum, ſed per duas diſtinctas lineas, alteram rectam, alteram tranſverſam, hoc modo ✠. In Miſſis autem

Sacri-

manum, & Calicem ad ipſius dextram. Uſus autem, Hoſtiam collocandi rectâ Sacerdotem inter & Calicem lineâ uſurpari cœpit A. 1485. Ità *Le Brun* apud SS. D. *Benedictum* XIV. l. 2. c. 10. n. 19.

33. Petit Sacerdos hîc tria: primò, cur Celebrans dicat *Offero* in Hoſtiæ oblatione, & *Offerimus* in oblatione Calicis; ſecundò, cur in oblatione Hoſtiæ dicat *Hoſtiam immaculatam*, cùm nondum ſit conſecrata; tertiò, cur in oblatione Calicis dicat *Calicem ſalutaris*, cùm in eo non ſit, niſi vinum, & parum aquæ; etenim ſic, & bene, loquitur in ſumptione Celebrans: *Calicem ſalutaris accipiam*, quia tunc verè eſt ibi Sanguis Chriſti.

34. Primam ſolvit quæſtionem Card. *Bona*, dicens: In oblatione Calicis idcirco dicit Celebrans *Offerimus*, quia, juxta ritum Romanum, olim in Miſſa ſolemni Sacerdos ſimul eam Orationem recitabat cum Diacono, prout & adhuc ſit. Hic autem Miſſæ ſolemnis ritus in Miſſa privata retentus eſt.

35. Ad 2. R. *Hoſtiam immaculatam* non referri ad panem, ſed ad Corpus Chriſti, quod vi futuræ Conſecrationis ſub ipſius Hoſtiæ ſpeciebus ſubibit. Hinc ſenſus eſt: *Suſcipe hanc Hoſtiam, quæ modò adhuc eſt panis, ſed quæ in immaculatam Hoſtiam, ſeu in Corpus Chriſti, quàm primùm eſt convertenda.*

36. Ad 3. R. illi *Calicem ſalutaris* hoc loco ſignificare Calicem Chriſti, qui inſtituit, ut Calix hic offerretur & conſecraretur. Etiam, dici poſſet, quòd illa verba hoc loco referenda ſint, non ad præſentem Calicis ſtatum, ſed ad eum, quo per Conſecrationem redigendus eſt; eadem autem verba in ſumptione referuntur ad tunc præſentem Calicis ſtatum, qui tunc verè Sanguinem continet.

37. Rubr. eod. n. 5. *Deinde junctis manibus ſeu ſuper Altare poſitis*, ut duo minores digiti tangant anteriorem Altaris partem, ſeu aliis ſuper Altare na-

nualiter junctis, pollice dextro ſupra ſiniſtrum per modum Crucis poſito; vide ℞. 269. n. 3. & ſeqq. *Aliquantulùm inclinatus dicit ſecretò* Orationem: *IN SPIRITU HUMILITATIS, &c.*

38. Rubr. eod. n. 5. *Poſteà erectus*, ſolos *elevans* ad Crucis imaginem *oculos*, & eos ſtatim dimittens, *manuſque* eodem tempore *expandens* ſeu dividens (*Merati* addit: *Et elevans eas manus uſque ad humeros*, de qua tamen elevatione manuum nihil addit Rubrica. Vide n. 2.) *& ſtatim eas jungens ante pectus:*

39. Rubr. eod. n. 5. (*Quod ſemper facit quando aliquid eſt benedicturus*) Hæc Rubricæ verba referenda tantùm ſunt ad verba immediatè præcedentia, ut ſenſus ſit: *Jungens manus ante pectus*, *QUOD SEMPER FACIT, QUANDO, &c.* Hæc itaque verba intellige de manibus jungendis tantùm, non verò de oculis elevandis, qui poſt Conſecrationem magis in Hoſtiam conſecratam ſunt defigendi, quàm in altum.

40. Inſuper hoc de manibus jungendis intelligi debet, quando utraque manus eſt libera, nec altera earum ad Hoſtiam vel Calicem tenendum occupatur, quod accidit paulò ante Conſecrationem Hoſtiæ & Calicis; nec enim Hoſtia deponi debet vel Calix, ut manus jungatur ad verbum *Benedixit*. Item, dum in Miſsâ benedicit aquam, eo tempore ſiniſtrâ, ex præſcripto Rubricæ n. 23. debet tenere Calicem.

41. Rubr. eod. n. 5. Itaque Sacerdos, junctas habens ante pectus manus, ſubmiſsâ voce *dicit*: *VENI SANCTIFICATOR, &c. Cùm dicit*: *ET BENEDIC*, manus ſeparat, & *ſignat manu dexterâ extensâ communiter*, id eſt, *ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul*; *ſiniſtrâ* extra Corporale *poſitâ ſuper Altare.*

42. Facit itaque ſignum Crucis, non raptim, nec per 4. puncta, vide n. 10., nec per circulum, ſed per duas diſtinctas lineas, alteram rectam, alteram tranſverſam, hoc modo ✠. In Miſſis autem

Sacri-

Sacrificio benedictio communis, ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul, fit quinquies, & ſunt tredecim in toto, ut ſequitur, Cruces.

1. Hoc loco in Orat. *Veni Sanctif.* & *benedic.* 1.

2. Initio Canonis ad lii *Hæc ✠ dona*, &c. . . 3.

3. Ante Conſecrat. ad lii *Bene✠dictam*, &c. . . 3.

4. Poſt Conſecrat. ad lii *Hoſtiam ✠ puram*, &c. . . 3.

5. Ad finem Canonis ad lii *Sancti✠ficas*, &c. . . 3.

43. In his 5. caſibus non poteſt Celebrans, dum facit lineam rectam, interrumpere manum, deſcendendo inter Calicis cuppam, & inter Hoſtiam; ſed debet primam lineam facere æqualiter rectam versùs pectus, ſicut fieret, ſi Hoſtia foret tam altè elevata, quàm Palla Calicis. Et in eadem altitudine facit lineam tranſverſam inter extremitatem anteriorem Pallæ, & inter Hoſtiam, ut utraque linea poſſit dici utrique, Hoſtiæ ſcil. & Calici communis, & non particularis uni tantùm ſpeciei.

44. Quare, ut rectè fiat, utraque linea debet extendi æqualiter alta. Inchoëtur linea recta à medio Pallæ uſque ad Hoſtiam. Et linea tranſverſa ducatur propè anteriorem Pallæ oram, quæ mediare ſolet inter Hoſtiam & Calicem, idque ab uno extremo Pallæ ad aliud.

45. *Cruces autem, quæ fiunt à Sacerdotibus ſuper Oblatis, non ſunt facienda manu tranſverſâ, ſed manu rectâ*, ac digitis rectè extenſis (parvum tamen digitum vertendo ad rem, cui benedicitur, de quo f. 26. n. 10.) *in tranſverſa parte Crucis*. S. R. C. 3. Aug. 1663.

46. Hoc Decretum clarè fundatum eſt in ipſa Rubricâ f. 262. n. 10. ubi id ſufficienter ordinatur. Hinc recede à *Gavanto*, hoc loco dic. p. qui vult, quòd tranſverſa pars Crucis fiat manu quoque tranſverſâ (ſeu plicatâ) non autem rectâ, quâ ad abigendas à Calice muſcas utimur; ſed non rectè.

47. Rubr. n. 5. Tunc (dictâ totâ Oratione

Veni

Veni Sanctiſ.) junctis ante pectus manibus, & capite Cruci inclinato (§. 256. n. 23.) recedit enim à medio Altaris), *accedit ad cornu Epiſtolæ, ubi* latere ſiniſtro *ſtans* versùs Altare, *miniſtro aquam fundente, lavat manus* ſuas, *id eſt, extremitates digitorum pollicis & indicis* utriuſque manûs, inter lavandum ſubmiſsâ voce *dicens Pſalmum*: *LAVABO cum GLORIA PATRI, &c.* integrè, & ſub *Gloria* inclinans caput aliquantulùm cum humeris versùs Crucem.

48. Rubr. eod. n. 6. *Qui verſus* (ſeu Hymnus) *GLORIA PATRI prætermittitur in Miſſis Defunctorum* (ejus tamen loco non poteſt tunc addi *Requiem æternam, &c.*) *& in Miſſis de Tempore* (non autem de Feſtis & in Votivis, etiam de Paſſione Domini, de Cruce, & 7. Doloribus B. V.) *à Dominica de Paſſione* incluſivè *uſque ad Sabbatum ſanctum excluſivè.* Vide, §. 264. n. 19. & ſeqq.

49. S. Thomas p. 3. q. 83. a. 5. ad primum hanc ait ſub Miſſa lotionem ſervari, non *tanquàm cæremoniale Veteris Legis præceptum, ſed quaſi ab Eccleſia inſtitutum, ſicut quiddam ſecundùm ſe conveniens*, idque in majorem hujus Sacramenti reverentiam.

50. Et binas S. Doctor affert rationes, quarum altera ab ipſa rei naturâ proficiſcitur, & ad munditiam pertinet corporalem; *Indecens* enim *videtur, quòd ad tantum Sacramentum aliquis accedat manibus etiam corporaliter inquinatus*. Altera moralis: *Quia extremitatum manuum ablutio ſignificat emundationem etiam à minimis peccatis. Et talis emundatio*, ait, *requiritur ab eo, qui accedit ad hoc Sacramentum.*

51. Rubr. n. 7. *Celebrans, lotis jam manibus*, vertens ſe ad Altaris parietem, *eas* (in Pſalmo recitando pergens) ibidem *tergit* manutergio parato; *& illis* manibus jam terſis, ac *ante pectus junctis*, finito quoq; toto Pſalmo cum Verſu ſeu Hymno *Gloria &c.*, & non ante (ob inclinationem capitis, quæ ſub

ſub *Gloria* facienda eſt ſine motu locali perſonæ) *revertitur* (latus dextrum convertendo ad Altare, ut naturaliter ambulet) *ad medium Altaris.*

52. Rubr. eod. n. 7. *Ubi* (ſine nova reverentiâ Cruci adhibendâ, quia illicò fiet f. 255. n. 20.) *ſtans* erectus *oculoſque ad Deum* (ad Chriſti imaginem) *elevans, & ſtatim demittens, manibus junctis*, & ſic *ſuper Altare* poſitis, ut minores duo digiti (n. 37.) tangant anteriorem Altaris partem, & ut alii digiti ſuper ipſum Altare ſint naturaliter juncti, *aliquantulùm inclinatus*, tunc tantùm, & non antè *dicit ſecretò*, ſeu ſubmiſſâ voce, *Orationem*: SUSCIPE S. TRINITAS, *&c.* In hac Oratione legendum: *Et in* HONORE B. *Mariæ.* Vide. Append. final. §. 8. n. 6.

53. Carthuſiani hanc Orationem non recitant; unde ſignum eſt, quòd ſæculo XI., dum Ordo ipſorum cœpit exordium, in Eccleſia Gratianopolitanâ, unde Miſſale acceperunt, ea Oratio in Miſſa nondum adhibita fuerit. Eam recitant FF. Prædicatores, ſed in breviorem formam redactam.

54. Olim Eccleſia Gallicana non offerebat priùs panem & vinum disjunctim, ſed utrumque ſimul cum Oratione *Suſcipe S. Trinitas*; atque hunc adhibent ritum etiam nunc Carmelitæ, (calceati) & FF. Prædicatores. At ritus, quo Romana utitur Eccleſia, offerendi primò ſeparatim panem ſuprà n. 7., dein vinum n. 29., ac depoſt utrumque ſimul ſuprà n. 52., omnino conſentit cum ritu Ambroſiano. Ità. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 11. n. 4.

55. Rubr. eod. n. 7. *Quâ* Oratione *dictâ*, *manibus hinc inde extenſis, & ſuper Altare*, ſed extra Corporale *poſitis*, Sacerdos *oſculatur illud* Altare *in medio. Tum, junctis manibus ante pectus, demiſſiſque oculis ad terram*, qui oculi (hoc notet Sacerdos) pro ſui & populi ædificatione per totum ſequentem circulum, & quoties ſe vertit ad populum, demiſſi manent,

56. Rubr. eod. n. 7. *A ſiniſtrâ manu ad dextram vertit ſe ad populum, & versùs eum*, ſinè ulla corporis aut capitis inclinatione, *extendens* ſeu disjungens ſinè elevatione, *& illicò per eamdem lineam jungens manus, dicit voce aliquantulùm elatâ*, id eſt, non ſubmiſsâ & ſecretâ, nec ſimpliciter altâ, ſed mediocri & mediâ (f. 208. n. 7.) hæc duo tantùm verba: *ORATE FRATRES*, idque licèt unus tantùm, aut nullus adeſſet. Vide *S. Thomam* p. 3. q. 83. a. 5. ad 12.

57. Rubr. eod. n. 7. *Et ſecretò* totam Orationem ſubſequentem *proſequens: UT MEUM AC VESTRUM SACRIF., &c., perficit circulum, revertens junctis manibus ante pectus à manu dextra ad medium Altaris*, unde venerat. Et quidem ità, ut vertendo ſe, & integrè faciendo circulum, ſubmiſsâ voce proſequatur: *Ut meum ac veſtrum*, &c. Hinc Sacerdos immediatè poſt hæc verba: *Orate fratres* revertitur ad medium Altaris; & non poteſt aliquantulùm ſtare & moram facere, quâ dictam Orationem: *Ut meum ac veſtrum*, &c., facie versùs populum perficiat uſque ad finem; quia apertè eſt contra litteram Rubricæ, quæ clarè dicit: *Proſequens UT MEUM... perficit circulum.* Unde, dicto: *Orate fratres*, debet ſe illicò vertere ad Altare.

58. Licèt Rubrica nullum faciat verbum de reverentia Cruci exhibendâ, cùm Sacerdos, à dicendo: *Orate fratres*, fuerit ad Altare reverſus; *Byſſus* tamen, *A Portu, Tonellius*, & alii putant eam fieri poſſe, quin & debere. Ratio ipſorum eſt; quia, cùm anteà terga verterit Cruci, idem eſt, imò plus, acſi ab Altaris medio diſceſſiſſet. Ità *Merati* hoc loco n. 32.

59. Rubr. eod. n. 7. *Et reſponſo*, voce ſimiliter mediocri, *à miniſtro, vel à circumſtantibus: SUSCIPIAT DOM. SACRIFIC., &c.* Qui tamen hæc reſpondet, non debet ſtatim reſpondere dicto *Orate fratres*, ùt plerique meliùs inſtruendi faciunt, ſed aliquantiſper expectare, uſque dum Sacerdos perfectè

compleverit circulum; quia tunc ſupponitur ipſe dictam Orationem: *Ut meum ac veſtrum*, uſque ad finem, totaliter abſolviſſe.

60. Rubr. eod. n. 7. (*Alioquin*, ſi nullus adſit, qui reſpondeat, tunc ipſe Sacerdos ſtans erectus, & verſus ad Altare manibus ante pectus junctis, *per ſe ipſum* reſpondet ſibi *dicens* voce ſubmiſſâ: *SUSCIPIAT DOM. SACRIF. DE MANIB. MEIS*.) *ipſe* autem *Celebrans*, finitâ à ſe, vel à miniſtro, aut à circumſtantibus Oratione, & non ante, *ſubmiſſâ voce*, manibus adhuc junctis, *dicit*: *AMEN*.

61. Rubr. eod. n. 7. *Et Sacerdos*, *manibus ante pectus extenſis*, ſeu eas tunc extendens, *ùt ſit ad Orationem* ante Epiſtolam, *ſtans in medio Altaris*; at capite, & aliqualiter corpore *versùs librum*, ùt commodiùs legat, *dicit abſolutè ſinè OREMUS*, *& ſinè alia interpoſitione*, ſed ſubmiſſâ voce *Orationem vel Orationes Secretas*, eod. modo, ùt in Orationibus ante Epiſtolam, ad nomina Sanctorum, vel Beatorum, in quorum honorem fit Miſſa, vel commemoratio, caput inclinans.

62. Rubr. eod. n. 7. *Cùm* Celebrans, concludendo primam vel ultimam Orationem, *dicit*: *PER DOMINUM*, *jungit manus*: *cùm dicit JESUM CHRISTUM*, *caput* aliqualiter cum corpore vertens à libro ad Crucem, eidem *inclinat*; *quod*, id eſt, quam concluſionem *Per Dom. noſtrum J. C.*, aut aliam, prout exigit Oratio (V. G. in Vigilia Nativitatis Domini *Qui tecum*, tunc jungit manus, ſed inclinationem capitis omittit) *Celebrans facit in prima* tantùm *Oratione* Secretarum (ſive ſit unica Oratio, ſive ſit compoſita ex duabus ſub una concluſione, ùt aliquando fit. Vide f. 104. n. 62.) *& in ultima*, *ſi plures ſint dicendæ*.

63. Notet itàque Sacerdos, quòd, dum una tantùm dicitur Oratio, (ùt per ſe fit in Duplicibus) eam dicat (idem eſt, ſi duæ ſint dicendæ ſub una

concluſione, de quibus n. præc.) totam ſecretò uſque ad *Per omnia ſæc. ſæculor.* excluſivè. Si verò plures, licèt duæ tantùm, dicendæ ſint ſub diverſa concluſione Orationes Secretæ; tunc primam concluſionem dicere debet ſecretò, etiam quoad hæc ultima verba incluſivè: *Per omnia ſæc. ſæculor.*; & tunc ſibi ſecretò reſpondet *Amen.* Dein, ſimiliter ſubmiſſâ voce, ſubjungit ſecundam, tertiam, & quotquot fuerint dicendæ, Orationes, ſed ſinè *Oremus.*

64. Rubr. n. 8. *Pervento autem*, ſeu, cùm perventum eſt *in concluſione ultima Secretæ ad verba illa: PER OMNIA SÆC. SÆCULOR. excluſivè, Sacerdos ſtans in medio Altaris*; ſed, an facie ad librum converſâ, ùt habet *Merati*, an verò verſùs Crucem, ùt alii? R. Rubrica neutrum explicitè afferit; ſed cùm ſimpliciter, & ſinè reſtrictione (quam addit Rubrica n. 61: *Stans in medio Altaris VERSUS LIBRUM*) dicat: *Stans in medio Altaris* ſinè addito, videtur vi Rubricæ Sacerdos quoad omnia, adeoque etiam quoad faciem, verſùs Altare, ſeu verſùs Crucem ſtare debere, ni, dum neceſſe eſt, liber ſit inſpiciendus; quod ordinariè eſt ad illi *Verè dignum & juſtum eſt.*

65. Rubr. eod. n. 9. *Depoſitis ſuper Altari manibus hinc inde* prope Corporale *extenſis*, *dicit* ſeu incipit dicere *convenienti & intelligibili voce PRÆFATIONEM*, ſeu præparationem ad Canonem. Hæc verba: *Per omnia ſæcula ſæculorum*, ſalvâ Rubricâ, dici poſſunt & Orationis ultimæ Secretæ finis, & principium Præfationis, cujus inſtitutio vel SS. Apoſtolis, vel Apoſtolorum temporum Viris eſt attribuenda. Vide ſ. 158. n. 6. & ſeqq.

66. *Incipit Præfatio ex ſalutatione ad populum DOMINUS VOBISCUM*, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 11. n. 15; at, quia illi *Per omnia ſæcula*, *&c.*, & illi *Dominus vobiſcum* aliis Miſſæ partibus ſunt communia, ideo fortè idem SS. Dominus ſuprà n. 172

 ait:

ait: *Præfationes incipiunt per hæc verba*: SURSUM CORDA. Idem videtur aſſerere *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 4. in Corp. & a. 5. ad. 6. ubi ait: Sacerdos *ANTE PRÆFATIONEM dicit*: DOMINUS VOBISCUM. Vide tit. V. n. 6. Alioquin ex verbis Rubricæ tum hic n. 65., tum ſ. 158. n. 7. patere videtur, quòd Præfatio initium ſumat ad *Per omnia ſæcula*, &c., quia tunc Sacerdos debet manus habere poſitas ſuper Altari.

67. Dicto itaque *Per Omnia*, &c., & reſponſo *Amen*, Celebrans nec ſitum mutans, nec jungens manus, ſed eas retinens ſuper Altare, dicit *Dominus vobiſcum*. Hoc loco non vertit ſe ad populum; vel, quia cùm dixit: *Orate fratres*, populum quodammodò dimiſerat ad orandum, & modò totus divinis immerſus eſt, vel quia ante Præfationem, juxta Liturgias *SS. Jacobi*, *Baſilii*, & *Chryſoſtomi*, Sanctuarium claudebatur; adeòque in illa ſalutatione non erat opus, ut Sacerdos ſe verteret ad populum, quem videre non poterat, ùt obſervat *Le Brun* apud SS. D. *Benedictum* XIV. l. 2. c. 11. n. 15.

68. Rubr. eod. n. 8. *Cùm Sacerdos dicit*, ſeu incipit dicere: SURSUM CORDA, *elevat* de Altari *manus ſuas hinc inde extenſas uſque ad pectus*, id eſt, uſque ad terminos pectoris ſupremos, ſeu, uſque ad humeros tantùm, ſuprà tit. V. n. 12. Et quidem *ità, ut palma unius manûs*, digitis junctis in ſuis extremitatibus, *reſpiciat alteram* palmam alterius manûs.

69. Rubr. eod. n. 8. *Cùm dicit* GRATIAS AGAMUS DOMINO, extenſas & uſque ad humeros elevatas *jungit manus* ante pectus ſuum. *Cùm dicit* DEO NOSTRO, *oculos* tantùm (non verò caput ſimul) ad Crucis imaginem *elevat*, & *ſtatim* eoſdem oculos demittens, *Cruci caput inclinat*; ità ut hæc tria, 1. oculorum *elevatio*, 2. eorumd. *demiſſio*, & 3. capitis *inclinatio* fieri debeant ad illi *Deo noſtro*.

70.

70. Rubr. eod. n. 8. *Reſponſo à miniſtro vel cir-cumſtantibus: DIGNUM ET JUSTUM EST*, Sacerdos, *elevatis & extenſis, ut priùs* n. 68., *manibus*, quemadmodùm hæ elevantur & extenduntur ad Orationem, *proſequitur Præfationem* (in eadem manuum & corporis diſpoſitione uſque ad *Sanctus*) eamque vel *propriam*, vel *communem*, *ùt tempus*, vel Miſſa *requirit*. De his f. 159. n. 10. & ſeqq.

71. Dum in Præfatione communi, & in nonnullis aliis legitur: *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, Celebrans non inclinat caput; quia id numquàm fit per totam Miſſam ad illi *Per Chriſtum*, ni addatur *Jeſum*. Unicâ tantùm vice exceptâ, ſcilicet in Canone poſt Conſecrationem ante verba: *Nobis quoque peccatoribus*. Ità Rubrica infrà tit. IX. in fine, (ubi id dicetur) & *Merati* n. 41., aliique.

72. In Præfatione *B. Mariæ*, dum profertur nomen *Mariæ*, Celebrans inclinatione minimarum mediâ inclinat caput versùs librum, quem inſpicit. idem eſt pro FF. Minoribus, dum in Præfatione Seraphici Patris profertur nomen *S. Franciſci*. Dum autem in Præfatione nominatur *Jeſus*, ut fit in Præfatione de Beata, & de *S. Franciſco* his verbis: *Signo Crucifixi JESU C. D. N.*, inclinatur caput aliqualiter cum corpore versùs Crucem, inclinatione infimarum maximâ.

73. Attendat autem ubique in Miſſa Sacerdos, & nominatim in Præfatione ac Canone, ut omnia in pondere & menſurâ, id eſt, cum commatibus & punctis exercitè prolatis, dicantur. Abuſivè autem aliqui ſic dividunt: *Domine ſancte Pater, omnipotens æterne Deus*: ſed dic: *Domine ſancte*, & tunc *Pater omnipotens*, deinde *æterne Deus*, &c.

74. Rubr. eod. n. 8. *Cùm Sacerdos dicit SANCTUS, junctis ante pectus manibus* (proindè eas ſuper Altare non poteſt ponere, ad quod reflectendum)

& parum solummodò *inclinatus*, *voce mediocri*, quæ eſt depreſſa uno tono; prout diſtinguitur contra vocem ſuppliciter claram, ſeu altam, f. 308. n. 8., dicit ter *Sanctus*, & in tali voce mediocri *proſequitur* uſque ad finem. Debet itàque eſſe ſenſibilis differentia in tono, V. G. inter hæc *Sine fine dicentes*, & inter hæc *Sanctus, Sanctus, &c.* Hoc notet juvenis Sacerdos; quia & seniores hìc delinquunt. *Miniſtri* (dum Celebrans dicit *Sanctus*) *interim parvam campanulam pulſante* ad excitandos omnium aſtantium animos ad devotionem.

75. Ab hoc Hymno *Sanctus, Sanctus, &c* (quem Græci *Triumphalem*; nos *Angelicum* appellamus) deſumpto ex *Iſaia* 6. & qui habetur in omnibus Liturgiis tum Græcis, tum Latinis, diſtinguitur Triſagion *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis*, quod quotidie Græci canunt in principio Liturgiæ. At Latini illud adhibent Feriâ tantùm ſextâ in *Paraſceve*. Ità SS. D. Dominus ſuprà n. 18.

76. Rubr. eod. n. 8. *Cùm Celebrans dicit*: BENEDICTUS, QUI VENIT IN NOMINE DOMINI, *&c. erigit ſe totaliter, & ſignum Crucis ſibi producit* (manu ſiniſtrâ extrà terminos Crucis ad pectus poſitâ) *à fronte ad pectus*, & à ſiniſtra ad dextram, ſic verba diſtribuens, ut ad illa *Benedictus* ſignet frontem, ad illa *Qui venit* pectus, ad illa *In nomine Domini* latus ſiniſtrum, & ad illa *Hoſanna in excelſis* dextrum.

77. Circa vocem *Hoſanna* nota, quòd ſit alluſio ad Pſalmum 117. ubi in Hebræo habetur *Hoſianna*, quod ſignificat *Salva, obſecro*; & inde, ut ſcribit S. Hieronymus Epiſt. ad *Damaſum* Papam, per elliſionem facta eſt vox corrupta *Hoſanna*, prout Christo à pueris acclamatum dicitur *Matthei* 21. v. 9.

78. Dicto *in excelſis*, & completo ſigno Crucis, jungendæ ſunt à Celebrante manus; quia Rubrica particularis ante Canonem dicit: *Sacerdos* EXTENDENS, *&* *jungens manus*; proinde manus ante Ca-

nonem non erant extenſæ, ſed junctæ; ac conſequenter, completo ſigno Crucis, erant jungendæ. Ità Nonnulli Rubricam explanant.

79. Verùm ex eo quòd manus ante Canonem non erant extenſæ, non ſequitur quòd fuerint junctæ; datur enim medium, ùt patet. Manus quippe ſiniſtra erat ad pectus poſita, n. 76, & dextra manus erat ad latus dextrum, finiens ſignum Crucis; & immediatè ex hac actione, ſinè media manuum junctione, de qua tacet Rubrica, *Sacerdos extendens*, & aliquantùlum (tit. ſeq. n. 5.) elevans, *&* ibidem *jungens manus... dicit TE IGITUR, CLEMENTISSIME*, ùt habet Rubrica particularis ante Canonem. Hæc ſalvo melius ſentientium judicio.

TITULUS OCTAVUS
DE CANONE MISSÆ
USQUE AD CONSECRATIONEM.

1. VOce *Canon*, id eſt, Regula, hoc loco utitur Eccleſia, ut ſignificet *Canonem* Miſſæ firmam eſſe regulam, juxta quam ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium ſic eſt quotidie celebrandum, ut in qualibet Miſsâ idem, ſinè ulla varietate, dicatur *Canon* (in paucis tamen verbis in paucorum Feſtorum ſolemnitatibus nonnihil immutatur) ubi aliæ tamen Miſſæ partes ſæpius immutantur.

2. Conſtat hic Canon (juxta *Trident.* ſeſſ. 22. cap. 4.) *cùm ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum Traditionibus, ac ſanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus*. Et, quia in eodem *Canone* fit mentio de Apoſtolis, ac Martyribus tantùm, non verò de Confeſſoribus, indicium eſt, quòd *Canon* ſit prior ſæculo quinto, quo cultus Confeſſoribus, quorum primus eſt S. *Martinus* Epiſcopus, qui obiit inter an-

annum 397. & 402., tribui cœptus eſt.

3. Depoſt tamen pauca ſunt addita. *S. Leo*, qui ſedit A. 440., addidit *Sanctum Sacrificium*, *immaculatam Hoſtiam*. S. *Gregorius* Magnus qui ſedit A. 590., addidit: *Dieſque noſtros*, &c. uſque ad *Gregi numerari*, prout & nomina ſanctarum *Agathæ*, *Luciæ*, &c. At poſt *S. Gregorium* nil ampliùs fuiſſe in Canone inſertum vel mutatum refert SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 12. n. 12. Ponitur autem Conſecratio Corporis & Sanguinis in medio Canonis, ait *S. Bonaventura*, ùt cor hominis in medio corporis.

4. Canon Miſſæ incipit à *Te igitur*, & finit ante Orationem Dominicam. Dividitur à SS. D. *Benedicto* XIV. in 6. Orationes, ſeu partes, ùt habet probabilior ſententia, ait *Van der Burch* in Edit. *Bruxel.* 1744. f. 82. Et prima Oratio extenditur uſque ad *Hanc igitur oblat.*; nam *Memento Domine*, & *Communicantes* non ſunt diverſæ Orationes, ſed primæ Orationis partes, ùt colligitur tum ex concluſione *Per eumd: Chriſt.*, tum etiam quòd illud *Communicantes* non haberet ullum ſenſum, niſi cum proximè præcedentibus continuetur, ità SS. D., & *Burchius* ex *Bellarmin.* l. 3. de Miſſ. c. 21. in princip. De aliis Canonis partibus patebit ex decurſu.

5. Rubr. n. 1. *Finitâ Præfatione* (ſeu dicto: *Hoſanna in excelſis*) ùt ſuprà tit. præc. n. 76. eſt expoſitum, *Sacerdos ſtans ante medium Altaris*, *verſus ad illud*, facit ſex ſequentes geſtus: primò *aliquantulùm elevat manus*; ſecundò *oculiſque elevatis ad Deum*, ad Crucem: & tertiò iiſdem *ſinè mora devotè demiſſis*; ac quartò *manibus junctis*, & quintò illis *ſuper Altare poſitis* (ùt id explanatum eſt tit. IV. n. 2., & tit. præc. n. 57.) & ſextò *profundè inclinatus*, *incipit Canonem ſecretè* (id eſt, ùt ſe ipſam exponit Rubrica f. 212. n. 19., *ità pronuntiet* totum Canonem, *ut & ipſe met ſe audiat*, & *à circumſtantibus non audiatur*) *dicens*: TE

IGI-

IGITUR CLEMENTIS. &c., ut in *Ordine Miſſæ.*

6. Prima autem Canonis verba incipit Celebrans, non ad primum geſtum, ait *Merati* hoc loco, ſed completis ſex prædictis geſtibus, ſic, ut hi præcedant, non verò concomitentur priora Canonis verba. Id namque exigit ipſa Rubricæ littera, quæ habet: Sacerdos *profundè* actu *inclinatus*, adeoque poſt ſextum geſtum incipit Canonem.

7. Idem colligitur ex *Carem. Epiſ.* l. 2. c. 8. §. 67. *Manibus junctis, & ſuper Altari poſitis, devotè inclinatus, extollit ad Crucem oculos & eos ſtatim demittit*; & tunc tantùm *incipit ... Canonem.* Patet id & ex aliis Rubricæ locis; nam tit. VI. n. 2. hæc verba: *Munda cor meum*; tit. præc. n. 52. hæc: *Suſcipe S. Trin.*; item infrà tit. X. n. 50. hæc: *Agnus Dei*; & tit. XII. n. 1. hæc: *Placeat tibi S. Trin.*, à Celebrante jam inclinato, & non, dum inclinatur, proferri debent.

8. Et ratio *Gavanti* in oppoſitum: *Quòd non debeat dari geſtus ſinè voce, qui alioquin eſſet inconcinnus*, non videtur ſubſiſtere; nam ſæpe ſæpius præſcribit Rubrica *geſtum ſinè voce*, ut varias genuflexiones, elevationem Hoſtiæ & Calicis; & in Miſſa ſolemni thurificationem priorem Altaris, benedictionem Subdiaconi poſt Epiſtolam, & plura hiſce ſimilia adduci poſſent exempla, ut in decurſu.

9. Alii *cum Gavanto* fundantes ſe in Rubrica particulari, in Miſſali Romano ante Canonem poſitâ, ſic verba cum geſtibus inter ſe dividunt: *Sacerdos extendens & jungens manus* (ad ſenſum tit. præc. n. 79.) *elevans ad cælum oculos* (dicit. TE IGITUR CLEMENTISS. PATER) *& ſtatim* (oculos) *demittens*, (pergit: PER JESUM CHRIST. FILIUM TUUM DOM. NOSTRUM, ac) *profundè inclinatus ante Altare, manibus ſuper eo poſitis* (proſequitur: SUPPLICES ROGAMUS AC PETIMUS) *dicit*, id eſt eam dixerat: *Te igitur*, &c.

10.

10. Cùm autem utrumque à probatis doceatur & practicetur Authoribus, eligat ſibi juvenis Sacerdos quod placet, quàmvis prius videatur præferendum, utpote conformius Rubricis generalibus, quin & particularibus ſtatim recitatis. Sed lege, omiſſis iis, quæ habentur inter parentheſim & claudatur.

11. Rubr. eod. n. 1. *Cùm Celebrans dicit*: *UTI ACCEPTA HABEAS, ET BENEDICAS*, *priùs* (id eſt, dicto jii *Petimus*, antequàm incipiat: *Uti accepta habeas*) utramque manum (quæ huc uſque juncta jacuit ſuper altari) hinc inde ſuper idem Altare, ſed extra Corporale, ponit, & *oſculatur Altare in medio*. Carthuſiani, Carmelitæ (calceati) & FF. Prædicatores non oſculantur Altare, fortè quia in ipſorum Eccleſiarum Miſſalibus, quorum uſum amplexi ſunt, ea deërat Cæremonia. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 19. n. 28.

12. Rubr. eod. n. 1. *Deinde* Sacerdos (dicendo *Uti accepta, &c.*) *erigit ſe, & ſtat junctis manibus ante pectus* (dicens *Et Benedicas*.) Et cùm ſic erectus *dicit*: *HÆC ✠ DONA, HÆC ✠ MUNERA, HÆC SANCTA ✠ SACRIF.*, *dextrâ manu* extensâ, ſiniſtrâ extra Corporale ſuper Altare poſitâ, *ſignat ter*, ſeu tribus diſtinctis vicibus, *communiter*, id eſt, *ſuper Hoſtiam & Calicem* ſimul (ut tit. præc. n. 41. & ſeqq.) tres faciens Cruces, non raptim, & per 4. puncta, vel per circulum, ſed per duas diſtinctas lineas, alteram rectam, alteram transverſam. Vide tit. III. n. 50. de parvo digito.

13 Rubr. eod. n. 1. *Deinde extenſis manibus ante pectus*, ut fit ſub Orationibus, Celebrans *proſequitur* Canonem dicens: *IN PRIMIS QUÆ TIBI* illibata corde *OFFERIMUS* Dona, Munera & Sacrificia *PRO ECCLESIA TUA S. CATHOLICA*, & pro aliis in Canone ſpecialiter enumeratis, applicando eis fructum Sacrificii generalem.

14. Rubr. n. 2. *Ubi* Sacerdos *dicit*: *UNA CUM*

FA-

FAMULO TUO PAPA NOSTRO N. exprimit ad hanc litteram N. *nomen Papæ* viventis, inclinans, in reverentiæ ſignum, caput versùs librum. Et quàmvis Rubrica hoc loco id non exprimat, id tamen fit §. 283. n. 23. ubi dicitur: *In Oratione pro Papa, quando nominatur, ſemper*, adeoque & hoc loco, *caput Celebrans inclinat, non tamen versùs Crucem.* Pergit Rubr. eod. n. 2. *Sede autem Papali vacante*, dum de hoc legitimè conſtat, *verba prædicta omittuntur.*

15. Rubr. eod. n. 2. *Ubi dicitur: ET ANTISTITE NOSTRO N. ſpecificatur* ad dictam litteram *nomen Patriarchæ, Archiepiſcopi vel Epiſcopi Ordinarii in propria Diœceſi.* Debet itàque Prælatus, ut nominetur in Miſſæ Canone, eſſe Epiſcopus, licèt nondum ſit conſecratus, & debet inſuper, unà quà Epiſcopus, eſſe Ordinarius loci, in quo Miſſa celebratur.

16. Ad hoc requiritur, ut ſit nominatus, confirmatus, & legitimam ſui Epiſcopatûs adminiſtrationem ſumpſerit & poſſeſſionem; atque hinc ipſo facto (ſcilicèt ſacris deſtitutus Ordinibus, ut S. R. C. 19. Januarii 1743. declaravit in Sereniſſ. *Ludovico* Infante Hiſpaniæ, dum erat Cardin. & Archiepiſ. Toletanus) nominari debet in Canone. Dum illius nomen ignoratur, dicitur: *Et Antiſtite noſtro*, mente intelligendo Epiſcopum loci, in quo celebrat.

17. Rubr. eod. n. 1. *Et non exprimitur in Canone nomen Alterius Superioris, etiamſi Celebrans ſit omninò exemptus.* Regulares itàque, ſive intra, ſive extra clauſuram celebrantes, non poſſunt in Canone nominare ſuos Superiores. Ità declaravit S. R. C. 15. Novembris 1615.

18. Rubr. eod. n. 2. *Vel* etiamſi Celebrans ſit *ſub alterius Epiſcopi juriſdictione*; nam Celebrans dicens: *Et Antiſtite noſtro*, loquitur nomine populi illius loci, ubi celebrat. Hinc Sacerdos Diœceſis *Antverpienſis* extra eam, V. G. *Mechliniæ* celebrans,

non

non poteſt ſuum, ſed tenetur nominare Epiſcopum loci, in quo celebrat, & è contrà.

19. Quid ſi locus non habeat Epiſcopum, ſed Abbatem, aut alium, qui ibidem habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem? Ibidem celebrans non poteſt dictum Ordinarium in Canone nominare, ſed vel Epiſcopum viciniorem, ad quem pro Ordinibus ſacris itur, ùt vult *Gavantus*, vel, ùt alii meliùs, in tali loco omittuntur prælaudata verba, quia locus nullius Diœceſis propriè non habet Epiſcopum.

20. Rubr. eod. n. 2. *Si verò Epiſcopus Ordinarius illius loci, in quo Miſſa celebratur, ſit vitâ functus*, vel ad alium Epiſcopatum promotus, &c.; aut Epiſcopatus aliunde vacet, *prædicta verba omittuntur*, etiam à Neo-Miſtis, ſi ibidem ordinentur; & non poteſt nominari illius loco in Canone Vicarius Capitularis, licet paulò ante (ùt *Ruremunda* 1746. contigit) illius Diœceſis fuerit Epiſcopus. *Quæ etiam verba* (ET ANTISTITE NOSTRO) *omittuntur ab iis, qui Romæ celebrant*; quia ſummus Pontifex eſt Ordinarius Epiſcopus Urbis, & caput Orbis.

21. Rubr. eod. n. 2. *Si Celebrans eſt Epiſcopus, Archiepiſcopus, vel Patriarcha* (aut ob dignitatis eminentiam Cardinalis non Epiſcopus) ubicumque celebret, *omiſſis prædictis verbis, eorum loco dicit*: *ET ME INDIGNO SERVO TUO*. Ità etiam Epiſcopus dicit, dum Ordines ſacros confert: Sed Neo-Miſtæ concelebrantes intereà dicunt: *Et Antiſtite noſtro N.*; exprimendo nomen Epiſcopi, qui eſt Ordinarius Loci, ubi conſecrantur.

22. Rubr. eod. n. 2. *Summus autem Pontifex, cùm celebrat, omiſſis verbis*: *UNA CUM FAM. TUO PAPA NOSTRO N., ET ANTISTITE NOSTRO N.*; *dicit*: *UNA CUM ME INDIGNO FAM. TUO; QUEM GREGI TUO PRÆESSE VOLUISTI. Et continuant omnes* tam Epiſcopi, quàm non Epiſcopi,

ut

ut ſequitur: ET OMNIB. ORTHODOXIS, &c.

23. In quibuſdam locis, juxta Apoſtolicam traditionem, oratur pro Imperatore, pro Rege, &c. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 3. n. 5. Non eſt tamen facilè in Canone nominandus Princeps ſæcularis, niſi vel habeatur privilegium Apoſtolicum, quale conceſſiſſe fertur *S. Pius* V. pro Regibus *Hiſpaniæ*, vel inveterata ac legitima conſuetudo, qualis dicitur pro Rege vigere in *Gallia*, & *Venetiis* pro Duce. Ità *Merati* hoc loco.

24. Rubr. n. 3. *Cùm* Celebrans ſecretò (minimè autem voce clarâ aut mediocri, ùt quidam abuſivè faciunt f. 209. n. 9.) *dicit: MEMENTO DOMINE, &c.*, extenſas, quas habet, *elevans, & jungens*, id eſt, elevando jungens, & jungendo elevans *manus uſque ad faciem vel pectus*, id eſt, ad mentum præter propter, non verò ad oculos, *ſic junctis manibus ſtat pauliſper in quiete, demiſſo*, pro illo quietis tempore, *aliquantulùm capite, faciens commemorationem vivorum Chriſti Fidelium ad ſuam voluntatem* ſeu beneplacitum, vel pro quibus ex debito charitatis, aut juſtitiæ obligatur, *quorum nomina, ſi vult, ſecretò commemoret: non tamen neceſſe eſt ea exprimere, ſed mente tantùm eorum memoriam habeat.*

25. Rubr. eod. n. 3. *Poteſt etiam Celebrans, ſi pro pluribus orare intendit, nè circumſtantibus ſit moleſtus, ante Miſſam in animo proponere ſibi omnes illos tam vivos, quàm defunctos, pro quibus in ipſa Miſſâ orare intendit, & hoc loco generaliter unico contextu ipſorum vivorum commemorationem agere, pro quibus ante Miſſam orare propoſuit in Miſſa.* Et hoc eſt optimum.

26. Formulæ autem, faciendi tam ante, quàm in Miſſa ſub *Memento* ſuam applicationem, ſunt paſſim notæ, & obviæ in Sacriſtiis ac libris; ſi quis autem unam deſideret, accipe hanc *Setanni*:

27. *Memento, Domine, famulorum*, &c., hoc eſt, mei

mei & eorum, pro quo, vel pro quibus in particulari ſatisfacere debeo: parentum, fratrum, ſororum, conſanguineorum, & amicorum meorum omnium; quibus fui gravamen, ſcandalum, & occaſio peccandi; omnium benefactorum meorum in ſpiritualibus & corporalibus; omnium mihi commiſſorum in genere & in ſpecie.

28. Omnium Epiſcoporum, Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ; omnium Principum temporalium cum ſuis miniſtris; omnium inimicorum meorum, & omnium fidelium viventium, ad dimiſſionem culpæ, & largitionem gratiæ & donorum; omnium hæreticorum, ſchiſmaticorum, excommunicatorum, & infidelium ad converſionem; & tandem omnium eorum, pro quibus & vis & ſcis me debere orare, & in illo gradu, & pro illis rebus, in quo & pro quibus teneor pro illis offerre.

29. Hinc nota, quòd dicta Celebrantis oratio tam ante, quàm in Miſſa ſub *Memento* ſit privata; & ideo in ea poteſt orare pro excommunicatis etiam non toleratis ſeu vitandis, &c., ut patet ex formula dictâ. Ex his omnibus Tu, Sacerdos, dum celebras, memento, nè tuum ſub Miſſa *Memento* fiat in momento, ſed cum aliqua pauſâ, ſaltem unius *Pater noſter*. Poſſet hìc agi de Oratione ſuper *Diptycha*; ſed hæc à ſæculo XII. abolevit. Vide tit. IX. n. 15. & 16.

30. Rubr. n. 4. *Commemoratione vivorum factâ, demiſſis, quæ fuerant parum elevatæ, & extenſis, ut priùs, manibus, ſecretâ voce continuat:* ET OMN. CIRCUMSTANTIUM... PRO QUIBUS TIBI OFFERIMUS: VEL QUI TIBI OFFERUNT HOC SACRIF. LAUDIS PRO SE, SUISQUE OMNIB. PRO REDEMPTIONE ANIMARUM SUARUM, PRO SPE SALUTIS, *&c.*

31. His verbis declaratur Miſſæ Sacrificium *ex opere operato* eſſe non tantùm *Latreuticum*, & *Eucha-*

riſticum

rificium, ſeu Sacrificium laudis & gratiarum actionis; ſed & *Propitiatorium*, quò peccata mortalia expiantur, & *Impetratorium*, quo ſpiritualia & temporalia bona à Deo obtinentur, quod & definit S. Concil. *Trid.* ſeſſ. 22. can. 3. *de Sacrif. Miſſæ.*

32. Peccatorum tamen mortalium remiſſio *quoad culpam* aliter ex Baptiſmi & Pœnitentiæ Sacramentis profluit, ſcilicet immediatè juſtificando per gratiæ habitualis infuſionem; & aliter in hoc Sacrificio, cujus intuitu Deus pœnitentiæ donum largitur, quo peccator & ad contritionem excitatur, & adjuvatur etiam ad abſolutionem in Sacramento Pœnitentiæ utiliter conſequendam.

33. Rubr. eod. n. 4. *Similiter* Sacerdos, *ſtans* manibus extenſis, *proſequitur* COMMUNICANTES. Datur autem particulare pro *Nativitate Domini*, *Epiphaniâ*, *Paſchate*, *Aſcenſione*, & *Pentecoſte*, quod & dicitur in omnibus Miſſis, quæ infra eorum Feſtorum Octavas celebrantur, ac etiam in Votivis, prout & Præfatio, niſi Miſſæ illæ Feſtivæ vel Votivæ propriam habeant Præfationem; numquàm autem dicitur in Miſſis Defunctorum aliud *Communicantes*, quàm commune. Vide f. 164. n. 28. & ſeqq.

34. Ex ibidem dictis patet, quòd dentur caſus, quibus *Communicantes* à ſua Præfatione ſeparetur. Varia videri poſſunt exempla, prout & S. R. C. Decretum loco n. præc. citato; neque enim ideò in Miſſali Romano ſpeciale *Communicantes* unitur Præfationi, V. G. Præfatio & *Communicantes* Nativitatis Domini, ut ſemper ſimul dicantur, ſed tantùm ut faciliùs utrumque reperiatur, dum utrumque ſimul (ut fit promiſcuè) eſt recitandum.

35. Rubr. eod. n. 4. *Cùm* Celebrans *Communicantes* recitans *dicit* JESU CHRISTI, *caput* aliqualiter cum corpore *Cruci inclinat* inclinatione infimarum maximâ. Et quia Rubrica tit. V. n. 18. habet:

Ubicumque

Ubicumque nominatur nomen B. Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Miſſa, vel fit commemor..... ſemper Celebrans caput inclinet, non tamen versùs Crucem; hinc Ritualiſtæ docent unanimiter, quòd Celebrans ſub *Communicantes* ad nomen *Mariæ* caput inclinare debeat versùs librum inclinatione infimarum mediâ.

36. Similiter ad nomen Sanctorum, qui ſub *Communicantes* recenſentur, aſt non in omni Miſſa (ùt ad nomen *Jeſu* & *Mariæ*) ſed in illis tantùm Miſſis, quæ de illo Sancto celebrantur, aut in quibus de eodem fit commemoratio ſpecialis; V. G. Celebrans in *Communicantes* inclinat caput versùs librum inclinatione infimarum minimâ ad nomen *S. Laurentii* in Miſſa de ejus Feſto, & infra ejus Octavam, dum fit de eodem in Miſſa commemoratio, & quoties celebratur votiva de S. *Laurentio*; aliàs non. Idem eſt de aliis Sanctis in *Communicantes* poſitis.

37. Hi autem ſunt numero quinquies quinque, ſcil. B. Virgo, Apoſtoli duodecim (quos inter S. *Paulus*, quem à *B. Petro* Eccleſia Romana numquàm disjungit; omittitur autem hoc loco *S. Mathias* ad finem Canonis remiſſus) & 12. Martyres.

38. De *S. Xyſto* dubitatur, an ſit Pontifex illius nominis Primus, qui obiit A. 140., & colitur 6. Arpil.; an verò ſit illius nominis Secundus, qui obiit A. 252. & colitur 6. Aug. Licèt unus tantùm *Coſmas* in Martyrologio Rom. inveniatur, qui *Ægeæ* cum *S. Damiano* 27. Sept. eſt paſſus, videntur tamen alii duo illius nominis, qui Romæ paſſi ſunt, in Canone recenſeri. Vide Card. *Bona* l. 2. c. 12. n. 3.

39. Rubr. eod. n. 4. *In concluſione* (primæ in Canone Orationis, quæ ad *Hanc igitur Oblationem* excluſivè finit) *quando* Celebrans *dicit*: PER EUMD. CHRIST. DOM. NOSTRUM, *jungit* de more ante pectus *manus*. Hìc non addit Rubrica inclinandum eſſe caput, quod numquàm præſcribit ad illi *Chriſtum*

ſine addito nomine *Jeſu*, niſi ſemel tantum. Vide tit. ſeq. n. 12. & 18.

40. Rubr. eod. n. 4. *Cùm* Sacerdos, incipiens ſecundam Canonis Orationem, *dicit*: *HANC IGITUR OBLAT.* (non factam, ſed faciendam, quam Celebrans animo ut præſentem habet) *expandit binas* ſuas *manus ſimul ſuper Oblata, ità ut palmæ* manuum *ſint aperta versùs ac ſuprà Calicem & Hoſtiam* ſic, ut extremitates digitorum perveniant uſque ad medietatem Pallæ ſuper Calicem poſitæ, non tamen ullo modo illam tangant, pro quo nota hoc Decretum.

41. *Manus Sacerdotis ad HANC IGITUR OBLAT. debent ità extendi* ſupra Calicem, *ut palmæ ſint apertæ, pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum Crucis* poſito *ſupra manus, non verò,* ut abuſivè aliqui faciunt, *infra manus.* S. R. C. 4. Aug. 1663.

42. In hac Oratione quatuor petuntur: primò, ut Deus Oblationem noſtram placatus accipiat; 2. ut dies noſtros in ſua pace diſponat: 3., ut ab æterna nos liberet damnatione; & 4., ut in electorum ſuorum grege nos numerare dignetur.

43. In Pervigiliis autem *Paſchæ* & *Pentec.*, ac per eorum Octavas quædam adduntur, quæ ad eos, qui tunc baptizantur, ſpectant; nam, juxta veterem Eccleſiæ diſciplinam, in illis Pervigiliis Catechumeni baptizabantur, qui, veſtibus albis amicti, Sacrificio Miſſæ aderant, & ſacram Euchariſtiam ſuſcipiebant.

44. Rubr. eod. n. 4. *Quas manus ſic extenſas tenet* ſuper Pallam *uſque ad illa verba: PER CHRISTUM DOM. NOSTR., AMEN. Tunc enim*, ſinè capitis inclinatione ſuprà n. 39., *jungit* ante pectus *manus* ſuas, *& ſic* unitis manibus *proſequitur*, incipiens tertiam Canonis Orationem: *QUAM OBLATIONEM TU DEUS IN OMN.; &c.*

45. Rubr. eod. n. 4. *Et cùm dicit*: *BENE✠DICTAM, ADSCRIP✠TAM, RA✠TAM*, *communiter* cum

dextra manu extenſâ (ſiniſtrâ ſuper Altare poſitâ) *ſignat*, ter continuatè, & non interruptè, faciens ſignum Crucis, *ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul.* Hæ tres Cruces debent eodem planè modo fieri, ùt n. 12. expoſitum eſt. *Deinde cùm dicit; UT NOBIS COR✠PUS, ſeparatim ſignat ſemel ſuper Hoſtiam tantùm; Et cùm dicit: ET SAN✠GUIS, ſemel ſuper Calicem tantùm.*

46. Hæ 5. Cruces, de quibus n. præc., ſic efformandæ ſunt, ut duæ poſteriores (utpote *particulares*) ſint breviores, quàm tres priores, quæ ſunt *communes*; hæ tamen longitudinem unius palmi non excedant. Inſuper tres priores *communes* morulâ quâdam ſunt ſecernendæ à duabus poſterioribus *particularibus*, ità ſcilicèt, ut, formatâ tertiâ Cruce ad lii *Ra✠tam*, Celebrans manus jungat; dicens: *Rationabilem, acceptabilemque facere dignêris*; &, incipiens *Ut nobis*, manus ſeparet, ac ſiniſtrâ ſuper Altare poſitâ, dextrâ faciat quartam Crucem ad lii *Cor✠pus*, & quintam ad lii *San✠guis*.

47. Ità varii Authores, quos ſequitur *Merati* hoc loco, & Cærem. FF. Min. Prov. noſtræ f. 14. n. 14.; nam id exigit Rubrica, præſcribens, ut Crux tertia ſit completa ad lii *Ra✠tam*, & quarta formetur ad lii *Cor✠pus*: proin Celebrans inter tertiam & quartam Crucem dicens: *Rationabilem*, &c., quieſcit à formandis Crucibus, jungens interim manus juxta Rubricas. Vide tit. præc. n. 39.

48. Rubr. eod. n. 4. *Deinde Sacerdos* (factâ ad lii *San✠guis* quintâ Cruce) *elevans & jungens manus ſuas ante pectus, proſequitur: FIAT DILECTISSIMI FILII TUI D. N. J. C., & inclinans* (ad lii *Jeſu Chriſti*) *caput Cruci* inclinatione infimarum maximâ, *extergit, ſi opus fuerit, pollices & indices ſuper Corporale* ad ejus extremitates;

49. In hac Oratione Deum orat Eccleſia, ut panis & vini fiat Tranſſubſtantiatio in Chriſti Corpus

& Sanguinem, quàmvis id futurum certò credat & ſciat. *Nec tamen eſt inconveniens*, ait *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 4. ad 7., *quòd à Deo petamus id, quod certiſſimè ſcimus ipſum facturum, ſicut Chriſtus Joannis* 7. *petit ſuam clarificationem.* Addit autem Doctor Angelicus: *Non tamen videtur ibi Sacerdos orare, ut Conſecratio impleatur, ſed ut nobis fiat fructuoſa; unde ſignanter dicit* Celebrans: *Ut NOBIS Corpus & Sanguis fiat.* Ità *S. Thomas.*

50. Rubr. eod. n. 4. *Et extergendo digitos dicit ſecretò, ùt priùs*, ſeu, ùt omnia antecedentia *ſecretò* dixerat: *QUI PRIDIE* (id eſt, Feriâ V. ante *Paraſceven*, ait *S. Bonaventura*) *QUAM PATERETUR; Et accipiens pollice & indice dextra manûs Hoſtiam, & eam cum illis* (pollice & indice dextræ manûs) *ac indice & pollice ſiniſtra manûs tenens, ſtans erectus ante medium Altaris, dicit: ACCEPIT PANEM IN SANCTAS AC VENERABILES MANUS SUAS;*

51. Rubr. eod. n. 4. *Elevanſque ad cælum*, ad Crucem, *oculos, & ſtatim* eos *demittens*, intereà *dicit: ET ELEVATIS OCULIS IN CÆLUM, AD TE DEUM PATR. SUUM OMNIP., caputque aliquantulùm inclinans*, dum *dicit: TIBI GRATIAS AGENS; & tenens Hoſtiam inter pollicem & indicem ſiniſtra manûs, dextrâ producit* perfectum *ſignum Crucis ſuper eam* Hoſtiam *dicens: BENE✠DIXIT, FREGIT, DEDITQUE DISCIP. SUIS, DICENS: ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES.* Vide tit. VII. n. 40.

52. Chriſtum in conſecratione panis oculos in cælum ſuſtuliſſe in nullo quidem proditur S. Scripturæ textu. *Innoc.* III. c. *Cùm Martha* de *Celebrat. Miſſar.* colligit id *probabiliùs* (*S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 4. ad 2. dicit id *rationabile videri*) eò quòd Chriſtus, *Lazarum* reſuſcitans *Joan.* XI., in cælum oculos levaverit ad Patrem; tamen per Apoſtolorum Traditionem (*ex qua*, ſecundùm Doctorem Angelicum

ſuprà,

ſuprà, & innuit *Innoc.* III. dicto cap., id Eccleſia accepit) habetur ùt certum. Proin non eſt hoc loco in Canone periculum erroris; cùm Canon non innitatur probabilitati, ſed certitudini. *Vide. Trid. ſeſſ.* 22. *can.* 6.

53. Hunc autem à Chriſto in ultima Cænâ ſervatum fuiſſe ordinem putamus: *primò* accepit panem, *ſecundò* elevavit oculos; *tertiò* Patri gratias egit, *quartò* panem benedixit, *quintò* eum conſecravit: *ſextò* eumdem conſecratum fregit, & *ſeptimò* eum dedit diſcipulis. Quod ad narrationem Evangeliſtarum pertinet, reſpondet *Sylvius* eos res à Chriſto geſtas narraſſe, ſed non ſemper earum ſeriem ſervaſſe.

54. Sic *Marci* 14. ℣. 23. dicitur: *Biberunt ex illo* Calice jam conſecrato *omnes* Apoſtoli Sanguinem Chriſti; & poſteà Chriſtus refertur dixiſſe: *Hic eſt Sanguis*, *&c.*; at Chriſtum conſecraſſe vinum, antequàm ex eo biberent Apoſtoli, exploratiſſimum eſt.

55. Rubr. n. 5. *Si adſit vas cum aliis Hoſtiis conſecrandis*, *antequàm* Celebrans *accipiat* magnam *Hoſtiam*, imò ante digitorum abſterſionem, *diſcooperit manu dextrâ Calicem*, *ſeu vas aliarum Hoſtiarum*, ſiniſtrâ tenens ejus nodum. Quidſi Sacerdos id inadvertenter omiſerit, & vas ſub Conſecratione manſerit clauſum? Non oberit valori Conſecrationis, ſi alia adſint, ùt infrà p. III. tit. II. n. 3. dicetur. Si particulæ conſecrandæ ſint ſuper Corporali, ibi relinquuntur ſuper Ara ad cornu Evangelii, ùt erant.

56. *Juſtinellus* apud *Vinitorem* §. 16. docet, quòd Sacerdos hoc loco immediatè ante Conſecrationem ſic utiliter ſuam poſſit renovare intentionem: *Cum illa, Domine J. C., humilitate, charitate, & intentione, quam habuiſti, & S. Catholica etiamnum habet Eccleſia, eâdem in hac actione per tuam omnipotentiam pronuntiabo hæc verba:* HOC EST ENIM, *&c.*

57. Eodem pariter affectu conſecrabit Calicem.

Sed melius eſt hæc, & ſimilia, ante Miſſam dicere, & nunc ſufficit ea ſolâ mente unico inſtanti renovare: *Vide Append. ad tit. fin. hujus partis n. 9.*

58. Rubr. eod. n. 5. *Cùm autem* Sacerdos, alloquens ſuprà n. 51. Deum Patrem, *finierit ſupradicta verba* (uſque ad *Manducate ex hoc omnes*) *cubitis ſuper Altare* reverenter *poſitis* (manibus Corporale minimè tangentibus) *ſtans capite* mediocriter *inclinato*, 1. *diſtinctè*, 2. *reverenter*, & 3. *ſecretò*, ut nè proximè quidem aſtantes audiant, *profert verba Conſecrationis ſuper Hoſtiam*, & *ſimul ſuper omnes*, *ſi plures ſint conſecrandæ*; & *Hoſtiam ſuam pollicibus & indicibus tantùm tenens dicit*: *HOC EST ENIM CORPUS MEUM*, unicâ hâc formâ tum magnam, tum alias, ſi quas præ manibus habet, conſecrans Hoſtias. Lii *Enim* additur ex conſuetudine derivatâ à *S. Petro*. *S. Thomas* p. 3. q. 78. a. 2. ad 5.

59. Loquitur autem Celebrans, & agit in & ex Perſona Chriſti, dum conſecrat; ac proinde utriusque formæ verba profert *recitativè* & *ſignificativè* ſimul, in quam ſententiam propenſior eſt *S. Thomas* p. 3. q. 78. a. 5. Ità SS. D. *Benedict.* XIV. l. 2. c. 15. n. 7. Simili quaſi modo, dum quis dicit: *Dixit JESUS Matth. 6. ℣. 9. ad turbas: Sic vos orabitis: PATER NOSTER, QUI ES IN CÆLIS, &c.*, ipſe ea verba refert tamquàm à Chriſto prolata; & ſic ea narrat *recitativè*, ſeu *hiſtoricè*, & *materialiter*. Inſuper eadem ipſe verba profert animo verè orandi, & Deo ſignificandi mentem ſuam, & ſic dicit ea *ſignificativè*, ſeu *aſſertivè* & *formaliter*.

60. In conſecranda Hoſtiâ, idem eſt de Calice, caveat Sacerdos, nè ullum faciat capitis aut oris motum, ſed, retentis æqualiter pedibus, non dextrò ſuper ſiniſtrum, reverentiæ causâ, quaſi deflexo, ſtet in ſuppedaneo. Perſpicilliis utens, ſi poſſit, non adhibeat ea à Conſecratione uſque ad peractam Commu-

munionem; ſi tamen tunc neceſſariò ſint adhibenda, & deponi debeant, ea capi debent inter indices, & medios digitos, numquàm ſuper Corporale ponenda.

61. Rubr. eod. n. 5. *Quibus* Conſecrationis Hoſtiæ verbis *prolatis*, *Celebrans*, *tenens Hoſtiam inter* utriuſque manûs *pollices & indices prædictos ſuper Altare*, amotis ab eodem cubitis, *reliquis manuum digitis extenſis & ſimul junctis* (*& Hoſtiis, ſi plures ſint conſecratæ, in loco, in quo à principio Miſſæ poſitæ ſunt; ſuper Corporali; vel in alio vaſe aut Calice dimiſſis*) *genu* dextro tantùm, ut faciliùs ſurgat, ſic *flexus*, ut ſuppedaneum, in ſignum profundiſſimæ reverentiæ, tangat, Hoſtiam conſecratam, facie in *eam* intentâ, *adorat*. Hæc genuflexio facienda eſt ſinè capitis inclinatione; & abſtinendum ab Hoſtiæ oſculo. In hiſce non pauci deficiunt.

62. Verba Rubricæ in parentheſi poſita (*Et Hoſtiis, ſi plures, &c.*) non ſunt intelligenda, ut Hoſtiæ plures jam conſecratæ, antequàm major Hoſtia elevetur, ſint deponendæ, ut vas cum particulis retrò Calicem collocetur, & cooperiatur; ſed, licèt priùs à Rubricâ hoc referatur, fieri id tamen debet poſt Hoſtiæ elevationem, ac repoſitionem, ut clarè ſe ipſam exponit Rubrica infrà n. 66.

63. Rubr. eod. n. 5. *Tunc* modeſtè & reverenter *ſe erigens, quantùm commodè poteſt, elevat* perpendiculariter, ſeu lineâ rectâ, *in altum Hoſtiam* (ità tamen, ut nec elevet eam ſuper Calicem, nec hunc elevet ſuper Hoſtiam) *& intentis in eam oculis* (*quod & in elevatione Calicis facit*) *populo reverenter oſtendit adorandam: & mox* (adeòque non diu tenet eam elevatam) *ſolâ manu dextrâ*, ſiniſtrâ tunc ſuper Corporale poſitâ, *ipſam* Hoſtiam *reverenter reponit ſuper Corporale in eodem loco, unde eam levavit.*

64. Cavendum autem, nè Sacerdos umquàm ferat Hoſtiam (idem eſt de Calice) extra limites

Cor-

Corporalis; nec eam ſuper caput ſuum inclinet. Item in elevatione Hoſtiæ non tantùm digitos extenſos jungat, ſed & imas ſeu inferiores manuum partes uniat, ut ſic ſolidiùs, & decentiùs Hoſtiam elevet; neque manus ſuas dividat, niſi quando eam in lineâ rectâ elevatam, & in eâdem dimiſſam reponit. Si infima pars Manipuli hæreat in Altari (quod quandoque contingit) ſiniſtrâ eum removeat, tempore quo dextrâ Hoſtiam in Corporale reponit.

65. Rubr. eod. n. 5. *Et deinceps pollices & indices* utriuſque manûs, quibus Corpus Chriſti conſecratum tetigit, *non disjungit, niſi quando Hoſtiam conſecratam tangere vel tractare debet*, aut dum digito dextræ manûs abſtergit Patenam, *uſque ad* actualem, & non antè, *ablutionem digitorum poſt Communionem*. Rationem tradit S. *Thomas* p. 3. q. 83. a. 5. ad 5., *ut, ſi qua particula digitis adhæſerit, non diſpergatur, quod pertinet ad reverentiam Sacramenti.*

66. Rubr. n. 6. *Repoſitâ Hoſtiâ conſecratâ ſuper Corporale*, non poteſt diſcooperiri Calix; ſicut aliqui, abbreviandi gratiâ, abuſivè faciunt; ſed prius Celebrans *genu uno flexus*, ut antè, *ipſam* Hoſtiam *veneratur*. Vide n. 70. Et tunc, dum ſurrexit, *ſi adſit vas aliarum Hoſtiarum*, illud ante Conſecrationem Calicis *Patenâ, vel Pallâ cooperit*, & ad priorem locum dimittit, *ut ſuprà* n. 61. & 62. notatum eſt.

67. Unde approbandi non ſunt illi, qui peractâ Conſecratione Hoſtiæ, recondunt, ante Conſecrationem Sanguinis, Pyxidem prædictam intra Tabernaculum, vel extra Aram ſuper aliud Corporale. Ità Card. *Lugo* de *Euchar*. d. 20. n. 69. Reprehendendi pariter ſunt illi, qui nullâ urgente neceſſitate, ſtatim poſt Conſecrationem diſtribuunt populo illas particulas tunc conſecratas; haſce enim, cùm pertineant ad idem Sacrificium, non licet diſpenſare Fidelibus, niſi peracto eodem Sacrificio.

 68. Si

68. Si tamen, urgente aliquâ neceſſitate, ſtatim poſt Conſecrationem ad aliud Altare per diſtinctum Sacerdotem transferri debeat præfata Pyxis cum neo-conſecratis Hoſtiis, tunc Celebrans retrahat ſe ad cornu Evangelii, & ibidem genu utroque flexus Sacramentum adoret. Ità Merati hìc n. 23., referens *Quarti, Tonellium, Lugonem, & Corſettum.*

69. Rubr. eod. n. 6. *Interim, dum Celebrans elevat Hoſtiam, accenſo priùs intorticio (quod non extinguitur, niſi poſtquàm Sacerdos Sanguinem ſumpſerit, vel alios communicaverit, ſi qui erunt communicandi in Miſſa) miniſter manu ſiniſtrâ elevat fimbrias poſteriores Planetæ, nè ipſum Celebrantem impediat in elevatione brachiorum, quod & facit in elevatione Calicis; & manu dextrâ pulſat campanulam* (ex Decreto *Gregorii* XI. 1370.) *ter ad unamquamque elevationem, vel continuatè, quouſque Sacerdos deponat Hoſtiam ſuper Corporale; & ſimiliter poſtmodùm ad elevationem Calicis.*

70. Rubr. n. 7. *Celebrans, adorato Sacramento, ſurgit, &* tunc tantùm, ſed non antè, digitis medio & indice manûs dextræ (ſiniſtrâ ſuper Altare intra Corporale poſitâ) accipiens Pallam, eamque ponens ex parte Epiſtolæ, *diſcoöperit Calicem* (quod nunc præceptum eſt in Miſſali per *S. Pium V.* reformato; antiquitùs enim Calix coöpertus conſecrari poterat. Ità notant *Annell.* & *Byſſus* apud *Merati* n. 26.) *in quem* Calicem, *ſi opus ſit, extergit digitos; quod ſemper facit, ſi aliquod fragmentum digitis adhæreat; &, ſtans erectus, dicit: SIMILI MODO POSTQUAM CÆNATUM EST, & ambabus manibus accipiens Calicem juxta nodum infra cuppam,* id eſt, capit inter indicem & medium digitos utriuſque manûs nodum Calicis, qui nodus eſt infra cuppam; *& aliquantulum,* non ultra 4. digitos, à menſa Altaris, *illum elevans, ac ſtatim* eumd. in Altare *deponens, dicit: ACCIPIENS ET HUNC PRÆCLARUM CALICEM, &c.*

71.

71. Rubr. eod. n. 7. *Cùm* Celebrans *dicit* ITEM TIBI GRATIAS AGENS, *caput inclinat* versùs Hoſtiam conſecratam, & non versùs Crucem. Ità Rubrica infrà tit. IX. n. 14, & tit. X. n. 6. *Cùm* autem *dicit:* BENE✠DIXIT, *ſiniſtrâ Calicem infra cuppam* actu *tenens* (vide tit. VII. n. 40.) ſeu retineas, *dextrâ producit* lineam rectam & obliquam Crucis, & ſic *ſignat ſuper eum* Calicem.

Rubr. eod. n. 7. *Et proſequens:* DEDITQUE DISCIPULIS SUIS, *&c.; & ambabus manibus tenens Calicem, videlicet ſiniſtrâ pedem, dextrâ nodum infra cuppam, cubitis ſuper Altare poſitis, & capite inclinato profert;* 1. *attentè,* 2. *continuatè,* & 3. *ſecretò, ut ſuprà* n. 58. *verba Conſecrationis Sanguinis;* HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI,... QUI PRO VOBIS, *&c.*

Debet autem Celebrans (& N. B.) Calicem toto tempore, quo profert verba Conſecrationis, tenere parum ſuper Altare versùs os ſuum, diagonaliter elevatum: Ità expreſsè præſcribit Rubrica particularis in Canone immediatè ante formam Sanguinis; & immediatè poſt illam formam ait: *Prolatis verbis Conſecrationis deponit,* ſeu, ùt habet Rubrica infrà n. 37. *reponit Calicem ſuper Corporale.*

72. Sed ad quid debet referri lii *Qui* in hac formâ, an ad Sanguinem, an verò ad Calicem, petit juvenis Sacerdos, quia Latinè eſt indifferens? ℞. ad Calicem: videbit hoc utiliter oſtenſum infrà p. III. tit. V. n. 3. & ſeqq. Adeoque vertendum eſt Belgicè Lucæ 22. *Qui* Calix *pro vobis, Den welcken (Kelck)* minimè verò: *Het welck (Bloet)* ùt Dordraceni, & nonnulli alii verterunt meritò corrigendi.

73. Rubr. eod. n. 7. *Quibus* verbis Conſecrationis Sanguinis *dictis, reponit* Sacerdos *Calicem ſuper Corporale,* à quo eum ante inceptam formam parum versùs os ſuum elevaverat. *Et* (N. B.) antequàm Calicem in altum levet, illico, finitâ Sanguinis formâ,

mâ, *dicens ſecretò*: HÆC (ſcilicet conſecrationem hanc duplicem Corporis & Sanguinis) QUOTIESCUNQUE FECERITIS, *&c.*, manibus hinc inde ſuper Altare intra Corporale poſitis, *genu uno flexus Sanguinem reverenter adorat.*

74. Rubr. eod. n. 7. *Tunc ſe erigit, &, accipiens Calicem diſcoopertum cum Sanguine ambabus manibus, ut priùs* n. 71., id eſt, tenens ultimis tribus ſiniſtræ digitis pedem, & dextrâ nodum infra cuppam, ità ſcil. ut Calicis nodus intercludatur à dextræ pollice & indice unitis ex parte anteriori, ac à medio & annulari digitis ex parte poſteriori, *elevat eum* perpendiculariter, ut pes Calicis non excedat Celebrantis oculos, qui ſint in eum elevatum ſemper erecti.

75. Rubr. eod. n. 7. *Et Calicem elevatum, quantùm commodè poteſt*, breviſſimo tempore *oſtendit populo adorandum*: nam *mox ipſum Calicem reverenter reponit ſuper Corporale in locum priſtinum, & manu dextrâ* Calicem, antequàm flectat (ſiniſtrâ interim ſuper Altare intra Corporale poſitâ) *pallâ*, eam ſumens inter indicem pollici unitum, & medium digitos, *cooperit*; *ac* tunc, non verò antè, *genu unico flexus Sacramentum veneratur.* In elevatione autem & dimiſſione Calicis advertat Sacerdos, nè Manipulus Hoſtiam conſecratam attingat.

76. Græci ex vetuſtiſſimo ritu (ut refert Cardin. *Bona* l. 2. c. 13. n. 2.) non ſtatim poſt peractam Conſecrationem, ſed paulò ante Communionem elevare ſolent Hoſtiam & Calicem, ut populum excitent ad illud adorandum; at in Eccleſia Latinâ decem prioribus ſæculis nulla fuit ſacræ Hoſtiæ vel Calicis elevatio in uſu, niſi aliqua ad finem Canonis ad hæc verba: *omnis honor & gloria*, quam nunc ſecundam, ſeu parvam vocamus elevationem.

77. Hoc invictè demonſtrat ſilentium Antiquorum (ait *Merati* hoc loco n. 22.) ſcil. *Amalarii*,

Wa-

Wilfridi, &c., qui, cum omnes Miſſæ ritus accuratè deſcripſerint, nullam dictæ elevationis, præſertim poſt Conſecrationem, faciant mentionem ante ſæculum XI.; nec ullum ante hoc tempus hujus Cæremoniæ apparet in Eccleſia Latina veſtigium.

78. Dicitur quidem in Miſſali *Mozarabum* poſt Conſecrationem Hoſtiæ: *Hic elevatur Corpus Chriſti*; & poſt Conſecrationem Calicis: *Hic elevetur Calix coopertus cum philla*; quod, utpote pro hujus ritus vetuſtate, validiſſimum foret argumentum.

79. Sed hæc (utique Miſſali *Mozarabico* à Cardinali *Ximenes* addita, ut eruditè oſtendit *Petrus le Brun* tom. 2. Diſſert. 5. pag. 302.) movere neminem debent. Ita *Merati* ſupra. Citatum à dicto *Merati* R. P. *Pinium* vide in Actis SS. tom. 6. Jul. in Inſt. q. 10. n. 105. pag. 102.

80. Decretum *Pelagii* I. Papæ datum A. 557., & à *Martino Polono*, qui obiit 1259., relatum his verbis: *Ut memoria Defunctorum in omni Miſſa fieri debeat poſt elevationem Hoſtiæ*, Viri Eruditi ſuppoſititium ſuſpicantur, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 15. n. 28.; neque immeritò illud rejiciunt, ait *Merati*.

81. Quis enim credat hoc Decretum (ſi illud verè fuiſſet datum à *Pelagio*) tot Miſſæ Expoſitores latere potuiſſe, qui per 700. annos vixere *Pelagium* inter & *Polonum*? Hi enim omnia Pontificum ſtatuta ad Liturgiam pertinentia, ſive genuina, ſive apocrypha ſuis operibus inſerebant. Quis ergo credat hoc Pelagii Decretum ab uno *Martino Polono* poſt 700., & amplius annos fuiſſe detectum?

82. Mos autem elevandi Hoſtiam & Calicem poſt Conſecrationem in Eccleſia Latina originem ſumpſit à *Berengarii* hæreſi, ut Myſterii veritas, quæ ab illo Hæretico impetebatur, publico hoc teſtimonio declararetur. Et utrumque, ſcilicet elevatio Hoſtiæ ac Calicis in nonnullis Eccleſiis tunc practicari cœpit;

pit; in variis tamen Eccleſiis ſola elevabatur Hoſtia, ut hodiedum adhuc, fit à Carthuſianis.

83. *S. Bonaventura*, qui obiit 1274., in expoſitione Miſſæ c. 4. (ubi 8. cauſas elevationis Hoſtiæ morales & pias affert) nil habet de Calicis poſt Conſecrationem elevatione; ex quo conjici poteſt, ait SS. Dom. ſuprà n. 90., in Seraphico ejuſdem Ordine tunc temporis ritum fuiſſe elevandi ſolam poſt Conſecrationem Hoſtiam, & non Calicem.

84. Et Soto 4. d. 13. q. 2. a. 5. circa finem aſſerit: *Quod ergò ad elevationem Calicis attinet, veritas eſt, quòd mos ipſum elevandi non eſt antiquus. Quare apud neminem eorum, qui de Cæremoniis Miſſæ ſcripſerunt, mentio ejus habetur*; & pergit *Soto*:

85. *Unde omnium antiquarum nuperrimus Alexander* (*de Hales* Ord. Min.) *de elevatione tantùm Corporis loquitur. Et ratio erat; quia, cùm in Hoſtia Corpus & Sanguis exiſtat, & in elevatione Calicis non nihil periculi crearetur, ſatis Patres ducebant Corpus adorandum elevare*.

86. *Et ideò fortaſſe* (idem *Soto* loquitur) *tempore S. Thomæ mos ille* (elevandi Calicem poſt Sanguinis Conſecrationem) *nondum inceperat, ob idque illum* Doctor Angelicus *ſubticuit. Imò verò apud Carthuſienſes non elevatur; neque in Ordinario noſtro* (RR. PP. Dominicanorum) *quod inde* (ex Carthuſienſi Ordinario) *ſumptum eſt, præcipitur nobis, ut elevemus*.

87. Concludit *Soto*: *Quin & complures ſunt Religioſorum Ordines, in quibus non præcipitur elevari. Sed nè ab Eccleſiis Sæcularium diſſideant, illum elevant*. Ità *Soto*. Vide *Gavantum* lit. n. in fine, ubi ait, neque *S. Thomas* meminit elevationis Calicis poſt Sanguinis Conſecrationem, ubi tamen minutè ritus omnes proſequitur Miſſæ.

TITU-

TITULUS NONUS
DE CANONE POST CONSECRATIONEM, USQUE AD ORATIONEM DOMINICAM.

1. RUbr. n. 1. *Repoſito Calice, & eodem per genu unius flexionem adorato, Sacerdos* erecto corpore *ſtans ante Altare, extenſis*, ut ſub Orationibus, *manibus ante pectus*, tunc tantùm, & non antè, incipiens quartam Canonis Orationem, *dicit ſecretò*: UNDE ET MEMORES, *&c.*

2. In aliquibus Galliæ Eccleſiis Sacerdotes ad prædicta verba cœperunt ſæculo XII. brachia ſua elevare, ut in memoriam Paſſionis Chriſti *figuretur extenſio brachiorum Chriſti in Cruce. S. Thomas* q. 83. a. 5. ad. 5. Hunc morem retinent adhuc *Carthuſiani, Dominicani, & Carmelitæ* calceati.

3. Id verò (quidquid ex adverſo blateret *Vertus* tom. 3. f. 279., ait SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà c. 16. n. 4.) nomquàm uſurpavit *Romana Eccleſia* (nec uſurpat *Ordo Franciſcanus*, quidquid dicat *La Croix* l. 6. p. 2. n. 487.) cui ſatis ſemper fuit, quòd Sacerdos teneat manus ſuas *ante pectus* expanſas; nec opus eſſe putavit, ut eas tollat in formam Crucis ad Chriſti Paſſionem ſignificandam, quæ in Oratione diſertè commemoratur. Ità *SS. Dom.*

4. Rubr. eod. n. 1. *Cùm* Sacerdos *dicit*: DE TUIS DONIS, *jungit manus ante pectus*, ſic tamen, ut pollex dexter non ponatur in modum Crucis ſuper ſiniſtrum, ùt ſit ante Conſecrationem, ſed ut dictus pollex junctus maneat indici ejuſdem manûs. Idem dic de pollice ſiniſtro ob dicta tit. præc. n. 65.

5. Rubr. eod. n. 1. *Et Celebrans, dicit*: HOSTIAM ✠ PURAM, HOSTIAM ✠ SANCTAM, HOSTIAM ✠ IMMACUL., *manu ſiniſtrâ poſitâ ſuper Altare intra Corporale,*

tale, dextrâ ſignat ter communiter, id eſt, ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul, ſervans in formatione cujuſque Crucis duas lineas, ùt f. 311. n. 41. & ſeqq. expoſitum eſt. Et ſemel ſignat ſuper Hoſtiam tantùm, & ſemel ſuper Calicem tantùm, dicens: PANEM ✠ SANCT. VITÆ ÆTERNÆ, ET CALICEM ✠ SALUTIS PERPET.

6. Rubr. eod. n. 1. Deinde ſtans, ùt priùs, id eſt, extenſis ante pectus manibus, proſequitur: SUPRA QUÆ PROPITIO, &c. Hæc Canonis in hac Oratione verba: ſanctum Sacrificium, immaculatam Hoſtiam referri poſſunt ad Sacrificium Melchiſedechi, ùt refert Le Brun; vel ad Sacrificium Miſſæ, ùt refert Pouget; utrovis modò intelligatur, bonus in illis verbis ſenſus continetur. Ità SS. D. Benedictus XIV. ſuprà n. 17.

7. Rubr. eod. 1. Cùm, ſeu antequàm Sacerdos dicit: SUPPLICES TE ROGAMUS, inclinat ſe, & quidem non mediocriter tantùm, ſed profundè (ùt dicitur in Canone Miſſæ n. ſeq.) ante medium Altaris, manibus junctis ſuper illo Altari ſic poſitis, ut parvi digiti extenſi & juncti tangant Altaris frontem, & duo medii ac duo angulares digiti ſimiliter extenſi & juncti Altaris menſæ innitantur, manentibus tamen inter ſe unitis pollicibus & indicibus. Vide tit. IV. n. 2. & tit. VII. n. 37.

8. Quòd autem illa verba: SUPPLICES TE ROGAMUS, &c. dicenda ſint poſt omnes illos geſtus, clariùs exprimitur in Ordinario Miſſæ; Rubrica quippe particularis poſita intra Canonem dicit hoc loco: Celebrans PROFUNDE inclinatus, junctis manibus, & ſuper Altare, ùt n. 7. poſitis (omnia in præterito) dicit: SUPPLICES TE ROGAM. &c.

9. In pluribus Galliæ & Germaniæ Eccleſiis Sacerdos olim ad dicta verba manus in Crucem decuſſatas tenebat, ùt etiamnum faciunt Carthuſiani, Dominicani, & Carmelitæ calceati. Ità SS. D. Benedictus XIV. q. 161. n. 26.

10. Rubr.

10. Rubr. eod. n. 1. *Cùm* Sacerdos *dicit*: EX HAC ALTARIS PARTICIPAT. *oſculetur Altare, manibus hinc inde ſuper* Altare intra *Corporale poſitis. Cùm dicit*; SACRO-SANCTUM FILII TUI, *jungit manus, & dextrâ ſignans* faciendo perfectam Crucem, *ſemel ſuper Hoſtiam tantùm, & ſemel ſuper Calicem* tantùm, *ſiniſtrâ ſuper* Altare intra *Corporale poſitâ, dicit*: COR✠PUS, ET SAN✠GUINEM SUMPSERIMUS.

11. Rubr. eod. n. 1. *Et cùm* Sacerdos *dicit*: OMNI BENEDICT. ✠ CÆLESTI, *ſeipſum ſignat à fronte*, illam tangens tribus ultimis digitis, *ad pectus ſigno* perfecto *Crucis*, *ſiniſtrâ* ſic *poſitâ infra pectus*, ùt ipſa maneat extra terminos Crucis; *Et proſequitur*, dicens: ET GRATIA tangit humerum ſiniſtrum; dicens autem REPLEAMUR, tangit humerum dextrum. Benè advertat Celebrans, quòd, cùm ſe ſignat Cruce, pollices, & indices ſuos non diſtinguat, nè hi Planetam tangant.

12. Rubr. eod. n. 1. *Cùm* Celebrans *dicit*: PER EUMD. CHRIST., *&c., jungit manus*. Addit *Merati* n. 3. in fine: *Et caput inclinat*. Sed non rectè, neque ſibi ſatis conſtans. Etenim ipſe *Merati* tit. 7. n. 41. ait; *Quando in Præfatione communi, & in aliis* Præfationibus, *dicitur*: PER CHRIST. DOM. NOST., *non inclinat caput; Veniter* Conſentus; NEC UMQUAM PER TOTAM MISSAM, *dum dicit*: PER CHRIST. DOMINUM NOSTRUM *ſinè verbo* JESUS, *caput inclinet*; UNA SOLUM VICE EXCEPTA, *ſcilicet in Canone poſt Conſecrationem ante verba*: NOBIS QUOQ. PECCATORIB. Ità *Merati*, & rectè. Undè hoc loco non eſt inclinandum caput; quia id nec Rubrica, nec ratio quædam, nec ullus exigit Ritualiſta. Vide ſ. 309. n. 71.

13. Rubr. n. 2. *Cùm* Celebrans ſecretâ (delinquunt, qui altâ vel mediocri) voce, quintam Canonis Orationem incipiens, *dicit*: MEMENTO ETIAM (hæc particula *Etiam* indicat Orationem hactenus

nus factam pro vivis, deinceps pro Defunctis continuari) DOMINE FAMULOR., FAMULARUMQ. TUAR., *&c.*, *extenſis & junctis manibus ante pectus*: Senſus Rubricæ eſt: Celebrans manus ſuas (quas n. 12. immediatè ante *Per eumdem Chriſt.* junxerat), iterum ad illi *Memento* extendit, & eaſdem illico ſic lentè incipit conjungere, ut hæc ipſa manuum ante pectus conjunctio terminetur ſeu perficiatur, cùm dicit: *In ſomnio pacis.* Et addit

14. Rubr. eod. n. 2. *Et manibus*, quæ ad pectus junctæ ſunt, *uſque ad faciem*, non verò ad oculos uſque, *elevatis & intentis oculis ad Sacramentum ſuper Altare*, *facit* mentaliter *commemorationem fidelium defunctorum*, *de quibus ſibi videtur*, *idque eodem* planè *modò*, *ùt dictum eſt de commemoratione vivorum* ſuprà tit. VIII. n. 24. & ſeqq.

15. *Turonenſe* Concilium ſæculo VIII. celebratum hanc habet Rubricam: *Si fuerint nomina Defunctorum*; *recitentur*; *deinde poſtquàm recitata fuerint*, *dicat Sacerdos*: IPSIS DOMINE ET OMNIBUS. Epiſcoporum quoque in Catholica unione defunctorum nomina in ſuis reſpectivè Eccleſiis propalàm recitata ſunt uſque ad ſæculum XII.

16. Hæc autem conſuetudo à Cardinali *Antonio de Crequy* Epiſcopo *Ambianenſi* fuit renovata, qui teſtamento ſuo 1574. juſſit, ut in Conventuali illius Eccleſiæ Miſſâ, cùm Sacerdos venerit ad *Memento Defunctorum*, Diaconus altâ ipſum voce moneret, dicendo: *Memento Domine animarum ſervorum tuorum Joannis & Antonii de Crequy.* Et in Pariſienſi Eccleſiâ etiamnum antiquior Clericus Miſſam Conventualem Celebranti dicit: *Memento anima Cardinalis de Gondy*, qui fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus.

17. Rubr. eod. n. 2. *Quâ commemoratione* ſub ſilentio *factâ*, Sacerdos *ſtans*, *ùt priùs*, *extenſis* more ordinario *manibus*, *proſequitur*: IPSIS DOMINE, ET

OMNI-

OMNIB. IN CHRISTO, *&c. Et in fine ad PER EUMD. CHRIST. DOM. NOSTR., AMEN, jungit manus, & caput* inclinatione infimarum maximâ *inclinat* versùs Sacramentum, & non versùs Crucem. Vide n. 12., & f. 309. n. 71. Explicit quinta Canonis Oratio.

18. In Canone Miſſæ ſic quinquies Oratio concluditur: *PER EUMD., &c.*: & quidem ad omnia 5. loca præſcribit Rubrica jungendas eſſe manus, nullibi autem Rubrica, niſi hoc ſolummodò loco, addit: *Et caput inclinat*; proin nullibi, niſi hoc loco tantùm, id faciendum eſt. Rationem dat *Gavantus* lit. d; quia Celebrans dicturus eſt ſtatim: *Nobis quoque peccatoribus*, quæ ſunt verba maximè ſe humiliantis. Vide ſuprà n. 12.

19. Rubr. n. 3. *Cùm* Celebrans, incipiendo ſextam Canonis Orationem, *dicit : NOBIS QUOQ. PECCATORIB., vocem aliquantulùm elevat*; adeoque non altâ ſimpliciter, neque ſecretâ, ſed mediâ ac graviori voce pronunciat præfata verba. Vide f. 209. n. 9. 5. cùm alioquin totus Canon debeat ſubmiſſâ voce dici. *Et dextrâ manu*, id eſt, tribus ultimis digitis, nè pollex aut index ſibi invicem juncti tangant Planetam, *pectus*, non ſe inclinando, ſed erectus remanendo, *ſibi* modeſtè & moderatè *percutit, ſiniſtrâ poſitâ ſuper* Altare intra *Corporale*.

20. Rubr. eod. n. 3. *Et proſequitur ſecretò : FAMULIS TUIS, &c., ſtans manibus* more ordinario *extenſis, ut priùs*. Nominantur hìc 15. ſancti Martyres, 8. Viri, & 7. Mulieres; primo loco ponitur *S. Joannes* probabiliùs *Baptiſta*, quia *Evangeliſta* poſitus eſt ante Conſecrationem.

21. *S. Stephanus* Proto-Martyr ponitur 2. loco, non ordine dignitatis, ſed prioritate Martyrii ante *S. Mathiam* Apoſtolum, qui in prima Canonis parte fuit prætermiſſus. Per *S. Petrum* hoc loco intelligitur *Exorciſta*, qui cum *S. Marcellino* paſſus eſt, &

 uter-

quæ colitur 2. Jun. S. *Felicitas* eſt illa, quæ 7. Martii; non vero, quæ colitur 23. Nov.

22. Duobus itaque locis in Canone fit commemoratio Sanctorum, ſcilicet ante Conſecrationem, ut eorum obtineamus ſuffragia, communionem conſequamur, ac virtutes adipiſcamur, & gratias; dum ibidem dicitur: *Quorum meritis, precibuſque concedas.* Et poſt Conſecrationem; ut in Sanctorum cœtum Deus nos admittere dignetur, dum dicitur: *Intra quorum* Sanctorum, qui in cælis ſunt, *nos conſortium*; ac proin prima appoſite dicitur *Commemoratio ad Suffragium*, altera *Commemoratio ad Conſortium.*

23. Rubr. eod. n. 3. *Cum* Celebrans *dicit*: PER CHRIST. DOM. NOSTR., non inclinat caput ſuum n. 18., ſed pergendo: *PER QUEM HÆC OMNIA, DOMINE, SEMPER BONA CREAS*, *jungit manus ante pectus. Deinde manu dextrâ* (ſiniſtrâ ſuper Altare intra Corporale poſitâ) *ter ſignans communiter*, id eſt, *ſuper Hoſtiam & Calicem* ſimul (quomodo id fieri debeat, vide tit. VII. n. 41. & ſeqq.) *dicit*: *SANCTI✠FICAS, VIVI✠FICAS, BENE✠DICIS, ET PRÆSTAS NOBIS. Poſtea*, ſiniſtrâ ſuper Altari permanente, accipit dextrâ Pallam inter digitos, indicem ſcil. unitum pollici, & eam deponens, ſaltem partialiter intra Corporale, *diſcooperit* eâdem *manu dextrâ Calicem*; *&* unico *genu* tantum, ſcilicet dextro *flexus Sacramentum adorat.*

24. Rubr. eod. n. 3. *Tum ſe erigit, & reverenter accipit Hoſtiam* (non omnino à parte inferiori, ſed aliquantulum intra medium oræ ipſius, ita ut per rectam lineam, abſque ulla Hoſtiæ inclinatione, ſigna Crucis mox efformanda fieri poſſint) *inter pollicem & indicem dextræ manus*, *& cum ea* Hoſtia *ſuper Calicem*, *quem manu ſiniſtra tenet circa nodum infra cuppam*, *ſignat ter à labio ad labium*, ita tamen, ut labia Calicis ab Hoſtia ſacrâ non attingantur.

25. Rubr.

25. Rubr. eod. n. 3. Proinde Celebrans debet has Cruces formare, non unam altiùs, alteram minùs altè, tertiam infra Calicem, ſed omnes tres æquali ac recto motu ſupra Calicem; *dicens:* PER ✠ IPSUM, ET CUM ✠ IPSO, & IN ✠ IPSO, ùt in ſimili infrà tit. X. n. 30.

26. Rubr. eod. n. 3. *Et ſimiliter cum Hoſtia ſignat bis inter Calicem & pectus, incipiens à labio* exteriori *Calicis*; motu recto Hoſtiam ducens versùs pectus, & non versùs pedem Calicis descendendo, *& dicit:* EST TIBI DEO PA ✠ TRI OMNIPOT. IN UNITATE SPIRITUS ✠ SANCTI.

27. Quærit hoc loco Sacerdos, quomodò hæ duæ ultimæ Cruces fieri debeant, an in eodem loco, ità ut Celebrans formet ſecundam Crucem deſcribendo eaſdem planè lineas, tam rectam, quàm obliquam ſeu tranſverſam, ſicut deſcriptæ fuerunt in prima? An verò in diverſo loco ſecundam Crucem formare debeat retrò primam, & magis versùs ſe ipſum, manendo tamen in linea rectâ, & tranſversâ intra Corporale? Reſpondeo,

28. Quòd prius appareat commodius, & Rubricæ conformius; dicit enim Rubrica: *Signat bis inter Calicem & pectus, incipiens*, utique bis incipiens, id eſt, in prima Cruce incipit, & in ſecunda Cruce incipit *à labio* exteriori *Calicis*; id quoque ſuadent Doctiores, quos conſului deſuper.

29. Rubr. eod. n. 3. *Deinde deferens Hoſtiam* in linea rectâ ad Calicem, & *tenens manu dexterâ dictam Hoſtiam ſuper eumdem Calicem*, & *ſiniſtrâ tenens ipſum Calicem*, ùt n. 24., *elevat eum aliquantulùm*, non tamen ùltra 4. digitos à Corporali, *ſimul cum Hoſtia, dicens*, non tamen altiori voce, ùt aliqui abuſivè faciunt (f. 209. n. 9.) ſed voce ſecretâ, quâ totum dixit Canonem: OMNIS HONOR ET GLORIA. Hæc dicens non incurvat pedem, nec

 ſeſe

ſeſe ullo modo movet, ſed ſtat recto corpore, uſque dum Calix Pallâ coöpertus fuerit.

30. Rubr. eodem. n. 3. *Et ſtatim utrumque*, Hoſtiam ſacram dextrâ, & Calicem ſiniſtrâ *deponens* loco ſuo, ſcilicet *Hoſtiam collocat ſuper Corporale*, *&*, *ſi opus ſit*, *digitos extergit*, ùt ſuprà tit. VIII. n. 70., *ac pollices & indices*, *ùt priùs jungens*, *Calicem*, quem ſiniſtrâ tenet in Altari poſitum, *Pallâ*, quam intrà indicem pollici unitum & intrà medium dextræ manûs digitum accipit, *coöperit*, *&* utraque manu ſuper Altari poſitâ, dextro *genu* tantùm *flexus Sacramentum adorat*, erecto ſemper capite & oculis ad illud intentis.

APPENDIX AD CANONEM
DE CRUCIBUS SUB MISSA,
PRÆSERTIM SUB CANONE, FACIENDIS.

1. SAcerdos *in celebratione Miſſæ*, aſſerit *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 5. ad 3., *utitur*, maximè in Canone Miſſæ, *Crucesignatione ad exprimendam Paſſionem Chriſti, quæ ad Crucem eſt terminata; eſt autem Paſſio Chriſti quibuſdam quaſi gradibus peracta.*

2. Hinc *S. Bonaventura* cap. 4. de Expoſit. Miſſæ ait: *Divinâ providentiâ factum eſt, ut Canon ab hac litterâ T inciperet, quæ ſui formâ ſignum Crucis oſtendit in figura. In pleriſque* namque *Canonum libris Imago Crucifixi depingitur, ut non ſolùm intellectus litteræ, ſed & aſpectus figuræ memoriam Dominicæ Paſſionis inſpiret.* Fiunt autem in Miſſæ Sacrificio à Celebrante Crucesignationes quinquaginta & duæ ſequentes:

1. Ad *In nomine Patris*.	4. Ad Evangelium.
1. Ad *Adjutorium noſtr.*	1. In fine *Credo*.
1. Ad *Indulgentiam*.	1. Cum Patena.
1. Ad Introitum.	1. Super aquam.
1. In fine *Gloria in Excel.*	1. Cum Calice.

1. Super

1. Super Oblata.	3. Ad *Sanctificas.*
1. Poſt *Sanctus.*	3. Super Calicem.
3. In initio Canonis.	2. Ante Calicem.
5. Ad *Quam Oblationem.*	1. Ad *Libera nos quaſ.*
1. Ad benedict. Hoſtiæ.	3. Ad *Pax Domini.*
1. Ad benedict. Calicis.	1. Cum Hoſtia ſacra.
5. Poſt Conſecrationem.	1. Cum Sanguine.
3. Ante *Memento* Mort.	1. Ad benedict. populi.

4. Ad ultimum Evangelium.

3. Hoc autem loco ſolas 30. Cruces, quarum decem in Canone ante Conſecrationem, & ſedecim poſt eam; unum ad *Libera nos, quaſumus* ac tres ad *Pax Domini* in gratiam recentiorum maximè Sacerdotum exponuntur. Inter eas autem magnum eſt diſcrimen notandum;

4. Nam decem ſigna Crucis, quæ fiunt tempore Canonis, pane & vino necdum conſecratis, ſunt veræ & ſtrictæ benedictiones, quibus Dei invocatur omnipotentia, ut oblata in Corpus & Sanguinem Filii ſui convertat. Et hæ, ſecundùm *Boſſuetum*, ſuos habent effectus, tum erga ipſam SS. Sacramenti materiam conſecrandam, tum erga hominem, qui vult per Sacramentum ſanctificari.

5. Similiter inter viginti, quæ à peracta Conſecratione uſque ad *Pax Domini* incluſivè fiunt, Crucesignationes, ſola hæc duplex, quâ Celebrans ante *Memento Mortuorum*, & cum Patena *ad libera nos* ſe ipſum ſignat, eſt vera benedictio, quâ poſtulat ſe & omnes, pro quibus orat & offert ſuum Sacrificium, omni benedictione cæleſti & gratiâ repleri, & ab omni malo liberari.

6. Reliquæ verò 18. Cruceſignationes, quæ poſt Conſecrationem uſque ad *Pax Domini* incluſivè ſuper Chriſti Corpus & Sanguinem, vel cum Hoſtia ſacrâ fiunt, non ſunt ſtrictæ benedictiones; (Major etenim inconvenienter à Minore benedicitur, ùt ſibi

 objicit

objicit *S. Thomas*, ſtatim citandus, Argumento 4.) ſed ſunt commemorationes virtutis & efficaciæ Sacramenti Euchariſtiæ, quæ virtus profluit à cruento Crucis Sacrificio, quod in incruento Miſſæ Sacrificio repræſentatur. Ità *Innocent.* III. l. 5. c. 3., *Alexander Alenſ.* de Sacrif. Miſ. membro 3. a. 2.

7. Et *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 5. ad 4. ait: *Sacerdos POST CONSECRATIONEM in Canone non utitur Cruceſignatione* (excipe illam priorem ſuprà n. 4.) *ad benedicendum & conſecrandum* (proùt fecerat ante Conſecrationem) *ſed ſolùm ad commemorandam virtutem Crucis, & modum paſſionis Chriſti.* Vide *Gavant.* p. II. tit. IX. lit. x. §. *Diſtinguunt.*

8. Unde Eccleſia jubet Corpus & Sanguinem Chriſti in Miſſa poſt Conſecrationem cum ſigno Crucis proferri, ut Sacerdotes *Jeſum* in Cruce immolatum recogitent, & ut indicetur, Hoſtiam ſuper Altari idem eſſe Corpus, quod Cruci fuit affixum, ac eumdem in Calice Sanguinem, qui in Cruce effuſus eſt. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 16. n. 6.

9. Si quis tamen vellet, omnes Cruceſignationes prædictas, veras eſſe benedictiones, dici poſſet, quòd illæ, quæ fiunt ante Conſecrationem, ſint ſigna quaſi practica, ſeu benedictiones effectivæ, quæ ſuum producunt effectum, ſive virtutem, ſive qualitatem, ſive mutationem aliquam in re, quæ benedicitur; & quòd illæ benedictiones,

10. Quæ poſt Conſecrationem fiunt ſuper Corpus & Sanguinem, vel cum ſacro Chriſti Corpore, ſint ſigna quaſi ſpeculativa, ſeu benedictiones affectivæ, quæ ab affectu quodam & deſiderio illius prodeuntes, qui benedicit, nullam tamen rei benedictæ mutationem afferunt.

11. Nunc ad Cruceſignationes in particulari deſcendentes, utimur authoritate & verbis *S. Thomæ* p. 3. q. 83. ar. 5. ad 3., ubi ait: *Eſt autem Paſſio*

Chriſti quibuſdam quaſi gradibus peracta.

12. Et quidem *primò* trina Chriſti traditio, quam ſignificat triplex Cruceſignatio, quæ initio Canonis fit ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul ad illa verba *Hæc* ✠ *dona. hæc* ✠ *munera, hæc* ✠ *ſancta*; &c., juxta *S. Thomam*, facta eſt *primò* pro nobis *à Deo* ex gratia; 2. *à Juda* ex avaritia, & 3. *à Judæis* ex invidia. Vide *Soto* 4. d. 13. q. 2. a. 5. §. *Ad* 3.

13. Secundùm *S. Bonaventuram* autem prima Crux ſignificat traditionem, quâ Pater Filium *pro nobis omnibus tradidit*; ſecunda, quâ Criſtus tradidit in mortem *ſe ipſum* ſeu *animam ſuam*: tertia, quâ *Judas* Magiſtrum ab omni peccato purum in manus tradidit inimicorum ejus.

14. *Secundò* (ait *S. Thomas*) *fuit Chriſti venditio. Eſt autem venditus Sacerdotibus, Scribis, & Phariſæis, ad quod ſignificandum fit iterum trina Cruceſignatio ſuper illa verba* BENE✠DICTAM, ADSCRI✠PTAM, RA✠TAM. *Vel ad oſtendendum pretium venditionis, ſcilicet triginta denarios.*

15. Pergit S. Doctor: *Additur autem & duplex Cruceſignatio ſuper illa verba*: UT NOBIS COR✠PUS ET SAN✠GUIS, *&c. ad deſignandam perſonam Judæ venditoris & Chriſti venditi.* Secundùm *Durandum* ſignificant hæ duæ Cruceſignationes duas in Chriſto naturas, divinam & humanam in unione hypoſtaticâ copulatas, ut intelligamus Chriſtum paſſum in corpore & animâ.

16. Quinque autem prædicta Crucis ſigna Chriſtum ſignificant, prout exponit *S. Bonaventura*, ſecundùm carnem in 5. ſenſibus (ut ſenſus noſtros illuminaret) eſſe paſſum. In *Viſu*, dum velata eſt ejus facies; in *auditu*, dum eſt irriſus: in *guſtu*, dum fel & acetum eſt ei datum, in *odoratu* ex tetro corruptorum corporum fœtore in *Calvariæ* monte; in *tactu*, dum transfixi ſunt pedes ejus & manus.

17. *Tertiò autem* (ait *S. Thomas*) *fuit præſignatio Paſſionis Chriſti facta in* ultima *Canâ, ad quod deſignandum fiunt tertiò duæ Cruces, una in Conſecratione Corporis, alia in Conſecratione Sanguinis, ubi utrobique dicitur,* BENEDIXIT, id eſt;

18. Chriſtus quâ homo Deum cum gratiarum actione invocavit pro inſtitutione tanti Sacramenti & Tranſſubſtantiatione panis & vini in Corpus & Sanguinem ſuum. Vel *Benedixit*, id eſt, bonæ precationis & benedictionis virtutem in panem transfudit, quâ in ſacroſanctum Corpus ſuum transfundi poſſet; quemadmodùm ſuæ benedictionis efficaciâ 5. panes multiplicavit, & rebus à ſe conditis propagandi ſe virtutem dedit. Porro ad verbum *Benedixit* nos ſignum Crucis adhibemus pani, & poſtea Calici, non quaſi Chriſtus hoc ſignum adhibuerit, quia nondum data erat Cruci Deifica virtus; ſed ad ſignificandum illud beneficium nobis ſinè merito Chriſti non obtigiſſe.

19. *Quartò autem*, pergit Doctor Angel., *fuit ipſa paſſio Chriſti; Unde ad repreſentandum 5. plagas Chriſti, fit quartò quintuplex Cruceſignatio ſuper illa verba* HOSTIAM ✠ PURAM, HOSTIAM ✠ S., HOSTIAM ✠ IMMAC. PANEM ✠ S... ET CALICEM ✠ SALUTIS... Vel, ùt loquitur *S. Bonaventura*, ſignificant 5. vulnera Chriſti, duo in manibus, duo in pedibus, & unum in latere.

20. *Quòd autem tria ſigna* Crucis *ſuper Calicem & Hoſtiam communiter fiunt* (pergit *S. Bonaventura*) *in hoc intelligi datur, quia Paſſio Chriſti vulnerat charitatem, Reſurrectio roborat fidem, Aſcenſio lætificat ſpem... Duo autem ſigna Crucis ſequentia, quæ ſuper Corpus Chriſti & Sanguinem ſeorſum fiunt, deſignant juſtorum corporis & animæ immortalitatem.*

21. *Quintò repræſentatur* (ait *S. Thomas*) extenſio *Corporis* Chriſti in Cruce, *& effuſio Sanguinis, & fruc-*

fructus Paſſionis per trinam Cruceſignationem, quæ fit ſub illis verbis: *COR ✠ PUS, ET SAN✠GUINEM SUMPSERIMUS, OMNI BENE✠DICTIONE, &c.*

22. Tria verò prædicta Crucis ſigna exponit *Innocentius* III. l. 5. c. 5. dicens: Ducitur ſignum Crucis ſuper Corpus *propter ſudorem Corporis*, quo Chriſtus in Paſſione maduit; aliud ſuper Calicem *propter guttas Sanguinis*, quem in Paſſione fudit: tertium ſuper ſe ipſum, *quia Chriſtus procidit in faciem ſuam.* Item duo priora, juxta eumdem Pontificem, ſignificant Chriſti vulnera & flagella; tertium, quo ſe ſignat, ſatellites innuit, qui Chriſti faciem conſpuebant.

23. *Sextò repræſentatur triplex oratio* (ait *S. Thomas*) *quam* Chriſtus *fecit in Cruce. Unam pro perſecutoribus, cùm dixit*: *PATER IGNOSCE ILLIS*; *ſecundam pro liberatione à morte, cùm dixit*: *DEUS MEUS, DEUS MEUS, UT QUID DERELIQ. ME? tertia pertinet ad adeptionem Gloriæ, cùm dixit*: *PATER IN MANUS TUAS COMMENDO SPIR. MEUM. Et ad hoc ſignificandum fit trina Cruceſignatio ſuper illa verba*: *SANCTI✠FICAS, VIVI✠FICAS, BENE✠DICIS, &c.*

24. *Septimò*, pergit Doctor Angel., *repræſentantur tres horæ, quibus* Chriſtus *pependit in Cruce, ſcilicet à ſexta uſque ad horam nonam; & ad hoc conſignificandum fit iterum trina Cruceſignatio ad illa verba*: *PER✠IPSUM, ET CUM✠IPSO, ET IN✠IPSO. Octavò autem repræſentatur* in Chriſto *ſeparatio Animæ à Corpore per duas Cruces ſubſequenter, extra Calicem factas*, per hæc verba: *EST TIBI DEO PATRI✠ OMNIP. IN UNITATE SPIRITUS✠S.*

25. Quàmvis enim in Chriſto fuerint tres ſubſtantiæ, ſcilicet *Corpus*, *Anima*, & *Divinitas*, in ejus tamen morte *Corpus* quidem ab *Anima*, & *Anima* à *Corpore*, ſed neutra illarum ſeparata umquàm fuit à *Divinitate*.

26.

26. Cur Sacerdos, in efformandis 5. illis Crucibus, tres efformet intra Calicem, dicendo *PER ✠ IPSUM*, ſcilicet Chriſtum Dominum; & duas formet extra Calicem Cruces, nominando Patrem, & Spiritum S.; circa hoc perpulchra habet *Merati*, & idcirco ea, ad imitationem SS. D. *Benedicti* XIV. l. 2. c. 18. n. 15. hìc appono: Ideo à labio ad labium tres intra Calicem formantur Cruces, dum nominatur ſolus Filius, quia hìc ſolus mortem ſubiit, & Calicem Paſſionis potavit.

27. Efformantur autem 3. Cruces intra Calicem, quia idem Chriſtus paſſus eſt in tribus: *primò* in Corpore, *ſecundò* in Anima, & *tertiò* in fama, honore, & gloriâ, ùt ait *S. Thomas* p. 3. q. 46. a. 5. in Corp., quàmvis parum alio ordine; *Paſſus eſt Chriſtus in Corpore per vulnera & flagella: Paſſus eſt in Anima per triſtitiam, tædium, & timorem; Paſſus eſt in fama, in honore, & gloria per blaſphemias, per irriſiones, & per contumelias ei illatas.* Vide S. Doctorem ibidem; & juniori hæc poſſunt ſervire Concionatori pro dividenda Paſſione.

28. Duæ autem illæ Cruces, quæ fiunt, nominando Patrem, & Spiritum S., efformantur extra Calicem; nam etsì Catholico ſenſu affirmari poſſit, propter unionem Hypoſtaticam humanæ naturæ cum divina Chriſti Perſonâ, Deum eſſe paſſum; minimè autem dici poteſt Patrem, aut Spiritum S. eſſe paſſum; ac propterea duæ hæ ultimæ Cruces fiunt, non intra, ſed extra Calicem.

29. *Nonò autem* (ait S. *Thomas*) *repræſentatur Reſurrectio tertiâ die factâ, per tres Cruces, quæ fiunt ad illa verba: PAX ✠ DOMINI SIT ✠ SEMPER VOBIS ✠ CUM.* SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 20. n. 13. addit: Vel ſignificatur, quòd SS. Trinitas Chriſti Crucifixi Animam ejus Corpori reddiderit, vel tres ſignificantur Mulieres, quæ Chriſtum quære-

bant

bant ad oſtium monumenti. Ità has Cruces exponit *Innocentius* III. l. 6. Myſterior. Miſſæ c. 2.

30. Doctor Angel. concludens ait: *Poteſt autem breviùs dici, quòd Conſecratio hujus Sacramenti, & acceptatio hujus Sacrificii, & fructus ipſius procedit ex virtute Crucis Chriſti. Et ideo, ubicumque fit mentio de aliquo horum trium, Sacerdos Cruceſignatione utitur.*

31. Fiunt itàque in Canone 26. Cruces; ſed quia Sacerdos ſemel ſe ipſum ſignat, ſic in ordine ad Hoſtiam & Calicem fiunt in Canone 25. Cruces tantùm, ſeu quinquies quinque, ait *Innoc.* III. apud *Gavant.* p. 2. tit. 8. n. 1. lit. L, tum, quia ſicut hic numerus *Quinque* (idem eſt de num. *Sex*) per ſe ipſum ductus, ſemper in ſe ipſum reducitur, ſi ducatur in infinitum; ità Euchariſtia, quantùmvis multiplicetur, ſemper eſt idem Sacrificium: tum quia 5. ſenſus noſtri hoc Sacramento perficiuntur. Sed & binarius ſignorum numerus congruit propter Carnem & Sanguinem Chriſti; ternarius quoque propter panem, vinum, & aquam.

TITULUS DECIMUS,

DE ORATIONE DOMINICA,

ET ALIIS USQUE AD FACTAM COMMUNIONEM.

1. Rubr. n. 1. *Celebrans, coöperto manu dextrâ Calice* (elevando Pallam, & omnia faciendo ut tit. præc. n. 30.) *adoratoque* per genu unius flexionem *Sacramento*, *erigit ſe; & , manibus extenſis hinc inde ſuper Altare intra Corporale poſitis*, tunc tantùm, & non ante, *dicit* clarâ & *intelligibili voce. PER OMNIA SÆCULA SÆCULORUM.*

2. Hæc clauſula ideo dicitur altâ voce, ut Celebrans adſtantem invitet populum (cujus nomine recitata ſunt præcedentia *Canonis* verba) quatenus

con-

conſenſu ſuo confirmet ea, quæ omnium nomine Sacerdos à Deo poſtulavit; qui conſenſus à populo exhibetur per vocem *Amen.*

3. Hoc loco, ſecundùm varios, explicit Canon Miſſæ, ſecundùm quos proin in Canone non tantùm lii *Nobis quoque peccatoribus*, ſed & hæc: *Per omnia, &c.* intelligibili voce pronuntiari debent. Atque hinc Feriâ ſextâ *Paraſceves*, dum integer *Canon* omittitur, qui ad Conſecrationem pertinet, nihil ex prænominatis dicitur, nè quidem *Per omnia ſæcula ſæculorum*, ſed, poſt dictum: *Orate fratres, &c.*, initium ſumitur abſolutè ab his verbis: *Oremus; Præceptis ſalutaribus, &c.*

4. Rubr. eod. n. 1. Sacerdos in ſequenti Miſſæ parte propiùs ſe ad Conſecrationem parat. *Et, cùm* intelligibili voce *dicit: OREMUS, jungit manus, caput Sacramento inclinans* inclinatione minimarum maximâ, & illicò illud erigit. Manus autem junctas tenet, uſque dum eâdem intelligibili voce finit Præfatiunculam: *Præceptis ſalutaribus moniti.... audemus dicere* incluſivè.

5. Rubr. eod. n. 1. *Cùm* itàque ex vetuſtiſſima, & Apoſtolicâ, adeoque diu ante *Gregorium* Magnum (qui ſedit A. 590.) conſuetudine *incipit* ſolus (apud Græcos cum univerſo populo) Orationem Dominicam *PATER NOSTER*, tunc tantùm, & non ante, *extendit manus*, ùt fit ad Orationes ante Epiſtolam.

6. Rubr. eod. n. 1. *Et, ſtans oculis ad Sacramentum intentis*, nì pro cantu, aut aliâ ratione neceſſe ſit librum inſpicere, *proſequitur*, extenſis, *uſque ad* Orationis Dominicæ *finem*, manibus.

7. Circa Rubricam ſequentem quærit recentior Sacerdos, an, dum Celebrans ſtatim eſt ſumpturus Patenam, quæ hactenus jacuit quoad medietatem ſub Corporali, debeat eam purificatorio in manu ſiniſtrâ detento extergere, ùt vult *Merati*; an verò manu

dextrâ

dextrà id fieri debeat? Ante reſponſionem prænotandum, quòd modus ordinarius operandi, præſertim in Sacrificio Miſſæ, fiat per ſe manu dextrâ, nisì expreſsè nominetur ſiniſtra: Rubrica autem hoc loco tacet de poſitiva ſiniſtræ manûs operatione, quàmvis ipſa coöperari debeat. Hinc ℟.

8. Senſus litteralis proprius & obvius Rubricæ eſt, ut exterſio Patenæ cum purificatorio fiat manu dextrâ; nam Rubrica ait: *Manu dextrâ... Patenam... purificatorio extergens*, proùt illicò patebit:

9. Rubr. eod. n. 1. Proin *reſponſo* intelligibili voce *à miniſtro*: *SED LIBERA NOS A MALO*, *& à Celebrante* (qui non poteſt: *Sed libera nos à malo* ſecretò repetere) *ſubmiſſâ voce* dicto *AMEN*, tunc, & non priùs, purificatorium & Patenam, utrumque ſimul manu dextrâ accipit inter indicem unitum pollici, & medium digitos; è dextrâ verò ſolam Patenam recipit inter ſiniſtræ, quam de Altari elevat, indicem pollici unitum & medium digitos, retinens manu dextrâ purificatorium.


10. Rubr. eod. n. 1. Et tunc eâdem *manu dextrâ*, quâ retinet purificatorium, *pollice & indice utriuſque* manûs *non-disjunctis*, *Patenam* ſiniſtrâ receptam *aliquantulùm purificatorio extergens*, ipſum purificatorium extra Corporale quidem, ſed prope illud, versùs cornu Epiſtolæ reponit.

11. Rubr. eod. n. 1. Quo facto, Sacerdos è ſiniſtra ſuâ *eam* Patenam *accipit inter indicem & medium digitos* ſuæ dextræ manûs, *quam* Patenam eâdem dextrâ ponens, & *tenens ſuper Altare* extra Corporale quidem, ſed ſuper purificatorium (ùt exactiores Ritualiſtæ docent) ſic *erectam*, ùt pars interior Patenæ reſpiciat Hoſtiam, & manus dextra non adhæreat Altari, ſed ſit elevata ſupér Patenam; *ſiniſtrâ* interim *ſuper Corporale poſitâ*, *dicit ſecretò*: *LIBERA NOS QUÆSUMUS*, *&c.*

12. Atque hic videtur, ſalvo meliori, naturalis ac genuinus Rubricæ ſenſus, & eſt praxis omnium facillima, nulli obnoxia inconvenienti, ut experientiam capienti patebit. Dicta autem Oratio *Libera nos, quæſumus*, &c., in qua liceat olim (ſed non modò) quoſlibet alios Sanctos adjicere, à Ritualiſtis Græcâ voce *Emboliſmus* dicitur, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 19. n. 7., quia in ea diſertè nominamus mala, à quibus petimus liberari.

13. Scilicet mala *Præterita*, quæ ſunt peccata, *Præſentia*, quæ ſunt tentationes, quibus ad peccatum impellimur: & *futura*, quæ ſunt tum peccata, quæ fiant, tum pœnæ pro peccatis commiſſis, licèt quoad culpam dimiſſis, debitæ. In eadem Oratione S. *Andreas* 1. loco nominatur, quòd primùm ad Apoſtolatum fuerit vocatus.

14. Rubr. n. 2. *Antequàm Celebrans dicat: DA PROPITIUS PACEM, elevat manu dextrâ Patenam de Altari, & ſeipſum cum ea ſignat*, integro exteriùs *ſigno Crucis* (hæc duo verba modò ſunt de textu Rubricæ), idque non faciem ſuam ſolam cum Patena ſigno Crucis ſignando, ut ait *Innocent.* III. apud *Gavant.* lit. t, ſed à fronte ad pectus (vide Decret. n. 1611) & ſiniſtra ad dextram, *dicens*, & diſtribuens verba, ut in ſchemate.



15. Rubr. eod. n. 2. *Cum ſignat ſe, manum ſiniſtram ponit infra pectus* extra terminos Crucis. *Deinde*, id eſt, non antequàm ſe ſignat (ut prætendit *Merati*) ſed poſtquàm ſe ſignavit, *Patenam ipſam* (quia eſt inſtrumentum pacis) *oſculatur*.

16. Id namque exigit ſenſus Rubricæ, & nominatim particula *Deinde*, id eſt, poſtquàm ſeſe ſignavit, quod in ſubſtantia præceſſit. Hoc & confirmari poteſt per ſequens Decretum, ut illud refert *Merati* in Indice n. 250. *Signum, quod fit cum Patena à fronte ad pectus, fit integrè cum ſigno Crucis, poſt quod* (ſignum Crucis integrè exteriùs perſolutum) *debet deoſculari* Patenam. S. R. C. 13. Martii 1627.

17. Fateor: Decretum hoc, ut refertur *à Gavanto* in Indice n. 37. & à *La Croix* in indice n. 175, non habet hæc verba: *poſt quod debet deoſculari*; ſed magis eſt fidendum *Merati* teſtanti Decreta à ſe relata fuiſſe diligenter collata cum ſuis originalibus.

18. Quoad oſculum quoque Patenæ infigendum, notetur ſequens Decretum: *Patena ad Miſſam in extremitate, ſeu ora Patena congruentiùs eſt oſculanda.* S. R. C. 24. Jul. 1683.; numquàm enim poteſt Sacerdos Patenam oſculari in illa ejus parte, per quam tranſitura eſt, ſeu in qua collocari debet S. Hoſtia conſecrata. Ità Ritualiſtæ paſſim.

19. Rubr. eod. n. 2. *Et* immediatè poſt oſculum *proſequens: UT OPE MISERICORDIÆ TUÆ, &c., ſubmittit Patenam Hoſtia, quam indice ſiniſtro accommodat ſuper Patenam.* Et hanc ſic collocat in medio Corporalis, ait *Merati*, ut pars ſuperior Patenæ ſit elevata ſuper pedem Calicis ad hoc, ut commodiùs capiatur, & fragmenta, ſi quæ ſint ſuper Corporali, poſteà colligantur, & non adhæreant ejuſdem Patenæ partibus externis.

20. Alii, ad prædictum inconveniens evitandum, Patenam collocant parùm à dextris Corporalis. Tertii, juxta naturalem Rubricæ ſenſum, ſubmittunt Hoſtiæ Patenam, eam in medio relinquendo, & non elevando ſuper pedem Calicis; tum quia Rubrica id non præſcribit, tum quia, dum pes Calicis eſt elevatus, id fieri commodè non poteſt, tum

quia

quia Hoſtia tunc difficiliùs accipitur à Patena.

21. Rubr. eod. n. 2. Et tunc Celebrans *diſcoöperit* manu dexterâ *Calicem* (cujus nodum, vel, ùt alii volunt, pedem tenet ſiniſtrâ) Pallam inter indicem unitum pollici, & medium digitos elevando, & eam deponendo partim ſuper Corporale, partim extra illud, *&*, extenſis hinc inde ſuper Corporale manibus, ſolo *genu* dextro *flexus Sacramentum* reverenter *adorat*.

22. Rubr. eod. n. 2. *Tum ſe erigens*, ac premens partem lateralem dextram Hoſtiæ cum indice ſiniſtro, *accipit* dictam *Hoſtiam* in medio *inter pollicem & indicem dextræ manûs*, eamque ſolâ dextrâ elevat ſuper Calicem, *&* ibidem *cum illis* pollice & indice dextræ, *ac pollice & indice ſiniſtræ manûs eam* Hoſtiam *ſuper Calicem tenens*, *reverenter* & magnâ attentione *frangit per medium*, adeoque in duas, quantùm fieri poteſt, partes æquales. Proin hæc actio non poteſt fieri feſtinanter, aut unico ictu, ſed valde ſtudioſè, nè fortè Hoſtia in fragmenta hinc inde deperdenda irreverenter frangatur.

23. Aliqui in Sacriſtia Hoſtiam ſuper Pallam manu ſiniſtrâ tenentes, extremitate Patenæ, quam dextrâ tenent, lineolam tum per integrum præfatæ Hoſtiæ medium, tum ad inferiorem ejuſdem Hoſtiæ particulam faciunt, ut eam poſt conſecrationem commodiùs & ſecuriùs in duas dividant partes æquales, & particulam inferiorem faciliùs & nitidiùs ſeparent ab altera Hoſtiæ medietate. Ejus utilitas tantò magis eluceſcit, quanto aër eſt humidior.

24. Nullibi quidem deſuper apud quemquam aliquid legi; praxis tamen illa multùm invaluit, & eſt valde frequentata. Quin & hæ lineolæ præfatis Hoſtiis ope laminarum ferrearum ad hoc præparatarum poſſent imprimi. Hæc tamen practicantes reflectere debent, ut binæ hæ lineolæ ſint valde leves, & ad

omne

omne evitandum inconveniens, quod inde oriri poſſet, ad modum tenues.

25. Commodiſſimus autem Hoſtiam ſine illis lineolis frangendi modus in duas partes æquales eſt, ut in ſuprema, mediâ, & infimâ parte medietatis ab initio fiat modica fractio, & poſteà tota Hoſtia frangatur. Incipit tamen Celebrans fractionem à ſuperiori Hoſtiæ parte, dicens, ait Rubr. eod. n. 2. *PER EUMDEM DOMINUM NOSTRUM J. C.* (hîc ad illud *Jeſum Chriſtum* frangit Hoſtiam in duas partes æquales, & caput Sacramento inclinat inclinatione minimarum maximâ) *FILIUM TUUM.*

26. Juxta conſuetudinem Græcorum Hoſtia ſacra dividitur in 4. partes, prior in Calicem immittitur, altera Celebrans ſumit, tertia diſtribuitur populo, quarta reſervatur infirmis. Juxta Mozarabicum ritum dividitur Hoſtia in 9. partes, quarum cuique alicujus ex Chriſti myſteriis nomen imponitur. Eccleſia Occidentalis, juxta diſciplinam, quæ modò invaluit, Hoſtiam ſacram dividit in tres tantùm partes, ut patet ex ſequentibus.

27. Rubr. eod. n. 2. *Et Hoſtiæ ſacræ, ſic in duas partes diviſæ, mediam partem, quam inter pollicem & indicem dexteræ manus tenet, ponit ſuper Patenam,* parùm ad ejus extremitatem verſùs manum ſuam dexteram. *At de alia media Hoſtiæ parte, quam adhuc ſuper Calicem ſiniſtrâ manu tenet, frangit cum pollice & indice dexteræ manûs particulam,* non ex parte ſuperiori, ſed (ut S. R. C. 4. Aug. 1663. decrevit) ex inferiori, *proſequens ſubmiſsè: QUI TECUM VIVIT, &c.*

28. Rubr. eod. n. 2. *Et eam particulam præciſam ſimul ipſas dexteræ manûs pollicem & indicem* ſuper Calicem *retinens, partem majorem, quam ſiniſtrâ tenet,* ſic *adjungit mediæ* parti Hoſtiæ *ſuper Patenam poſitæ,* ut conſentiat quaſi una Hoſtia rotunda, *interim* uniendo duas Hoſtiæ conſecratæ medietates, *dicens* ſecretò:

IN UNITATE SPIRITUS S. DEUS.

29. Rubr. eod. n. 2. *Et particulam Hoſtiæ, quam in dextrâ manu retinuit, tenens adhuc ſuper Calicem*; quin & aliqualiter intra os Calicis (*quem ſiniſtrâ ma*nu; manentibus tamen pollice & indice unitis, *per nodum infrà cuppam retinet*) *intelligibili voce dicit*: *PER OMNIA SÆCULA SÆCULOR.* ℟. *AMEN.*

30. Rubr. eod. n. 2. *Et Celebrans cum ipſa particulâ ſignans*, formando motum Crucis cum tota manu dextrâ, & non cum ſolis pollice & indice dextræ manûs, *ter à labio ad labium* intra os *Calicis*, ſed ſinè ejuſdem attactu, *dicit* clarâ voce: *PAX* ✠ *DOMINI SIT* ✠ *SEMPER VOBIS* ✠ *CUM.* Formet autem has 3. Cruces ſic tardè, & diſtinctè, ut ad illi *Pax*, *Sit*, & *Vobis* ducatur tota linea recta, & ad illi *Domini*, *Semper*, & *Cum* tota linea obliqua. Vide in ſimili tit. IX. n. 25.

31. Rubr. eod. n. 2. *Reſponſo per miniſtrum*: *ET CUM SPIRITU TUO*, *particulam, quam dextrâ manu tenet, immittit*, ex vetuſtiſſima Liturgiarum, & antiquiſſimorum Conciliorum authoritate, *in Calicem, dicens ſecretò*: *HÆC COMMIXTIO ET CONSECRATIO CORPORIS*, &c. quæ Oratio Feriâ VI. *Paraſceves* (quia tunc particula ſacra in vinum non conſecratum immittitur) non dicitur.

32. Præfata autem Oratio, quam Carthuſiani in Miſſa non recitant, habet hunc ſenſum: *Hæc commixtio ſpecierum panis & vini, quibus, per Conſecrationem à me factam, continetur Corpus & Sanguis Domini noſtri JESU Chriſti, fiat accipientibus*, &c. Vide infrà n. 38. & 39. Atque ita hic *Conſecratio* nullum habet inconveniens; & *Commixtio*, de qua hic, non eſt à *Julio* Papa, qui obiit A. 352., prohibita Can. *Cùm omne de Conſecrat. diſt.* 2.

33. Rubrica Miſſalis Rom. agens ſuprà n. 1. de Hoſtiæ fractione (quam omnes habent Liturgiæ,

uti-

indeque ex inſtitutione & exemplo Chriſti, qui panem conſecratum fregit, idque juſſit Apoſtolos in ſuî facere memoriam) non utitur his verbis: *Frangitur Corpus Chriſti* (ùt habet Liturgia *Ambroſiana*) ſed *Hoſtiam* Sacerdos *frangit*, ſcilicet ſecundùm ſpecies Sacramentales, ùt docet *S. Thomas* p. 3. q. 77. a. 7. qui ibidem ſibi objicit 3. Arg.

34. *Ejuſdem videtur eſſe, manducari, frangi, & maſticari; ſed verum Corpus Chriſti eſt, quod manducatur, ſecundùm illud Joann. 6.* Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem; *Ergo Corpus Chriſti eſt, quod & frangitur & maſticatur*. Pergit Angelicus *Thomas* objiciendo:

35. *Unde & in confeſſione Berengarii dicitur*: Conſentio S. Romanæ Eccleſiæ, & corde & ore profiteor panem & vinum, quæ in Altari ponuntur, poſt Conſecrationem verum Corpus, & Sanguinem Chriſti eſſe, & in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi & Fidelium dentibus atteri: *Non ergò fractio* (infert objiciendo S. Doctor) *debet attribui Sacramentalibus ſpeciebus*, ſeu Hoſtiæ ſacræ (ùt videtur attribuere Rubrica ſuprà n. 22.) ſed Corpori Chriſti, ùt in Liturgia *Ambroſianâ* attribuitur.

36. Huic objectioni ſic *S. Thomas* R. *Ad 3. dicendum, quòd illud, quod manducatur in propria ſpecie, ipſum & frangitur & maſticatur in ſua ſpecie; Corpus autem Chriſti non manducatur in ſua ſpecie, ſed in ſpecie Sacramentali*; Doctor Angelicus pergit:

37. *Unde & ſuper illud Joann. 6.* Caro non prodeſt quidquàm *dicit Auguſtinus*: Hoc eſt intelligendum ſecundùm illos, qui carnaliter intelligebant, Carnem quippe ſic intellexerunt, quomodò in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur. *Et ideo ipſum Corpus Chriſti non frangitur, niſi ſecundùm ſpeciem Sacramentalem. Et hoc modo intelligenda eſt confeſſio Berengarii, ut fractio & attritio dentium referatur ad ſpeciem Sacramentalem, ſub qua verè eſt Corpus Chriſti.*

38. Juxta hanc *S. Thomæ* doctrinam legit Eccleſia in ejuſdem *S. Thomæ* Hymno:

Fracto demum Sacramento,
Nulla rei fit ſciſſura,
Sola ſigni (ſpeciei Sacramentalis) *fit fractura,*
Quâ nec ſtatus, nec ſtatura
Signati minuitur.

39. Itaque, ſi accuratè & Theologicè loquamur, non eſt dicendum: *Frangitur Corpus Chriſti*, ſed *franguntur ſpecies*, ſeu Hoſtia ſacra. Ita SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 20. n. 7.

40. Quamvis autem in eodem *S. Thomæ* Hymno Corpus Chriſti, ſeu Chriſtus

A ſumente non conciſus
Non confractus, non diviſus,
Integer accipitur;

Adhuc tamen Theologicè dici poteſt, ait idem SS. D. ſupra: *Frangitur Corpus Chriſti*; & habetur hodiedum adhuc in Liturgia *Ambroſiana*: quamvis 1731. in ejuſdem reimpreſſione, ut dicta expungeretur formula, magnis fuerit, ſed fruſtrà, viribus actitatum.

41. Rationem allegat SS. D.; quòd etiam in Euchariſtia Idiomatum communicationi locus eſſe poſſit propter intimam, & admirabilem ſpecierum cum Corpore Chriſti conjunctionem; ita, ut actiones externæ, quæ ſunt circa ſpecies, tribuantur rebus, quæ ſub ipſis continentur; quemadmodùm, ſervatâ debitâ proportione, quæ humanæ tantùm naturæ propriè conveniunt, de Filio Dei propter unionem Hypoſtaticam dicuntur.

42. Sic etiam ex Pontificali Romano Epiſcopus Patenam conſecraturus ait: *Oremus Fratres dilectiſſimi, ut divina gratiæ benedictio conſecret & ſanctificet Patenam ad* CONFRINGENDUM IN EA CORPUS *Domini N. J. C.* Ita quoque in Miſſa ſuprà n. 29. & 30. dicitur: *Hæc commixtio... Corporis & Sanguinis;*

43. Ubi

43. Ubi *Corpus* & *Sanguis* non ſumitur in propria ſpecie (ait *Bellarm.* de Miſſa, c. 27. id namque fieri non poteſt, niſi Chriſtus iterum vulneretur) ſed in ſpecie panis & vini; ſicut enim ratione ſpecierum dicitur videri, tangi, ità etiam ratione earumdem dicitur commiſceri. Vide *Azorium* l. 10. c. 19.

44. In gratiam Phyſiologorum noſtrorum addo ex eod. SS. D. *Benedicto* XIV. in omni ſcibili exactè verſato, ſuprà n. 8. ſequentia: Neſcimus, an ſat feliciter rem expediant, qui corporis naturam ponunt in magnitudine, nec vera & abſoluta accidentia admittunt diſtincta à materia:

45. Nam, juxta Catholicam Fidem, confitentur, poſt Conſecrationem jam non ampliùs manere panis & vini ſubſtantiam, ſed ſpecies, magnitudinem ſcilicet, colorem, figuram, ſaporem; contendunt verò, Deum per ſe & proximè in noſtros ſenſus agere, & coram Pane Euchariſtico eaſdem modificationes in anima noſtrâ & impreſſiones operari, quas ipſe panis ante Conſecrationem operabatur, & adhuc, ſi ad priſtinam reſtitueretur ſubſtantiam, operaretur.

46. Novimus eos reſpondere, Corpus Chriſti non frangi *per fractionem in ſe*; eſſe enim incorruptibile, impaſſibile, & totum ſub qualibet parte: poſſe tamen frangi *per fractionem à ſe*, perinde, acſi, fracto corpore humano, in ejus membris fractis & diviſis vellet Deus rationalem animam conſervare; quo caſu rationalis quidem anima non divideretur *in ſe ipſâ*, ſed *à ſe ipſâ* divideretur *localiter*, *propter quod*, ùt dicunt, *non jam eſſet in continuo quodam ſpatio totali corporis, ſed in pluribus ſpatiis ſeparatis totali illi continuo æquivalentibus.*

47. Sed aliis non ſatisfacit hæc reſponſio; cùm enim Euchariſtia ſit Sacramentum permanens, duabus neceſſariò conſtare debet rebus, quæ *ſimul permaneant*, & quarum una ſenſibilis ſit. Quòd ſi ſpe-

cies ex parte Hoſtiæ conſecratæ non fiat aliquid reale, illud inferunt, fractâ in plures partes Hoſtiâ; fracturam, quæ realis eſt, in ipſo Chriſti Corpore fieri; nihil enim aliud quidquam eſſe reale ex eorum doctrinâ, in quo fieri fractura poſſit, quod ſanâ reſpuit Theologia, ut jam explicuimus.

48. Huc accedit, quòd ſæculo XII., ortâ controverſiâ, cui occaſionem dedit Pallinodia *Berengarii*, utrum, cùm frangitur, & in plures partes dividitur Euchariſtia, ſpecies, an Corpus Chriſti frangatur; quibuſdam autem cum *Petro Abailardo* contendentibus, ſpecierum tantummodò fieri fracturam; contrà *Valtero* Monaſterii Pariſienſis *S. Victoris* Abbate, & *Abaudo* itidem Abbate docentibus, fracturam & diviſionem fieri in Corpore Chriſti, non ad poſteriorem, ſed ad priorem ſententiam Eccleſia voluit accedere. Ità SS. Dominus.

49. Rubr. eod. n. 2. *Deinde* Sacerdos (totâ hâc Oratione *Hac commixtio, &c.*, dictâ) *pollices & indices* utriuſque manûs *ſuper Calicem aliquantulùm tergit & jungit*; ac tunc *Calicem*, ſiniſtrâ ſuper Corporale poſitâ, *Pallâ*, quam intra dextræ digitos medium & indicem pollici unitum accipit, *cooperit*, *&*, manu dextrâ pariter ſuper Corporale poſitâ, *genu uno flexus Sacramentum adorat.*

50. Rubr. eod. n. 2. Mox *ſurgit*, *&*, *ſtans junctis manibus*, non ſuper Altare, ad quod junior Sacerdos bene reflectat, ſed *ante pectus* poſitis, corpore erectus, ſed *capite inclinato versùs Sacramentum*, tunc tantùm, & non ante (tit. VIII. n. 7.) *dicit ter intelligibili voce: AGNUS DEI; QUI TOLLIS PECCATA MUNDI.* Vide infrà n. 66. Hæc Oratio à *Sergio* PP. (qui obiit A. 701. vel 702. Vide Acta Sanctorum tom. 3. Septembr. fol. 444.) primò pro Eccleſia Latinâ in Miſſa contra Pſeudo-Synodum *Trullanam*, quæ temerè ſanxiverat, ne Chriſtus

ſub

ſub *ſpecie Agni* pingeretur, introducta eſt, *S. Bonaventura* c. 4.

§ 51. Rubr. eod. n. 2. *Et*, dum primâ vice dicit: *Peccata mundi*, tunc, non verò ante, manus ſuas disjungit, ac *dextrâ*, ſeu potiùs tribus dextræ digitis exterioribus modeſtè *percutiens*, in ſignum veræ contritionis, *ſibi pectus*, cavendo tamen, nè pollice vel indice tangat Planetam, *ſiniſtrâ ſuper Corporale poſitâ*, *dicit*: MISERERE NOBIS. Vide p. I. II. t. IV. n. 4.

§ 52. Rubr. eod. n. 2. *Et deinde non jungit manus*; nec dextram, nè per momentum quidem, relinquit in Altari quietam, *ſed* tardè & graviter continuò movens eam, *iterum* cum eadem eodem modo *percutit ſibi pectus*, *cùm dicit ſecundò*: *MISERERE NOBIS*, *quod & tertiò*, ſiniſtrâ ſemper manente ſuper Corporali, *facit*, *cùm dicit*: *DONA NOBIS PACEM*.

§ 53. Olim ter dicebatur *Miſerere nobis*, quod adhuc obſervatur *Romæ* in Baſilica Lateranenſi, ùt ex *Rocca* refert *Merati*; poſteà verò pro tertia vice cœptum eſt dici: *Dona nobis pacem*. Hanc mutationem *Macrius*, in ſuo Hierolexico Verbo *Agnus Dei*, docet factam ſub *Joanne* XXII., quod Cardinalis *Bona* in dubium vocat; aſſerens, ſe nuſquàm legiſſe, à quo Pontifice præſcripta fuerit talis mutatio.

§ 54. Rubr. n. 3. *Tunc manibus junctis*, ac taliter *ſuper Altare poſitis*, ut duo digiti minimi tangant frontem menſæ Altaris, non verò ponantur ſuper Corporale, ſupra quod debent extendi ſoli digiti annulares & medii (de hoc vide neceſſariò tit. IV. n. 3. &c.) *oculiſque ad Sacramentum intentis*, non capite tantùm (ùt ad *Agnus Dei*) ſed & humeris, ſeu mediocriter *inclinatus* dicit ſecretò: *DOMINE J. C.*, *&c.*

§ 55. Notet proin hîc juvenis Sacerdos, quòd, dicto pro tertia vice: *Agnus Dei*, &c., illico ſenſibiliter mutandus ſit corporis ſitus ad tres ſequentes Orationes, in quibus, dum Celebrans profert nomen

 Jeſu,

Jeſu, non inclinat caput, ſicut id facere debet in aliis Miſſæ partibus; nam, dum haſce 3. Orationes dicit, eſt ſufficienter inclinatus capite & humeris.

56. Rubr. eod. n. 3. *Quâ primâ Oratione finitâ, ſi* Celebrans *eſt daturus pacem*, manibus hinc inde ſuper Corporale poſitis, *oſculatur Altare in medio* (olim oſculabatur ſacram Hoſtiam, quod modò illicitum eſt) *&* ſimiliter oſculatur *inſtrumentum pacis ei porrectum à miniſtro juxta ipſum ad dexteram, hoc eſt, in cornu Epiſtola genuflexo, & dicit*: PAX TECUM. *Miniſter reſpondet*: ET CUM SPIRITU TUO. Ut ſic tum ipſe Celebrans, tum populus ad hoc Sacramentum debitè percipiendum præparetur per pacem. *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 4. in Corp. *S. Iſidorus* quoque de Offic. Eccleſ. l. 1. c. 15. ait: *Quia non recipit diſſenſionem cujuſquam Chriſti indiviſibile Corpus.*

57. Olim dabatur pax cum oſculo oris ad faciem uſque ad tempora *Innocentii* III., qui obiit 1216. nunc autem per amplexum, vel parva quædam præbetur (ut innuit Rubrica) ad oſculum tabella, quam quidam Oſculatorium appellant. Cardinalis *Bona* exiſtimat, quod pro oſculo oris FF. Franciſcani amplexum, ſive tabellæ oſculum ſubſtituerint, qui, cùm aliquot mutaſſent ritus, etiam hunc, non ſinè ratione, propter malitiam hominum, cenſuerunt mutandum. Ità SS. D. *Benedict.* XIV. l. 2. c. 20. n. 23.

58. Hinc ſequens Decretum apud *Meriati* in Indice n. 5. ſic exponendum videtur: *Uſus ſemel introductus juxta regulas libri Cæremonialis ſervandus eſt, & pax cum oſculo* (non oris ad faciem, ſed cum amplexu) *omnibus viris Eccleſiaſticis in Choro ſedentibus* (id eſt, jus in Choro ſedendi habentibus, quia pax ſtantibus) *danda eſt*. S. R. C. 8. Julii 1602. & 23. Mart. 1743. apud *Talu* n. 1113.

59. Rubr. eod. n. 3. *Si non adſit, qui hujuſmodi inſtrumento pacem recipiat à Celebrante, pax non datur,*

etiamſi

67. Nonnulli errant in his verbis : *Domine non ſum dignus*, ea ſyncopando, & inter dentes ultimam ſyllabam proferendo aut omittendo ; alii nimis celeriter ea proferunt, ità ut impoſſibile ſit, quòd ſequentia verba, ſecretò dicenda, pronuntient integrè : alii indevotè, & quaſi ſinè fide ea recitant, per quæ pii fideles ſæpiſſimè ſolent ſcandalizari. Hi abuſus ſunt neceſſariò corrigendi.

68. Dicitur in Rubrica : *Paulum ſolummodò inclinatus* ; proin notet junior Sacerdos, quòd ad *Domine non ſum dignus* non levet Hoſtiam in altum, nec recedat ad latus, nec pedem incurvet, aut ſuper alium ponat, nec brachium aut cubitum ſiniſtrum ſuper Altare collocet, nec corpus ſuum, devotionis aut reverentiæ causâ, aliqualiter contorqueat, ſed, ſtans pedibus & corpore erectus, parùm ſeu ſolo tantùm (ùt ad *Agnus Dei* ſuprà n. 50.) capite inclinato dicat : *Domine non ſum dignus.*

69. Rubr. eod. n. 4. *Quibus tertiò dictis, ex manu ſiniſtrâ accipit ambas partes prædictas Hoſtiæ* (ſuper ſe invicem pro faciliori ſumptione ritè diſponendas) *inter pollicem & indicem dextræ manûs, & cum illa Hoſtiâ ſacrâ*, ſeu cum duabus Hoſtiæ ſacræ partibus ritè plicatis, *ſuprà Patenam*, quam ſiniſtrâ tenet, ut n. 64., *ſignat ſe ipſum*, non verò Patenam, *ſigno Crucis* ad ſummum palmari, tam quoad rectam, quàm quoad tranſverſam lineam, ità tamen, ut *Hoſtia non egrediatur limites Patenæ, dicens* ſecretò : CORPUS D. N. J. C. CUSTODIAT ANIMAM MEAM IN VITAM ÆTERNAM, AMEN.

70. Quamquàm ex hac Miſſalis Rom. Rubrica cum manu dextrâ admovenda ſit Hoſtia ori à Celebrante illam ſumpturo, ſiniſtrâ tamen eam accipiunt Dominicani, qui ritus etiam antiquus eſt. Quia & ab Ordine XIV. Romano præſcriptus, ubi c. 53. dicitur : *Subſequenter* Celebrans *accipiens cum digitis*

DOMINE J. C. FILI DEI VIVI, &c. & *PERCEPTIO CORPORIS TUI, &c.*

63. Rubr. eod. n. 4. *Quibus* tribus (in Miſſis de Requiem duabus) *Orationibus dictis* Sacerdos, poſitis hinc inde ſuper Corporale manibus, *genu* dextro maximâ cum humilitate ac reverentiâ *flectens*, *Sacramentum* devotè *adorat*, &c., *ſe erigens*, *dicit ſecretò*: *PANEM COELESTEM ACCIPIAM, &c.*

64. Rubr. eodem n. 4. *Quo dicto, dexterâ manu*, id eſt, indice & pollice dextræ manûs, *accipit de Patena* per ſiniſtram paulùm elevatâ (vel, ut alii, quam Patenam ſiniſtrâ inter indicem & medium digitos priùs acceperat) accipit, inquam, *reverenter* ſimul *partes Hoſtiæ*, *& eas ſic collocat inter pollicem & indicem ſiniſtræ manûs*, ut figuram forment rotundam, quantum fieri commodè poteſt.

65. Rubr. eod. n. 4. *Quibus* (eſt Dativus verbi *Supponit*, ut ſenſus ſit: *Quibus*) pollici & indici ſiniſtræ manûs tenentibus ambas Hoſtiæ ſacræ partes, Sacerdos *Patenam inter eundem ſiniſtræ indicem & medium digitos ſupponit*, ſeu (ut alii in parentheſi n. præc.) ſuppoſitam habet.

66. Rubr. eod. n. 4. *Et eâdem manu ſiniſtrâ*, quæ ſit 4. digitis à Corporali elevata, niſi forſan, ob debilitatem manûs, digitus minimus Corporale attingere debeat, *tenens partes hujuſmodi ſuper Patenam inter pectus & Calicem*, capite, & *parùm* humeris *inclinatus*, *dextrâ*, ſeu potiùs, ut n. 51., tribus dextræ digitis exterioribus, *tribus vicibus* cum modeſtia & gravitate *percutit pectus ſuum*, cavens, nè pollice vel indice tangat Patenam; *interim etiam tribus vicibus dicens voce* gravi & tardâ, & *aliquantulùm* ſolummodò *elevatâ*, ſeu uno tono depreſſâ: *DOMINE NON SUM DIGNUS*. Vide neceſſariò ſ. 209. n. 10. & 12. tùm ſecretò proſequitur: *UT INTRES SUB TECTUM MEUM, &c.*

67 Non-

67. Nonnulli errant in his verbis: *Domine non ſum dignus*, ea ſyncopando, & inter dentes ultimam ſyllabam proferendo aut omittendo; alii nimis velociter ea proferunt, ità ut impoſſibile ſit, quòd ſequentia verba, ſecretò dicenda, pronuntient integrè: alii indevotè, & quaſi ſinè fide ea recitant, per quæ pii fideles ſæpiſſimè ſolent ſcandalizari. Hi abuſus ſunt neceſſariò corrigendi.

68. Dicitur in Rubrica: *Parùm* ſolummodò *inclinatus*; proin notet junior Sacerdos, quòd ad *Domine non ſum dignus* non levet Hoſtiam in altum, nec recedat ad latus, nec pedem incurvet, aut ſuper alium ponat, nec brachium aut cubitum ſiniſtrum ſuper Altare collocet, nec corpus ſuum, devotionis aut reverentiæ causâ, aliqualiter contorqueat, ſed, ſtans pedibus & corpore erectus, parùm ſeu ſolo tantùm (ùt ad *Agnus Dei* ſuprà n. 50.) capite inclinatus dicat: *Domine non ſum dignus*.

69. Rubr. eod. n. 4. *Quibus tertiò dictis, ex manu ſiniſtrâ accipit ambas partes prædictas Hoſtiæ* (ſuper ſe invicem pro faciliori ſumptione ritè diſponendas) *inter pollicem & indicem dextræ manûs, & cum illa Hoſtiâ ſacrâ*, ſeu cum duabus Hoſtiæ ſacræ partibus ritè plicatis, *ſuprà Patenam*, quam ſiniſtrâ tenet, ut n. 64., *ſignat ſe ipſum*, non verò Patenam, ſigno *Crucis* ad ſummum palmari, tam quoad rectam, quàm quoad tranſverſam lineam, ità tamen, ut *Hoſtia* non *egrediatur limites Patenæ*, *dicens* ſecretò: CORPUS D. N. J. C. CUSTODIAT ANIMAM MEAM IN VITAM ÆTERNAM, AMEN.

70. Quamquàm ex hac Miſſalis Rom. Rubrica cum manu dexterâ admovenda ſit Hoſtia ori à Celebrante illam ſumpturo, ſiniſtrâ tamen eam accipiunt Dominicani, qui ritus etiam antiquus eſt. Quia & ab Ordine XIV. Romano præſcriptus, ubi c. 53. dicitur: *Subſequenter* Celebrans *accipiens cum digitis*

[illegible] *MANUS illas duas partes Hoſtiæ, quæ ſunt ſuprà Patenam, ſumat a ſtante cum omni devotione & reverentia.* [illegible] in: Ceremon. Epiſc. p. 2. fol. 125. in fine.

[illegible] Rubr. eod. n. 4. *Et ſe devotè inclinans, cubitis ſuper Altare poſitis* (id in tota Miſsâ tribus tantùm fit locis, ſcilicet hîc, & ſub utrâque Conſecratione) ſuppoſitâ circa mentum patenâ, *reverenter* (aperiendo modeſtè os ſuum abſque linguæ expoſitione) *eaſdem* ambas ſacræ Hoſtiæ *partes* (ponendo ſuper linguam, leniter *ſumit*. Quidam autem abuſivè ad palatum, alii minùs reverenter dentibus ſacræ Hoſtiæ partes frangunt.

[illegible]. Si palato, aut dentibus adhæreat fragmentum aliquod, id tunc linguâ, non digito, inde revellat; ubi autem id facilitèr fieri non poteſt, ſumat Sanguinem, & ablutionibus deglutiat: *Quarti* p. 2. tit. 10. dub. 4. & *Buſſum* lit. H.

73. Rubr. eod. n. 4. *Quibus* ſacræ Hoſtiæ partibus ſic ædificatoriè *ſumptis*, Celebrans *deponit Patenam*, quam hucuſque ſiniſtrâ manu tenuerat, *ſuper Corporale* à parte Evangelii, non in medio propter fragmenta, ſi fortè eſſent, ubi Hoſtia ſacra poſita fuit; *&* *erigens ſe*, *junctis* manentibus *indicibus & pollicibus*: *ambas quoque manus ante faciem* ſuam *jungit*, ita ut digitorum ſummitas ferè nares attingat, manibus equidem ab ipſa facie non nihil remotis.

74. Rubr. eod. n. 4. *Et aliquantulùm*; proinde non nimis diu, ne in circumſtantibus oriatur diſtractio, *quieſcit in meditatione SS. Sacramenti*. (Poſt ſumptionem Corporis; non verò ante eam, nec ante vel poſt ſumptionem Sanguinis præſcribitur meditatio; proinde exceptio firmat regulam in contrarium). Si autem Sacerdos ante ſumptionem, vel etiam ante Conſecrationem, recordaretur, aut dubitaret de peccato gravi non dimiſſo, deberet prævìè de illo, quantùm poſſet, perfectè conteri cum propoſito, &c. Vide p. III. tit. VIII. n. 4.

75. Rubr.

75. Rubr. eod. n. 4. *Deinde depoſitis, ſeu disjunctis, manibus*, non tamen ſeparatis pollicibus ab indicibus, *dicit ſecretò*: QUID RETRIBUAM DOMINO PRO OMNIBUS, &c. *Et interim*, dicendo præfata verba, ſiniſtrâ ſuper Corporale (alii ſuper Calicis pedem) poſitâ, accipiens inter indicem unitum pollici, & medium digitos Pallam, *diſcooperit Calicem*, collocando Pallam partim ſuper Corporale, partim extra illud verſus cornu Epiſtolæ.

76. Rubr. eod. n. 4. Et, dexterâ ſuper Corporale poſitâ, majori cum devotione *genu uno flectens ſurgit, & accipit*, inter indicem unitum pollici & medium digitos primò dextræ & dein ſiniſtræ manûs, *Patenam*, luſtrans ſi quæ fragmenta in eam deciderint, quæ ante Corporalis excurſionem in Calicem mittantur; ne forte certæ particulæ in Patenâ deprehenſæ omittantur; dum incertæ in Corporali colliguntur. Ita *Vinitor*, & plures alii.

77. Rubr. eod. n. 4. Si verò nullæ in Patena appareant particulæ, tunc immediatè, poſtquàm ab adoratione Celebrans ſurrexit, manu dextrâ Calicem à medio Corporalis pro faciliori fragmentorum collectione ad ejus latus dextrum, vel potiùs ſiniſtrum, prout magis viſum fuerit opportunum, parumper removet, & accipiens eâdem manu dextrâ Patenam, ut ſuprà, *inſpicit Corporale, & colligit fragmenta cum Patena, ſi quæ fuerint in Corporali*.

78. Cùm autem in hac actione nulla diligentia ſit ſuperflua, ad fragmenta exactiùs colligenda, poterit Sacerdos Corporale manu ſiniſtrâ ſuper Patenam in medio ejuſdem Corporalis poſitam parumper elevare; & dexterâ nonnihil excutere: dein inter indicem unitum pollici & medium digitos ſiniſtræ accipiens Patenam ex parte, quâ fragmenta collegit, oppoſitâ, Calicem dexterâ retrahit ad Altaris medium.

79. Rubr. eod. n. 4. *Patenam tunc quoque ſuper* Cali-

Calicem elevans, diligenter eamdem cum pollice & indice dexteræ manûs, vel, si mavis, cum purificatorio, super Calicem extergit, postea & ipsos pariter digitos dexteræ manûs super eumdem Calicem, ne quid fragmentorum, vel minimum, in eis remaneat, extergit.

80. Rubr. n. 5. *Si verò adsint Hostiæ consecratæ super Corporale positæ pro alio tempore conservandæ*, finitâ meditatione, de qua n. 74, statim, *factâ* tamen *prius genu unâ flexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter advertit, nè aliquod fragmentum, quantumcumque minimum, remaneat super Corporale*; quod, si fuerit inventum, illud accuratè Celebrans reponit in Calicem.

81. Rubr. eod. n. 5. *Post extersionem Patenæ* Sacerdos, *junctis* utriusque manûs *pollicibus & indicibus, Calicem dexteræ manûs infrà nodum cuppæ*, id est, ipsum nodum, qui est infra cuppam, inter indicem unicum pollici, & medium digitos reverenter *accipit*, & sinistrâ Patenam, dicens secretò: *CALICEM SALUTARIS ACCIPIAM*, &c. proinde hæc verba non dicuntur, dum colliguntur, vel in Calicem mittuntur fragmenta, sed dum Sacerdos accipit Calicem per nodum, ut sumat Christi Sanguinem: debet autem Celebrans prædicta verba dicere submissâ voce, usque ad *salvus ero* inclusivè.

82. Rubr. eod. n. 5. *Et signans, non Altare, sed seipsum signo perfecto Crucis* (quæ tamen oculorum altitudinem non excedat, nec tam modica sit, ut Crucis signum vix appareat) *cum Calice*, cavens ne sese cum eodem tangat, dicit (dùm signando se dicit) secretè *SANGUIS DOM. NOSTRI JESU* (non tenetur hic se inclinare, cùm jam inclinatis capite & humeris reverenter suscipiat Sacramentum, *dicit* hoc loco) *CHRISTI*, &c.

83. Rubr. eod. n. 5. *Crucis autem signo cum verbis prædictis confecto, Calicem ori applicat, &*

manu ſiniſtrâ ſupponens Patenam eidem *Calici*, ſeu ſubtus mentum, abſque eo quòd illud tangat, *ſtans* erecto corpore, *reverenter*, ter Calicem ad os admovendo, *ſumit totum Sanguinem cum particula in Calice poſitâ*. Si, ſumendo Sanguinem, particula Hoſtiæ remanſerit in Calice (quod nonnunquàm contingit) quid tunc faciendum ſit, tradit Rubrica p. III. tit. X. §. 1. in n. 17. & ibidem exponetur.

84. Advertat autem Sacerdos, ne, ſumens Sanguinem, corpus nimiùm, aut caput retrorſùm vertat, facie ad cœlum verſâ, & Calice ſuper illam inverſo: nam ſi quid remaneat, purificatione, & ablutione ſumetur: nec ſua, nec Calicis labia, nec ipſos digitos lambat, ùt ineptè aliqui faciunt.

85. Rubr. eod. n. 5. *Quibus*, Sanguine & particulâ Hoſtiæ, *ſumptis*, Sacerdos manens ſtans in Altaris medio, *dicit ſecretò*: QUOD ORE SUMPSIMUS) *&c.* tunc ſiniſtrâ, quâ retinere debet Patenam, ponit ſuper Altare intra Corporale (alii retinent ſiniſtrâ Patenam ſubtus mentum, cùm nihil impediat, & ſtatim iterum teneri ſoleat ſubtus mentum) dextrâ *ſuper Altare* (proinde non extra, niſi miniſter aliter infundere non valeat) *porrigit Calicem miniſtro ſtanti in cornu Epiſtolæ*, ſic tamen ut pars Calicis inferior non tangat tobaleam, ſeu mappam Altaris.

86. Rubr. eod. n. 5. *Quo miniſtro vinum* in tanta quantitate infundente, quanta conſecrata fuit, *ſumente* Celebrans illud intra Calicem ità circumagit, ut debitè ſpecies, ſi quæ ei adhæſerint, abſtergantur, & *ſic* per eam Calicis partem (ùt ad Archiepiſcopum Tarraconenſem reſcripſit *S. Pius* V.) per quam Chriſti Sanguis ſumptus eſt, *purificat* Calicem cum purificatione, cui Patenam ex uſu (quia de hoc Rubrica nihil habet) ſupponit, bis tantùm, vel ad ſummum ter, ad os admovendo.

87. Petit Sacerdos, qui poſt ſumptionem San-

guinis vinum non consecratum præscribatur sumendum, & post sumptionem Corporis sumendus non præscribatur panis non consecratus [illegible] n. Suppositio illa panis efficeret [illegible] frangeretur jejunium naturale in ordine ad sumptionem Sanguinis [illegible]. Sumptio illa nullum produceret effectum ad Sacramenti reverentiam pertinentem, prout [illegible] facit sumptio vini. Hinc audiat *S. Thomam* p. 3. q. 83. a. 5. ad 8: *Ad decimum dicendum, quod vinum, ratione suæ humiditatis, est ablutivum; & ideo sumitur post perceptionem hujus Sacramenti ad abluendum os, ne aliquæ reliquiæ remaneant; quod pertinet ad reverentiam Sacramenti. Unde extra de Celebratione Missarum: cap. Ex* PARTE ab *Innocentio* III. [illegible]

89. Semper Sacerdos vino os perfundere debet, postquam totum perceperit Eucharistiæ Sacramentum, nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare; ne, si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. *Et* [illegible] *mus) perfundit* Sacerdos vino digitos, *quibus Corpus Christi tetigerat.*

90. Ritus ablutionis digitorum [illegible] vino [illegible] adeo antiquus; nam usque ad XIII. sæculum [illegible] in Cærem. Episc. [illegible] Sacerdotes post acceptam Eucharistiam manus lavare, & aquam in sacrarium projicere. Et *Durandus* (obiit 1296.) l. 4. [illegible] ablutionem digitorum in vino & aqua olim in locum [illegible] consuevisse; nunc vero, ob Sacramenti reverentiam, & propter periculum, ne aliquod fragmentum digitis, aut aliqua Sanguinis gutta Calici adhæreant, Sacerdos etiam vinum hoc, & aquam [illegible] digitos [illegible]), ebibit. Vide *Bened.* XIV. [illegible] l. 2. n. 6. Hinc ait [illegible]

91. Rubr. eod. n. 9. *Deinde* purificatione perfecta, Celebrans deponit Patenam super Corporale

ex parte Evangelii, &, abſque eo, quòd labia oris ſui, vel labium exterius Calicis (Nota bene) illâ parte, ex qua bibit, digitis abſtergat; & abſque eo, quòd ipſos digitos lambat, accipit cuppam Calicis ſex inferioribus utriuſque manûs digitis, pollices ac indices dextræ & ſiniſtræ conjunctos inter ſe tenens ſuper os ejuſdem Calicis.

92. Pro n. ſeq. quærit Sacerdos, an Celebrans, pro abluendis vino & aquâ pollicibus & indicibus, debeat à medio Altaris versùs cornu Epiſtolæ recedere? Sic quidem tradit *Merati* hìc n. 21. & aliqui practicant, ſed ſinè fundamento, ùt videtur; nam id nullibi Rubrica (ùt id tit. VII. n. 47. de lotione manuum) præſcribit, nec ullum requirit S. R. C. Decretum, nec ad id ulla ratio aut neceſſitas urget, ùt ampliùs dicetur infrà t. XIV. n. 22.

93. Rubr. eod. n. 5. Itàque Celebrans, manens in medio Altaris, ſe ad miniſtrum ſolummodò parùm convertit, & priùs *vino*, *&* deinde *aquâ* (adeoque utrumque à Rubricâ præſcribitur; ac proin neutrum duorum eſt omittendum) *abluit pollices & indices* (qui hactenus à Conſecratione Corporis per ſe manſerunt uniti; nunc autem, & non priùs abſolutè diſſolvuntur) *ſuper Calicem*, ſupra Altare (niſi impotentia miniſtri aliud exigat) elevatum.

94. Rubr. eod. n. 5. *Quos* digitos ſuper eumdem Calicem jam intra Corporale poſitum excutit, *& abſtergit* eoſdem *purificatorio*, cavendo, nè guttulis Corporale maculetur, *interim* ſecretò *dicens*: *CORPUS TUUM, DOMINE, QUOD SUMPSI, &c.*; deinde dextrâ accipit per nodum Calicem, & eidem purificatorium, quod capit ſiniſtrâ, ex uſu, ſuprà n. 86., ſupponens, *ablutionem ſumit* unico vel duplici, aut ad ſummum triplici (ùt aliqui in honorem SS. Trinitatis practicant) hauſtu.

95. Rubr. eod. n. 5. Quo peracto, ponit Ca-

 licem

licem ſuper Corporale, *& extergit os ſuum*, *& deinde Calicem purificatorio*; de Patena autem abſtergendâ nulla fit in Rubricis mentio; uſus tamen, & non inconvenienter, id permittit.

96. Quærit junior Sacerdos: Quidſi poſt ſumptam ablutionem aliquod Hoſtiæ fragmentum Celebrans in Patena, vel in Corporali invenerit? ℟. cum *Cajetano*, *Soto*, *Sylvio*, *Vinitore*, *Merati*, & Theologis ac Ritualiſtis paſſim, quòd poſſit illud ſtatim ſumere; nam tota illa actio reputatur moraliter unus actus, una perfecta Sacrificii conſumptio, & unicum convivium. Quid per illi *Statim* intelligatur, dicetur p. III. tit. VII. n. 13. Videri poteſt SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 17. n. 2.

97. Rubr. eod. n. 5. *Quo* (ſcil. ore, Calice, & omnibus aliis extergendis, exterſis.) *facto*, Celebrans *purificatorium* priùs nitidè plicatum *extendit ſuper Calicem*, & cochlear (quod modò ubique eſt in uſu) modeſtè (nè lædatur deauratio Calicis, ſi in eum illud projiciatur) imponit, & *deſuper Patenam; ac ſuper Patenam ponit parvam Pallam*; ac, Corporale plicaturus, Calicem ſiſtit versùs cornu Evangelii.

98 Rubr. eod. n. 5. *Et plicato* utrâque manu taliter *Corporali*, ut pars illa (ad hoc juvenis Sacerdos reflectat) quæ Chriſti Corpus attigit, ſemper ſit interior (*quod* Corporale *reponit* dextra *in burſam* ex parte Evangelii receptam, & eam remittit ad idem cornu) *coöperit Calicem* (quem priſtino reponit loco) *velo*; *& accipiens burſam*, eam *deſuper*, id eſt, ſuper Calicis velum, ità *ponit*, ut burſæ apertura retrorſum, ſeu Crucem reſpiciat Altaris. tit. I. n. 22.

99. Rubr. eod. n. 5. *Et* denique Celebrans velum Calicis ſic *collocat*, ſeu ordinat ac diſponit in *medio Altaris*, ùt in *principio Miſſæ* diſpoſitum fuit, pro quo vide ſuprà tit. II. n. 25.

100. Di-

100. Hinc notandum ſequens Decretum: *Ante Verſiculum, qui dicitur* COMMUNIO, *coöperiendus eſt Calix velo in anteriori parte, prout ante Confeſſionem.* S. R. C. 21. Martii 1698.

101. Diverſis antiquitùs modis Euchariſtia diſtribuebatur. Remotioribus ab hac ætate temporibus ſacra Hoſtia viris tradebatur in manus, qui poſteą eam in os ſibi injiciebant. Feminis autem tradebatur SS. Euchariſtia in linteum mundum, quod *Dominicale* appellabatur, & ipſæ ſe communicabant.

102. In Germania ſæculo IX., qui pluribus Miſſis aderant, in ſingulis communicabant; nunc autem diebus ad ſummum ſingulis ſemel tantùm cuilibet licitum eſt à Sacerdote SS. hoc Sacramentum accipere modo ùt infrà n. 105. & ſeqq.

103. Excipitur Feria VI. in Paraſceve, in qua non diſtribuitur ſacra communio, niſi graviter infirmis; pro quibus proin, & non pro ſanis, ſervandæ præſcribuntur particulæ Feriâ V. in Cæna Domini, diſtribuendæ, ſi opus ſit, Feriâ VI. infirmis. Vide fol. 3. n. 8. & ſeqq.

104. Quod attinet ad Sabbatum S., variis in Parochiis illâ die diſtribuitur modò, pro tenendo Paſchate, S. Communio. An Sacerdos in privato alicujus domûs Oratorio ob infirmitatem cujuſdam, aut aliâ juſtâ ex cauſa legitimè Miſſam celebrans, poſſit ibidem Euchariſtiam miniſtrare, jam diu eſt, cùm Edicto 14. §. 11. tom. 2. demonſtravimus ex communi ſententiâ, ad id opus eſſe ſpeciali licentiâ Ordinarii. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 18. in fine.

105. Rubr. n. 6. *Si qui ſint ergo communicandi in Miſſa, Sacerdos poſt ſumptionem Sanguinis, antequàm ſe purificet,* dexterâ Calicem, quem ſuper Corporale parum verſùs cornu Evangelii collocet, pallâ tegat, &, *factâ*, manibus hinc inde ſuper Corporale poſitis, *genu uno flexione, ponat particulas conſecratas in*

Pyxide; vel, ſi pauci ſint communicandi, pergit

106. Rubr. eod. n. 6. Celebrans eas *ſuper patenam* ponat, *niſi à principio poſita fuerint in Pyxide, ſeu in alio Calice. Interim miniſter ante eos extendit linteum, ſeu velum album*, niſi jam poſitum ſit, *& pro eis facit confeſſionem, dicens* voce aliquantulùm elatâ: CONFITEOR DEO, *&c.*

107. Rubr. eod. n. 6. *Tunc Sacerdos iterum genu* uno, ùt n. præc., *flectit*, ſurgit, *& manibus* ante pectus *junctis*, pollicibus & indicibus utriuſque manûs necdum disjunctis, *vertens ſe* obliquè *ad populum in cornu Evangelii*, nempe humeris converſis ad prædictam Altaris partem, ità ut faciem ſimul convertat ad populum, nè terga vertat SS. Sacramento, *dicit* ſimiliter voce aliquantulùm elatâ & gravi: *MISEREATUR VESTRI, &c. Et* ſimiliter *INDULGENT., ABSOLUT., & REMISSIONEM PECCATORUM VESTR., &c.*; ſemper loquitur Sacerdos in plurali *Veſtri*, *Veſtrorum*, &c., licèt unus, vel una tantùm adſit, iſque ſolus ſit communicandus.

108. Rubr. eod. n. 6. *Et manu dextrâ*, quam dirigit, ùt dicetur infrà tit. XI. n. 5., ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, *facit ſignum Crucis*, quoad utramque lineam palmare, *ſuper eos*, qui ſunt communicandi, ad hæc præterpropter verba: *Peccatorum ✠ veſtrorum*, cavendo ſemper, nè pollices & indices adhuc conjuncti Planetam tangant.

109. Fatetur *Gavantus*, nulla vetera exſtare monumenta, quibus probari poſſit olim *Confiteor* ante Communionem dici conſueviſſe; hanc tamen conſuetudinem valde approbat *Le Brun*, qui tit. 1. pag. 644. ait hunc ritum recitandi *Confiteor*, & Orationem *Miſereatur veſtri*, &c., ortum eſſe ſæculo XIII. è conſuetudine Ordinum Mendicantium. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 22. n. 2.

110. Rubr. eod. n. 6. *Poſteà Sacerdos ſe vertit* ad

ad Altaris medium, ac ibidem *genu* uno *flectens*; ſurgit, & *accipit manu ſiniſtrâ Pyxidem*, capiens inter indicem unitùm pollici, & inter reliquos digitos Pyxidis nodum firmiter, nè decidat; *ſeu* eodem modo accipit *Patenam cum Sacramento.*

111. Rubr. eod. n. 6. *Dextrâ verò ſumit unam particulam*, ſeu parvam Hoſtiam, *quam inter pollicem & indicem tenet aliquantùm*, adeoq. ad unum aut alterum digitum, *elevatam ſuper Pyxidem ſeu Patenam, &, converſus ad communicandos in medio Altaris* (nî foret SS. Sacramentum in Remonſtrantia vel Pyxide patenter expoſitum; tunc namque parùm ad latus Evangelii recedit) *dicit* voce gravi & aliquantulùm elatâ: *ECCE AGNUS DEI, ECCE QUI TOLLIT PECCATA MUNDI*, oculis ſemper ad Sacramentum intentis.

112. Rubr. eod. n. 6. *Deinde dicit* eâdem voce: *DOMINE NON SUM DIGNUS, UT INTRES SUB TECTUM MEUM, SED TANTUM, &c. Quibus verbis tertiò*, ſeu tribus diſtinctis vicibus (ſinè percuſſione pectoris, etiam ex parte populi, cujus nomine id ſolùm præſtat miniſter. Ità *Merati* citans plures, quàmvis id alii etiam populo, dum fit ſinè ſtrepitu, in ſignum contritionis indulgeant.) à Sacerdote *repetitis, accedit ad eorum dextram, hoc eſt, ad latus Epiſtolæ, & unicuique porrigit Sacramentum, faciens* Celebrans *cum eo* (id eſt, cum Hoſtia ſacrâ) *ſignum Crucis*, altum ad medium circiter palmi, *ſuper Pyxidem vel Patenam* (ità ſcilicet, ut ipſa tranſverſa pars Crucis limites Pyxidis aut Patenæ non excedat) *& ſimul dicens*: *CORPUS D. N. J. C. CUSTODIAT*, &c., caput ad lii *Jeſu Chriſti* inclinans.

113. Hæc precatio antiqua eſt, & fuit à tempore S. *Gregorii* Magni in uſu, diciturque ad diſtributionem cujuſcumque Hoſtiæ ſacræ. Sacerdos converſus ad populum, ut Communionem diſtribuat, vel quidquàm aliud faciat, caveat, nè per templum

 oculis

oculis vagetur, ſed, iis demiſſis, Sacramentum reſpiciat, verbis & factis ita ſe præbens, ut præſentes cum ædificatione ad devotionem excitentur.

114. SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 20. n. 7. in fine ait: *Contingit aliquando, ut in diſtributione Communionis ſacra* Hoſtia ſeu *particula, vel ejus fragmentum in fœmina pectus delabatur; quo caſu decet, ut non Sacerdos, ſed ipſamet fœmina* ſacram Hoſtiam, ſeu *particulam, vel fragmentum quærat, & ſuis ipſa manibus in os injiciat. Ita docet Quartus ad Rubricas Miſſalis p. 3. tit. XII. n. 15. dub. 1.* Meritò, quoad hoc punctum, videndus eſt *La Croix* l. 6. p. 1. fol. 495.

115. Rubr. eod. n. 6. *Omnibus communicatis* Celebrans *revertitur ad Altare, nihil dicens;* ſed adhuc tenet pollices & indices unitos, manu dextrâ ſuper Pyxidis labia ſic adhærente, ut reliqui digiti complicentur. Pollicem verò & indicem manûs dextræ ſupra Pyxidem extendit, & eamdem Pyxidem ſuper Corporale Altaris deponens, ſtatim genu uno flectit, ſurgit, Pyxidem cooperit, eam in Tabernaculum reponit, cujus oſtiolum, factâ prius genu uno flexione, claudit.

116. Rubr. eod. n. 6. *Et non dat eis benedictionem.* Ratio additur: *Quia illam daturus eſt in fine Miſſæ;* cùm autem in Miſſis *de Requiem* in fine benedictio non detur, hinc arguit *Gavantus* cum nonnullis, quòd non poſſit in Miſſis Defunctorum Fidelibus S. Euchariſtia adminiſtrari.

117. Et quidem certum eſt, ac ubique modò practicatur, quòd extra Miſſam in paramentis nigris adminiſtrari non poſſit S. Communio; cùm, juxta diſpoſitionem Ritualis Romani, Sacerdos extra Miſſam diſtributurus S. Euchariſtiam, debeat eſſe ſuperpelliceo vel Albâ indutus cum Stola Officio competenti: proin, ſi Sacerdos, in nigris veſtitus, juſtâ ex cauſâ immediatè ante vel poſt Miſſam ſuam

debeat

debeat ſacram diſtribuere Communionem, deponenda eſt cum Stola & Manipulo Caſula nigra, & aſſumenda Stola Officio conformis.

118. Itaque difficultas reſtat, an in Paramentis nigris liceat intra Miſſam de *Requiem* ſanctam dare Communionem. Et quidem ſufficienter *primo* ex *Trid.* ſeſſ. 22. c. 6., *ſecundo* ex verbis Canonis: *Quotquot ex hac Altaris participatione*, &c.; & *tertio* ex ipſis Rubricæ verbis in Miſſali *de Requiem*, ubi dicitur: *Si qui ſint communicandi, eos communicet, antequam ſe purificet*, ſatis patere videtur, diſtributionem S. Euchariſtiæ ſub Miſſa de *Requiem* eſſe licitam, ſi agatur de diſtributione ex particulis in eadem Miſsa conſecratis; ſecus vero, ait Abbas *Benevenuti* Canonicus Lateranenſ. impreſſus Romæ 1726., ſi agatur de particulis, quæ ab alio, vel eodem Sacerdote conſecratæ ſunt in alia Miſsa, & in Tabernaculo ſeu Pyxide ſunt reconditæ.

119. *Merati* autem p. 2. tit. 10. n. 30. ait novam hanc eſſe illius Abbatis diſtinctionem, ac nullo ſuffultam fundamento. *Cum quo* Merati *concludendum eſt* (ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. de Sacrif. Miſſæ c. 18. n. 12. loquens ut Cardinalis & Doctor privatus) *poſſe in Miſſis Defunctorum Euchariſtiam ſive IN EADEM ſive IN ALIA MISSA conſecratam diſtribui, dummodo id nec fiat ante, nec poſt Miſſam; ſed intra eamdem Miſſam poſt ipſius Sacerdotis communionem.*

120. Nihilominus *Spiridion Talu* in ſuo libro, cui Titulus: *Decreta Authentica* S. R. C. impreſſo Venetiis 1750., ponit n. 1072. ſequens Decretum tamquam genuinum: *In Paramentis nigris non miniſtratur* (non poteſt adminiſtrari) *Euchariſtia per MODUM SACRAMENTI, ſcilicet cum particulis in alia* Miſſa *præconſecratis, extrahendo Pyxidem ex cuſtodia; poteſt tamen miniſtrari per MODUM SACRIFICII, prout eſt, quando fidelibus præbetur Communio CUM*

PARTICULIS INFRA EAMDEM MISSAM CONSECRATIS. Ità S. R. C. *in una Aquenſi* declaravit 2. Septembris 1741.

121. Hoc S. R. C. Decretum poſt editum *Merati* librum eſt emanatum; ſi autem *Merati* præfatum Decretum vidiſſet, indubiè illud ipſum in praxi amplectendum eſſe præſcripſiſſet. Id clarè patet ex iis, quæ habet *Merati* hoc loco n. 30. §. *Poſtquàm hæc ità ſcripſeram.* Vide ipſum ibidem.

122. Rubr. eod. n. 6. *Si particulæ, ſub Miſſa* Fidelibus diſtributæ, *poſita erant ſuper Corporale, Sacerdos extergit illud cum Patena, & , ſi quæ in eo* Corporali *fuerint fragmenta* per Patenam collecta, ea *in Calicem immittit.* Si quoque in fundo Calicis ſpecies vini adhuc reperiantur, eas Celebrantem ſumere convenit ante vini infuſionem in Calicem. Et eſt ritus congruentior.

123. Rubr. eod. n. 6. *Deinde* Sacerdos *dicit ſecretò: QUOD ORE SUMPSIMUS, DOMINE, &c. & ſe purificat, dicens: CORPUS TUUM, DOMINE, QUOD SUMPSI, &c., & alia facit ùt ſuprà à n.* 85. uſque ad n. 94.

124. Rubr. eod. n. 6. *Miniſter autem dextrâ manu tenens vas cum vino & aquâ, ſiniſtrâ verò mappulam, aliquantò poſt Sacerdotem, eis,* qui è manibus ejus communicarunt, *porrigit purificationem, & mappulam ad os abſtergendum*, id eſt, ut ipſi, qui communicarunt, os ſuum abſtergant; ſed hoc juſtas ob cauſas hìc in Belgio eſt extra uſum.

125. Rubr. n. 7. *Si in Altari remaneant particulæ in Calice, ſeu in alio vaſe uſque ad finem Miſſæ, ſerventur* accuratiſſimè omnia *ea* quoad genuflexiones, &c. *quæ in Feria quintâ Cœnæ Domini præſcribuntur circa finem Miſſæ.* Hanc Feriæ V. in Cœna Domini Rubricam habes infrà Tit. XIV. per totum.

TITULUS UNDECIMUS
DE COMMUNIONE, ET ORATIONIBUS,
POST COMMUNIONEM DICENDIS.

RUbr. n. 1. *Celebrante purificato, dum Calicem collocat in Altari, liber Miſſalis defertur per miniſtrum*, vel, ſi hic ſit impotens, aut aliundè impeditus, ipſe Sacerdos (eodem modo, quo ſuprà tit. VI. n. 3., dum tranſit ante medium Altaris, caput Cruci inclinans) illum defert *ad cornu Epiſtolæ, &* ibidem *collocatur ut in Introitu* Miſſæ collocatus fuit. *Ipſe autem miniſter genuflectit juxta cornu Evangelii, ut in principio Miſſæ* fecerat.

2. Rubr. eod. n. 1. *Deinde Celebrans*, antequàm diſcedat à Medio Altaris, iturus ad cornu Epiſtolæ, junctis ante pectus manibus, caput Cruci inclinat inclinatione infimarum Maximâ. Ità Ritualiſtæ paſſim, fundaturque in dictis tit. II. n. 20.; quàmvis nec hoc loco Rubrica de capitis inclinatione loquatur; depoſt autem procedit ad cornu Epiſtolæ, ut ſuprà tit. I. n. 30. dictum eſt.

3. Rubr. eod. n. Ubi Celebrans *ſtans, junctis* manentibus *manibus, legit* clarâ & ordinariâ voce *Antiphonam, quæ dicitur* COMMUNIO, de qua, unde ſic dicta ſit, vide f. 173. n. 1. *Quâ* Communione *lectâ, junctis item* manentibus *manibus ante pectus, vadit*, unde venerat, *ad medium Altaris, &, eo* (manibus extenſis, & hinc inde ſuper Altare poſitis) *oſculato*, jungit denuò manus ante pectus, ac *vertit ſe ad populum à manu ſiniſtrâ ad dextram, &*, ſinè inclinatione capitis, extendens ac jungens manus, non innitendo Altari, quod relinquit à tergo, *dicit* voce clarâ: *DOMINUS VOBISCUM.*

4. Rubr. eod. n. 1. *Et per eamdem viam*, mani-

ante pectus junctis, *redit ad librum*, naturaliter ambulando, ideoque ſiniſtrum latus ad Altare convertendo, & *dicit Orationes poſt Communionem eiſdem modo, & numero, & ordine; ut ſupra dicta ſunt Collecta* ante Epiſtolam, ſcilicet una, duæ, vel plures, juxta exigentiam; præmittendo ſolitam particulam *Oremus* cum debita verſus Crucem capitis, & aliqualiter corporis inclinatione. Vide fol. 89. Tit. IX. per totum.

5. Rubr. eod. n. 1. *Quibus* Orationibus, per concluſionem integrè dictam, clarâ & ordinariâ voce *finitis*, tunc tantùm, & non ante (N. B.) *claudit* Celebrans *librum*, niſi apertus foret relinquendus ob aliud Evangelium, ab illo S. *Joannis* diſtinctum, quod eſſet in fine Miſſæ legendum, de quo latè f. 175. §. 8. & ſeqq.

6. Caveat igitur Sacerdos, nè abuſivè (ut nonnulli brevitatis causâ faciunt) librum claudat indecorè ante finem Orationis, neve etiam finem concluſionis, eam memoriter recitando, abſolvat in via; quaſi ex impatientia finis, dum pergit ad medium Altaris. Maneat itaque Celebrans junctis manibus, donec miniſter dixerit *Amen*; & tunc claudat librum: Vel, ſi claudendus non ſit, tunc tantùm vadat ad Altaris medium.

7. Quærit hic Juvenis, quomodo liber, dum clauſus eſt, ſit in cuſſino, aut pulpito ponendus? *Gavantus*, & *Merati* Itali, ubi dicuntur ſeræ poni ad levam libri, volunt Miſſale clauſum in fine Miſſæ ſic in cornu Epiſtolæ eſſe ponendum, ut pars anterior libri, in qua ſunt ſeræ (alii è contra volunt ut pars poſterior, ſeu dorſum libri) Calicem reſpiciat.

8. Sed, cùm nec in Rubricis, nec in ullo Sacrorum Rituum Congregationis Decreto, nec aliunde quidquàm circa hoc punctum ſit determinatum; nec in uno aut in altero modo ullum, vel minimum la-

teat myſterium, unuſquiſque in uſu ſuæ Eccleſiæ li-
cite abundare poteſt.

9. Interim tamen notandum, quod, dum dorſum libri Calicem reſpicit, liber faciliùs in Belgio, ubi ſeræ ponuntur ad ejus dextram, aperiri poſſit. Ideo forte Cæremoniale FF. Minorum Provinciæ Germ. Inferioris (quod alioquin promiſcuè ſequitur *Gavantum*) præſcribit fol. 23. n. 24., ut in fine Miſſæ à Celebrante claudatur liber manu dextra, *ſic ut pars poſterior libri reſpiciat Calicem.*

10. Rubr. eod. n. 1. *Et Celebrans jungens manus ante pectus* (dum, poſt miniſtri reſponſum *Amen*, clauſit librum) *revertitur ad medium Altaris*, ad illud, ut ambulet naturaliter, latus ſuum dextrum convertendo, *ubi eo* Altari, manibus hinc inde deſuper poſitis, *oſculato*, à manu ſiniſtra ad dextram *vertit ſe ad populum*, *& dicit*, *ut ſupra* n. 3., & alibi, DOMINUS VOBISCUM.

11. Rubr. eod. n. 1. *Quo dicto*, manet Celebrans *ſtans junctis* & erectis *manibus ante pectus*, ſed oculis in terram demiſſis, *verſus populum*, eadem clara voce, abſque capitis inclinatione, *dicit*, *ſi dicendum eſt* (eſt autem dicendum, quoties in eadem Miſſa dictus eſt Hymnus Angelicus *Gloria in excelſis*, &c., & non aliter, ſupra f. 86. n. 12.) *ITE MISSA EST.* Senſus eſt, *Vobis abire licet*; *nam fit Miſſa, id eſt, dimiſſio.* Græci alium loquendi modum adhibent; dicunt enim: *In pace Chriſti eamus*, ut videre eſt in Liturgiis *SS. Jacobi*, *Baſilii*, & *Chryſoſtomi*; reſpondet autem populus: *In nomine Domini.*

12. A Sabbato *Paſchæ* uſque ad Sabb. Dominicæ *in Albis* incluſive, dum Miſſa dicitur de Octava Paſchæ, ad *Ite Miſſa eſt* additur duplex *Alleluja*, prout & à miniſtro ad *Deo gratias.* Si tamen à Feria IV. Paſchæ uſque ad ſubſequens Sabb. ſolemnizaretur Miſſa Votiva *pro re gravi* in colore Albo, vel

Ru-

Rubro, in illa Miſsâ Votivâ ſimpliciter diceretur: *Ite miſſa eſt*, ſinè addito duplici *Alleluja*; quia id competit ſolis Miſſis Paſchalibus, qualis non eſt Miſſa Votiva.

13. Quamvis autem per talem dimiſſionem populus olim illicò diſcedere cum Sacerdote poterat, quia Miſſa erat completè finita; id tamen modò ceſſat; nam, ex Decreto *S. Pii V.*, priùs à populo benedictio Sacerdotalis accipienda eſt, & audiendum *S. Joannis*, vel aliud, de quo tit. ſeq., Evangelium. Et Celebrans, ait Rubr. *per eamdem viam* (miniſtro interim *Deo gratias* reſpondente) *revertitur*, abſque eo, quòd faciat circulum, *ad Altare*.

14. Rubr. eod. n. 1. *Si verò* ITE MISSA EST *non ſit dicendum* (omittitur autem, quoties in eadem Miſſa omiſſus fuit Hymnus *Gloria in excelſis*) tunc, *dicto* DOMINUS VOBISCUM, illicò *revertitur* Celebrans *eodem modo per eamdem viam ad medium Altaris, ubi* (illa particula *Ubi* in aliquibus libris deeſt, eam tamen videtur exigere textus Rubricæ) *ſtans verſus ad illud* Altare, *junctis* manentibus *ante pectus manibus*, inclinato Cruci capite (quia hìc flectere deberet, ſi SS. Sacramentum foret patenter expoſitum) *dicit* clarâ voce: BENEDICAMUS DOMINO.

15. Dum infra Octavam Paſchæ à Feria IV. fit ſolemniter Miſſa Votiva *pro re gravi* in paramentis Violaceis, vel dum Miſſa Conventualis ad Proceſſionem eſt de Rogationibus, ut fit, dum 25. Aprilis (niſi per municipalia aliter legitimè ſit ſtatutum, vide p. I. t. VI. n. 31.) incidit infra eamdem Octavam, tunc ad *Benedicamus Dom.* non additur duplex *Alleluja*, idque à fortiori ob rationem datam n. 12.

16. Rubr. eod. n. 1. *In Miſſis autem Defunctorum* Celebrans *eodem modo ſtans verſus Altare*, ut n. 14., *dicit* ordinariâ voce: REQUIESCANT IN PACE, ſemper in plurali *Requieſcant*, licèt Sacrificium Miſ-

ſæ pro uno tantùm ſit oblatum. Et ℞. à miniſtro *Amen*, hoc eſt, *Fiat, quod poſtulatur*.

17. Ideò autem Sacerdos (ait *Biel*) dum dicit: *Ite Miſſa eſt*, ſe ad populum convertit, quia eum eo loquitur concedens ei abeundi licentiam; dicens autem: *Benedicamus Domino*, vel; *Requieſcant in pace*, ea profert verba jam reverſus ad Altare, quia populum cohortatur, ut unà ſecum benedicat Domino; vel oret pro animabus Defunctorum.

18. Rubr. n. 2. *In Quadrageſima autem à Feria IV. Cinerum uſque ad Feriam IV. majoris Hebdomadæ* incluſivè *in Feriali Officio* ſeu Miſſa (non verò in Miſſa de Dominica, de Feſto, vel Votivâ) *poſtquàm Celebrans dixit Orationes poſt Communionem cum ſuis ſolitis concluſionibus* dicendas, *antequàm dicat*: DOMINUS VOBISCUM, additur alia Oratio *ſuper populum*, ſequenti modo:

19. Rubr. eod. n. 2. *Stans* Sacerdos manibus ante pectus junctis *in eodem loco* in cornu Epiſtolæ *ante librum*, voce clarâ & ordinariâ *dicit*: OREMUS; HUMILIATE CAPITA VESTRA DEO, eodem tempore manus extendens, & illicò jungens, ac unà *caput* aliquantulùm cum corpore versùs Crucem ſemel tantùm *inclinans* inclinatione infimarum maximâ.

20. Rubr. eod. n. 2. *Et, extenſis*, ante pectus, *manibus*, ſicut fit ad Orationem, ſtans erectus versùs Altare, *ſubjungit eâdem voce Orationem ſuper populum ibidem poſitam*. Hæc autem Oratio, quæ vetuſtiſſima eſt, deſervit eâdem die pro Oratione in Veſperis, ſi Sabbata excipias; tunc enim Oratio in Veſperis ſumitur ex Dominica ſequenti.

21. Rubr. eod. n. 2. *Quâ* Oratione cum ſua concluſione totaliter *finitâ*, claudit librum ut ſuprà, & jungens manus, revertitur ad medium, ac *oſculatur Altare*, poſitis hinc inde deſuper manibus, *& vertens ſe ad populum*, ut ſuprà n. 10. dictum eſt, *dicit*

DO-

DOMINUS VOBISCUM, & alia, ut ſuprà n. 14.

TITULUS DUODECIMUS

DE BENEDICTIONE IN FINE MISSÆ, ET EVANGELIO S. JOANNIS.

1. RUbr. n. 1. *Dicto* ITE MISSA EST, *vel* BENEDICAMUS DOMINO, *ut ſuprà*, *Celebrans ante medium Altaris ſtans junctis manibus ſuper eo* Altari ſic poſitis, ut digiti auriculares, ſeu parvi frontem Altaris tangant. Pro hoc vide ſuprà tit. IV. n. 2. & ſeqq. *Et, capite inclinato*, humeris quoque mediocriter inclinatis, ità tamen, ut ſupradicta capitis inclinatio ſit inter infimas maxima (ſic corporis habitudo concilitabitur cum Rubricæ verbis, quæ de ſola capitis inclinatione apertè loquitur. Ità *4 Partis* p. 1. de Miſſ. priv. tit. 12.) *dicit ſecretò:* PLACEAT TIBI S. TRINITAS, *&c.*

2. Dictam Orationem, quæ olim poſt datam populo benedictionem, adhuc tempore *Durandi*, (qui obiit 1296.) dicebatur, ſi junior Sacerdos memoriter non ſciat, eam legat ex tabella, cavendo, nè corpus indecorè contorqueat ob Calicis impedimentum; ſed, ubi opus eſt, Calicis velum decenter aliqualiter amoveat, ut commodè legat.


3. Notandum hoc loco, quòd, dum diſtinctum ab illo S. Joannis *In principio*, &c. in fine Miſſæ recitandum eſt Evangelium, ipſe met Celebrans (ſi miniſter id facere non valeat) librum Miſſalis tempeſtivè portare debeat ad cornu Evangelii, & quòd, dum cum libro tranſit ante medium Altaris, debeat caput Cruci inclinare, ùt expreſſè Rubrica præſcribit ſuprà tit. VI. n. 3. Vide etiam tit. præc. n. 1.

4. Rubr. nod. n. 1. *Qua* (PLACEAT TIBI, &c.) *totaliter dicta*, Celebrans, *extenſis manibus hinc inde ſuper*

per Altare poſitis, ipſum Altare *in ejus medio oſculatur. Tum erigens ſe, adhuc ſtans facie verſus illud* Altare, *elevat ad cœlum* (ad Crucifixi imaginem) *oculos, &* unà elevat de Altari *manus* ſuas (aliqui volunt manus, dum ab Altari elevantur, priùs, antequàm extendantur, eſſe jungendas; ſed hoc plures alii velut non neceſſarium, & ut minimè à Rubrica præſcriptum omittunt) *quas* manus uſque ad humeros *extendit & ſtatim jungit, caputque Cruci* reverenter *inclinans* inclinatione infimarum maximâ, *dicit voce intelligibili* & ordinariâ: BENEDICAT VOS OMNIPOTENS DEUS.

5. Rubr. eod. n. 1. *Et, junctis* manentibus *manibus, ac demiſſis ad terram oculis* (ad hoc Sacerdos reflectat, nè umquàm verſus ad populum vagetur oculis ſæpe cum non exiguo ſui ac populi ſcandalo) *vertens ſe ad populum à ſiniſtro latere ad dexterum, extensâ manu dexterâ, junctiſque* pariter ac extenſis omnibus *digitis, & manu ſiniſtrâ infra pectus* extra terminos Crucis *poſitâ, ſemel* tantùm, id eſt, unicum producendo ſignum Crucis bipalmare circiter quoad utramque lineam, *benedicit populo, dicens* eâdem clarâ, ſed tardâ voce: *PATER ET FILIUS ✠ ET SPIRITUS SANCTUS;* & ℞. *AMEN.*

6. Debet igitur Celebrans diſtribuere dictas voces, ac efformare primam lineam rectam fermè bipalmarem à fronte ad pectus, dicens tardè: *Pater, & Filius;* ſecundam autem lineam tranſverſam à ſiniſtra ad dexteram format, dicens ſimiliter tardè: *Et Spiritus ſanctus*, prout hìc habes in ſchemate. Dicta confirmantur ſequentib. Decretis.



7. *Modus benedicendi alios, vel rem aliquam, debet*

eſſe

eſſe cum manu recta, & digitis omnibus *ſimul junctis* & extenſis. S. R. C. 18. Julii 1683. Item: *Cruces, quæ fiunt à Sacerdote ſuper Oblata* (idem eſt ſuper populum, ut fit hoc loco) *non ſunt faciendæ manu tranſverſâ, ſed manu rectâ* idque *in tranſverſa parte Crucis.* S. R. C. 24. Julii 1683.

8. Fit igitur hoc loco Crux à Celebrante ſimili modo, quo Crucem formamus ſuper populum cum Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento in Pyxide vel Remonſtrantia; cum hac tamen differentiâ, quòd Crux formata cum Venerabili ſit multò major; lineam igitur Crucis tranſverſam format Celebrans ſolam movendo cum brachio dextram manum ad humerum ſiniſtrum, & inde rectè ad dextrum, corpore ſub tota benedictione manente immoto, qualiter & cum Remonſtrantia & Pyxide benedicendus eſt populus, ut infrà p. II. II. tit. XIV. ad finem dicetur.

9. Quòd ſi ante ſe, ait *Gavantus*, & à tergo circumſtantes habeat Celebrans, puta Clerum in Choro, ſeu Moniales, & populum ante Altare; nihilominùs tamen ſemel tantùm benedicere debet, manu converſâ ad eos, qui ſunt ante Altare, & intentione directâ ad omnes.

10. Ternis olim Crucis ſignis, ut nunc faciunt Epiſcopi, Sacerdos quilibet in fine Miſſæ populo benedicebat. Ritus hic à Sacerdotibus ſublatus eſt per *S. Pium V.* quoad Miſſas privatas, qui tamen eiſdem permiſit trinam dare benedictionem in fine Miſſæ ſolemnis. Ità expreſsè habetur in Rubricis Miſſalis Romani impreſſi Antverpiæ 1571. & 1585.

11. Tandem trina hæc Presbyterorum benedictio prohibita eſt in Miſſali Romano, *Clementis* VIII. authoritate recognito; in quo diſertè præſcribitur, ut Presbyteri, etiam in Miſſa ſolemni, unam tantùm benedictionem impertiantur. *Merati* p. 1. tit. 13. n. 5.

12. Non adeo vetus eſt conſuetudo de benedictione

tione à Presbyteris danda populo in fine Miſſæ, aſſerit idem SS. D. *Benedictus* XIV. l. 2. c. 24. n. 6.; de ea namque ſilent *Amalarius*, *Florus*, *Rabanus Maurus*, *Walafridus Strabo*, & *Remigius* ſæculi IX. ſcriptores, nec ſæculo XII. fuit ubique uſurpata; nam de hoc ritu nulla fit mentio in Ritualibus Ciſterciensium, & Præmonſtratenſium. Carthuſiani quoque, juxta antiquum ſuum ritum, populo non benedicebant. Hodie tamen Carthuſiani, ſi celebrent extra Ordinis ſui Eccleſias, populo in Miſſa benedicunt.

13. Ex eo, quòd *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 5. ad 6. dicat: *Quinquies ſe* Sacerdos in Miſſa *vertit ad populum*; colligi poſſet, tempore *S. Thomæ* apud PP. Dominicanos in fine Miſſæ non fuiſſe datam benedictionem. Vide tit. V. n. 7. Et in veteri PP. Prædicatorum Ordinario l. 2.; ùt refert *Marcellus de Cavaleris* in Statera ſacrâ tit. 29. n. 50., ità legitur:

14. *Si conſuetudo patriæ fuerit, & extranei fuerint hoc expectantes, detur benedictionem juxta morem patriæ.* Ritus autem, ut detur benedictio in fine Miſſæ à Preſbyteris, ſenſim eſt introductus, Sede Apoſtolicâ in Miſſali ſuo ſub *S. Pio V.* id approbante, & præſcribente. SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà n. 7.

15. Rubr. eod. n. 1. *Et* Celebrans *circulum perficiens*, manibus ante pectus de more junctis, *accedit ad cornu Evangelii*, *ubi* faciem ſuam ad idem cornu obliquè convertit, ac *dicto* DOMINUS VOBISCUM, & ℟. ET CUM SPIRITU TUO, *pollice dextræ*, ſiniſtrâ ſuper Altari poſitâ, *ſignans primùm ſigno Crucis Altare*, *ſeu librum*, *vel* tabellam *in principio Evangelii*, ſi iiſdem utitur.

16. Alterutrum itàque ſignari debet, vel Altare, vel liber aut tabella, proùt id placet Celebranti. Expoſito autem patenter SS. Sacramento, numquàm hoc loco ſignatur Altare. Vide tit. XIV. n. 33.

17. Rubr. eod. n. 1. *Deinde*, poſitâ ſiniſtrâ in-

ſtra pectus, pulpâ pollicis dexteræ manûs (quam totaliter, junctis quatuor reliquis digitis, extendit) ſignans ſecundò *frontem*, tertiò *os*, & quartò ſeu ultimò *pectus*, format quâlibet vice diſtinctum Crucis ſignum, ſed parvum tam quoad lineam rectam, quàm obliquam; ac *dicit* clarâ voce: *INITIUM S. EVANGELII SECUNDUM JOANNEM, vel SEQUENTIA S. EVANGELII, ut dictum eſt in Rubricis generalibus* ſuprà ſ. 175. n. 6.

18. Rubr. eod. n. 1. *Et*, ℟. à miniſtro: *GLORIA TIBI DOMINE*; Celebrans *junctis manibus legit* integrum S. Joannis *Evangelium*, quod incipit: *IN PRINCIPIO, &c.*, *vel aliud* de Dominica, Feriâ, aut Vigiliâ, *ut convenit* Feſto, vel Tempori.

19. Rubr. eod. n. 1. *Cùm dicit* Celebrans hæc verba: *ET VERBUM CARO FACTUM EST*, illicò *genu* dextro tantùm, manibus hinc inde ſuper Altare poſitis, *flectit*, non versùs Crucem, (niſi SS. Sacramentum ſit patenter expoſitum; tunc enim paulò versùs Venerabile) ſed *versùs cornu Evangelii*.

20. Rubr. eod. n. 1. *Et mox ſurgens*, manibus junctis *proſequitur* ſummâ reverentiâ, attentione, & devotione Evangelium *ut priùs* eâdem voce, eodemque corporis ſitu. *Quo* Evangelio *finito*, Celebrans nec librum oſculatur nec tabellam, nec eâ ſignat, nec dicit: *Per Evangelica dicta*, ſed *miniſter*, *ſtans à parte Epiſtolæ*, *reſpondet* eâdem voce *DEO GRATIAS*.

21. *S. Pius V.* ſtatuit, ut in fine Miſſæ, ad jugem Incarnationis Verbi divini recordationem, Evangelium *S. Joannis* regulariter diceretur; cùm antea alii illud recitarent in Altari: alii, datâ benedictione, recedentes ab Altari legerent in via; alii verò dicerent, cùm ſanctis veſtibus exuebantur: alii denique ſimpliciter omitterent, uti cuique collibitum erat. Et in Ordinario Carthuſianorum, aliorumque nulla penitùs fit mentio ultimi Miſſæ Evangelii, prout & *S. Thomas*, & *S. Bonaventura* de eodem nihil habent:

22. Nunc autem Rubricæ Miſſalis generales tit. XIII. n. 2. habent: *Evangelium S. Joannis* IN PRINCIPIO... *numquam prætermittitur in Miſſa, niſi quando ſit Officium de Feſto in aliqua Dominica*, quæ habet Evangelium proprium, *vel*, niſi fiat Officium de Feſto in aliqua *Feria*, *quæ habet Evangelium proprium*. De hiſce vide plura ſuprà p. I. toto tit. XIII.

23. Rubr. n. 2. *Si Celebrans in Altari* (quod eſt ad Orientem versùs populum) *vertit faciem ad populum*, nunc *non vertit ſe* ad benedictionem dandam; *ſed, ſtans, ut erat, benedicit populo, ut ſuprà* tit. XI. n. 5. *in medio Altaris: deinde accedit ad cornu Evangelii, & dicit Evangelium S. Joannis*, vel aliud, ſi dicendum ſit.

24. Hoc loco conſignandum eſt Decretum ſpectans ad dictum S. *Joannis* Evangelium, & ſic ſonat: *Qui præ timore vel balbutie non pronunciat* (non poteſt pronunciare) *Evangelium S. Joannis, quod legitur in fine Miſſæ, ſed ejus loco aliud ſuo arbitratu recitat; debet à Miſſarum celebratione ſuſpendi, quouſque illud ritè pronuntiare aſſueſcat.* S. R. C. 5. Julii 1631. Quantò fortiùs id quoad Canonem, & maximè quoad verba Conſecrationis, eſt intelligendum!

25. Rubr. n. 3. *Si celebravit coram ſummo Pontifice, Cardinale, &* (vel) *Legato Sedis Apoſtolicæ, vel Patriarcha, Archiepiſcopo, &* (vel) *Epiſcopo in Provincia, Civitate, vel Diœceſi ſuâ exiſtente*, etiam in Eccleſiis privilegiatis, *Celebrans, dicto*: PLACEAT TIBI S. TRINITAS, *&c.*, *dicit*: BENEDICAT VOS OMNIPOTENS DEUS;

26. Rubr. eod. n. 3. *Et tunc, convertens ſe ad ſummum Pontificem, genu* unico (quia fit ſinè mora) *flexo; ad Cardinalem verò, &* (vel) *Legatum, vel alium ex ſupradictis Prælatis, capite profundè inclinato, quaſi licentiam benedicendi ab ipſis petens, proſequitur*: PATER ET FILIUS ✠ ET SPIRITUS S., *benedicens aſtantes à parte, ubi non adeſt Pontifex, Cardinalis,*

 Ita

Legatus, *aut Prælatus*, *prædicti*. Et hoc quoad ſummum Pontificem, & Cardinales ſemper & ubique eſt obſervandum. *Merati* hoc loco n. 6.

27. Rubr. eod. n. 3. *Si autem quis celebravit coram Patriarcha*, *Archiepiſcopo*, *& Epiſcopo*, *extra ſuam Provinciam*, *Civitatem*, *vel Diœceſim conſtitutis*; *eis*, *abſque alio reſpectu*, *ut ceteris*, *qui interſunt*, *more conſueto benedicit*, acſi dicti Prælati non adeſſent.

28. Rubr. n. 4. *Si autem* Sacerdos *celebravit pro Defunctis*, *dicto*: PLACEAT TIBI S. TRINITAS, ut ſuprà n. 3., *& oſculato Altari*, *accedit* immediatè *ad cornu Evangelii*, *&* (præmiſſo *Dominus vobiſcum*, &c.) *dicit Evangelium S. Joannis* (quia nunquàm aliud in Miſſa *de Requiem* recitatur) *prætermiſſâ benedictione*, *quæ in Miſſis Defunctorum*, juxta eam, quæ nunc viget, diſciplinam, *non datur*, quàmvis olim benedictio illa in Miſſa *de Requiem* dabatur, ùt ait SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà n. 7. Vide infrà tit. XIII. n. 10., & *Merati* p. 2. tit. 10. n. 29.

29. Rubr. n. 5. *Finito Evangelio in fine Miſſæ*, *ſi celebravit coram Summo Pontifice*, *Cardinale*, *&* (vel) *Legato Sedis Apoſtolicæ*, *vel Patriarchâ*, *Archiepiſcopo*, *&* (vel) *Epiſcopo*, tendit, junctis ante pectus manibus, à cornu Evangelii ad medium Altaris.

30. Rubr. eod. n. 5. Et, factâ ibidem Cruci per capitis inclinationem reverentiâ, *convertit ſe* per latus ſuum dexterum, id eſt, versùs cornu Epiſtolæ, *ad illum*, *coram quo ex prædictis celebravit*; *& facit* ſummo Pontifici per genu unius flexionem, quia fit ſinè mora: aliis prælatis per profundam capitis inclinationem *reverentiam convenientem*. *Si non celebravit coram aliquo prædictorum*, *hujuſmodi reverentiam prætermittit*, ait Rubrica eod. n. 5.

31. Rubr. n. 6 *Quibus omnibus abſolutis*, *extinguuntur per miniſtrum candelæ*. *Interim Sacerdos*, finito ultimo Evangelio, manibus ante pectus junctis,

acce-

accedit ad medium Altaris, ubi caput Cruci inclinat, ùt n. præc.; deinde, ſtans adhuc in medio ſuppedanei, *accipit ſiniſtrâ Calicem* in nodo, *dexteram ponens*, ùt in initio Miſſæ, *ſuper burſam, nè aliquid de Calice cadat*. Et (Cruci iteratò caput inclinans, ſi aliqua interceſſit mora) aliquantulùm vertit ſe à medio Altaris ad cornu Epiſtolæ.

32. Rubr. eod. n. 6. Ac ſic, nè directè deſcendendo, Cruci vel Tabernaculo terga vertat, *deſcendit* paulùm lateraliter, dimiſſis oculis, *ante infimum gradum Altaris*, id eſt, ad planum Capellæ. Caveat autem, nè dum deſcendit, conculcando Albam, ſe aut Calicem offendat. *Et ibi in medio* ante infimum gradum (ùt etiam præſcribit S. R. C. Decret. 28. Auguſti 1627.) *vertens ſe* per partem ſuam dexteram, ſeu versùs cornu Epiſtolæ, *ad illud* Altare, *caput* profundè *inclinat* (*vel, ſi in eo eſt Tabernaculum SS. Sacramenti, genu uno flectit.*)

33. Rubr. eod. n. 6. *Et factâ jam dictâ per capitis inclinationem, aut per genu unius flexionem Altari reverentiâ*, tunc tandem *accipit biretum à miniſtro*, hoc eſt, capit digitis dexteræ manûs dexterum bireti cornu elevatum, *& caput cooperit*, cautè in omnibus agens, nè de Calice aliquid decidat.

34. Rubr. eod. n. 6. *Ac præcedente eodem miniſtro, eo modo, quo venerat, redit* tecto capite *ad Sacriſtiam*; id eſt, in via ab Altari ad Sacriſtiam idem debet obſervare, quod ſuprà tit. II. à n. 8. uſque ad 15. (ſi recedat ſinè Calice, obſervet quod ibid. n. 16.) dictum eſt de ingreſſu è Sacriſtia ad Altare: & hoc notato, ut, ſi in via ei obviam fiat alius Sacerdos, ut invicem ſe conſalutent, coöperto capite, & procedat quiſque per partem ſuam dexteram.

35. Rubr. eod. n. 6. *Interim*, id eſt, redeundo ad Sacriſtiam *dicens* (Hymnum *Te Deum*) *Laudamus*, ùt aliqui faciunt; ſed alii conformiter ad hoc, quod

deſcribit Rubrica, etiam dum pro Defunctis celebravit) *Antiphonam*, quæ incipit TRIUM PUERORUM, &c., idque more duplici vel ſemiduplici, prout Miſſa celebrata eſt, ac ei *Alleluja* additur tempore Paſchali; *& Canticum* BENEDICITE... *cum aliis Orationibus, ut ſuo loco ponuntur.*

36. Cùm Sacerdos ad Sacriſtiam pervenerit, facit tecto capite Cruci reverentiam inferiorum maximam: deponit Calicem & ſe veſtibus ſacris exuit ordine retrogrado, quo ſe induit; ſcilicet primò deponit biretum; deinde exuit Planetam, tunc Stolam, depoſt Manipulum, dein Cingulum, tunc Albam; manicam tamen ſiniſtræ priùs quàm dexteræ; ac demùm exuit Amictum. Et, quæ oſculatus eſt induendo, nunc, eadem exuendo (etiam in Miſſis *de Req.* tit. ſeq. n. 17) oſculatur in medio, ſcilicet Stolam, Manipulum & Amictum, hæc tria tantùm.

37. Deinde, depoſito de Calice cum burſa velo, eumdem ſuo loco reponit, ac manus ex decentia (id namque Rubrica præſcribit ante, ſed non poſt Miſſam) abluit, non quòd immundum quid ex ipſo Sacramenti contactu contraxerit, ſed, ut in reverentiam SS. Sacramenti, deponatur ſacratio à manibus, antequàm iiſdem res contrectet profanas. Et tunc omnipotenti Deo, pro ſua devotione, de percepto tanto Sacramento debitas agere gratias.

38. *Non poſſum non laudare Regulares illos, ait Gavantus* hoc loco, *qui in Sacriſtia duo manutergia diſtincta habere ſolent, alterum ad abſtergendas Sacerdotum manus ante Miſſam, alterum poſt Miſſam.*

39. Rubr. eod. n. 6. *Si verò Sacerdos, ob defectum Sacriſtiæ, aut alterius loci congrui, ſe miniſtrus paramenta apud Altare, vel in ipſo Altari, ubi celebravit, tunc, finito Evangelio prædicto* (non illicò ſe veſtibus ſacris exuit, ut aliqui malè practicant; ſed (ut rectè *Merati* cum aliis) priùs accedit [illegible]

bus

bus junctis ad medium Altaris; &, factâ ibi Cruci per Capitis inclinationem reverentiâ, tunc redit ad cornu Evangelii, ac *ibidem illis* veſtimentis, modo, ut ſuprà *n.* 36. *ſe exuit, & dicit Antiphonam,* TRIUM PUERORUM *cum Cantico, & aliis Orationibus, ut ſuo loco ponuntur.* Ità Rubrica.

TITULUS DECIMUS TERTIUS DE HIS, QUÆ OMITTUNTUR IN MISSA PRO DEFUNCTIS.

1. Quamvis liberum ſit Sacerdoti Miſſam pro Defunctis celebraturo, dicere vel omittere Pſalmos cum precibus, quæ dicuntur pro Miſſæ præparatione, tamen, ſi dicantur, debet in fine Pſalmorum dici *Gloria Patri,* & non *Requiem æternam.* Similiter non omittuntur oſcula Amictûs, Manipuli, & Stolæ, dum illis Sacerdos induitur vel exuitur; prout nec omittuntur ſolitæ paramentorum Orationes. Ità Rituaſiſtæ paſſim omnes.

2. Rubr. n. 1. *In Miſſis pro Defunctis ante Confeſſionem non dicitur Pſalmus* JUDICA ME DEUS; *ſed, pronuntiatâ Antiphonâ* INTROIBO AD ALTARE DEI, *& reſponſo à Miniſtro* AD DEUM QUI LÆTIFICAT, *&c.* dicitur immediatè poſt *Verſus* ADJUTORIUM NOSTRUM, *&c. poſt Confeſſionem cum reliquis omnibus, ut ſuprà eſt.* [illegible] in Miſſa ordinaria, [illegible].

3. *Gavantus in Comm.* [illegible] quòd ante *S. Pium V.* [illegible] Pſalmos in Miſſis etiam Defunctorum [illegible] dici & loco verſiculi *Gloria Patri,* ſolitum fuiſſe pronuntiari *Requiem æternam.* Teſtem antiquitatis [illegible] habemus [illegible] pro Def. per Cardinalem Epiſcopum [illegible] *Pſalmi* [illegible] *Judica* [illegible]

qui dicitur in Confeſſione, non concluditur cum GLORIA PATRI, ſed cum REQUIEM ÆTERN.; aſt ſtandum nunc eſt Rubricis modernis.

4. Rubr. eod. n. 1. *Cum Celebrans ad Altare pervenerit*, illud ad *Quorum Reliquiæ*, &c., oſculatur; dein *incipit Introitum* Miſſæ, aſt *non ſignat ſe* Cruce, ùt in Miſſâ ordinariâ, *ſed manu dextrâ extensâ* (ſiniſtrâ interim depoſitâ ſuper librum aut Altare) *facit ſignum Crucis ſuper librum*, efformando illud in äëre, *quaſi aliquem* Defunctorum, aut Defunctos, pro quo, vel quibus celebrat, *benedicens*.

De modo tenendi manum in tranſverſa parte Crucis vide tit. III. n. 10. In fine Introitùs *non dicitur GLORIA PATRI*, *ſed poſt Pſalmum ejus loco repetitur* Introitus: *REQUIEM ÆTERNAM*, *&c.*, qui ſemper in Miſſa Defunctorum dicitur in numero plurali *Dona EIS*, quàmvis pro uno tantùm defuncto celebretur, & Miſſa applicetur.

5. Rubr. eod. n. 1. *Nec dicitur GLORIA IN EXCELSIS*, *nec poſt Epiſtolam ALLELUJA*, *ſed ſemper Graduale & Tractus*, prout habetur in Miſſa *de Requiem*. De Proſa *Dies iræ* vide ſ. 54. n. 14.

6. Rubr. eod. n. 1. Nec dicitur *JUBE DOMNE BENEDICERE*, *nec DOMINUS SIT IN CORDE MEO*, *&c.* Ad hoc ergò benè reflectat juvenis Sacerdos, quòd in Miſſa *de Requiem*, dicto in medio Altaris *Munda cor meum* uſque ad *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, *Amen* incluſivè, illicò ſinè mora, omittendo *Jube Domine*, & *Dominus ſit*, *&c.*, ſe elevet, vadat ad librum Miſſalis in cornu Evangelii, & incipiat dicere: *Dominus vobiſcum &c.*

7. Rubr. eod. n. 1. Nec Sacerdos, lecto Evangelio, *oſculatur librum in fine* ejuſdem Evangelii, neque dicendum erit: *Per Evangelica dicta*, *&c.* ut habetur tit. VI. n. 16. *Non dicitur* numquàm *CREDO*; nè quidem in Dominica, præſente corpore.

Non benedicitur aqua in Calicem fundenda, quia Sacerdos intendit Sacrificium offerre pro mortuis non verò pro vivis, quibus competit benedictio; *dicitur tamen Oratio*: *DEUS, QUI HUMANÆ*, &c.

8. Rubr. eod. n. 1. *Cùm* Sacerdos *lavat manus*, in fine Pſalmi *LAVABO*, &c. *non dicitur*: *GLORIA PATRI*; cujus loco tamen non ſubrogatur: *Requiem æternam*. Poſt Secretas ſemper dicitur Præfatio communis, & nil unquàm in Canone mutatur ad *Communicantes*, ſed ſemper dicitur de communi.

9. Rubr. eod. n. 1. *Ad AGNUS DEI non dicitur*: *MISERERE NOBIS*, *cujus loco dicitur*: *DONA EIS REQUIEM*; *nec tertiò* (ſeu tertiâ vice) dicitur: *DONA NOBIS PACEM*, *cujus loco dicitur*: *DONA EIS REQUIEM SEMPITERNAM*, ſemper in plurali: *neque percutitur pectus*, ſed Sacerdos, dum tribus vicibus dicit *Agnus Dei*, ſtat manibus junctis ante pectus, & non ſuper Altare poſitis.

10. Rubr. eod. n. 1. *Non dicitur prima Oratio ante Communionem, ſcilicet*: *DOMINE J. C. QUI DIXISTI APOST.*, &c. *nec datur Pax*; quia Sacerdos intendit principaliter ſacrificare pro mortuorum requie, & non pro populi pace. Quando, & qualiter ſub hac Miſſa poſſit adminiſtrari Euchariſtia Fidelibus, Miſſæ aſſiſtentibus, vide ſuprà tit. X. n. [illegible] & ſeqq. *In fine Miſſæ non dicitur*: *ITE, MISSA EST*, *nec BENEDICAMUS DOM.*, *ſed REQUIESCANT IN PACE*, ſemper in plurali ſuprà tit. XI. n. 16. *Item non datur benedictio*, quia gaudium non debet luctui immiſceri.

11. Dantur quidem aliqua Miſſalia impreſſa Annis 1519. 1533. [illegible] & 1560. quibus in Miſſis Defunctorum hæc præſcribitur danda benedictio: *Deus vita vivorum, & reſurrectio mortuorum, benedicat vos in ſæcula ſæculorum*: ſed talis benedictionis ſuſpenſio fuit univerſaliter introducta in Romani Miſſalis recognitione & reformatione ſub *S. Pio V.*

12.

qui dicitur in Confeſſione, non concluditur cum GLORIA PATRI, *ſed cum* REQUIEM ÆTERN.; aſt ſtandum nunc eſt Rubricis modernis.

4. Rubr. eod. n. 1. *Cùm Celebrans ad Altare pervenerit*, illud ad *Quorum Reliquiæ, &c.*, oſculatur; dein *incipit Introitum* Miſſæ, aſt *non ſignat ſe* Cruce, ut in Miſſâ ordinariâ, *ſed manu dextrâ extensâ* (ſiniſtrâ interim depoſitâ ſuper librum aut Altare) *facit ſignum Crucis ſuper librum*, efformando illud in äëre, *quaſi aliquem* Defunctorum, aut Defunctos, pro quo, vel quibus celebrat, *benedicens*.

De modo tenendi manum in tranſverſa parte Crucis vide tit. III. n. 10. In fine Introitûs *non dicitur* GLORIA PATRI, *ſed poſt Pſalmum ejus loco repetitur* Introitus REQUIEM ÆTERNAM, *&c.*, qui ſemper in Miſſa Defunctorum dicitur in numero plurali *Dona* EIS, quamvis pro uno tantùm defuncto celebretur, & Miſſa applicetur.

5. Rubr. eod. n. 1. *Nec dicitur* GLORIA IN EXCELSIS, *nec poſt* Epiſtolam ALLELUJA, *ſed* ſemper *Graduale* & *Tractus*, prout habetur in Miſſa de *Requiem*. De Proſa *Dies iræ*, vide ſ. 54. n. 14.

6. Rubr. eod. n. 1. Nec dicitur JUBE DOMINE BENEDICERE, *nec* DOMINUS SIT IN CORDE MEO, *&c.* Ad hoc ergò benè reflectat juvenis Sacerdos, quòd in Miſſa *de Requiem*, dicto in medio Altaris *Munda cor meum* uſque ad *Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen* incluſivè, illicò ſine mora, omittendo *Jube Domine*, & *Dominus ſit, &c.*, ſe elevet, vadat ad librum Miſſalis in cornu Evangelii, & incipiat dicere *Dominus vobiſcum &c.*

7. Rubr. eod. n. 1. Nec Sacerdos, lecto Evangelio, *oſculatur librum in fine* ejuſdem Evangelii, neque dicendum erit *Per Evangelica dicta, &c.*, ut habetur tit. VI. n. 16. Non *dicitur* unquàm CREDO; nè quidem in Dominicâ, præſente corpore,

Non benedicitur aqua in Calicem fundenda, quia Sacerdos intendit Sacrificium offerre pro mortuis, non verò pro vivis, quibus competit benedictio; *dicitur tamen Oratio*: *DEUS, QUI HUMANÆ, &c.*

8. Rubr. eod. n. 1. *Cùm Sacerdos lavat manus*, in fine Pſalmi *LAVABO, &c. non dicitur: GLORIA PATRI*; cujus loco tamen non ſubrogatur: *Requiem æternam*. Poſt Secretas ſemper dicitur Præfatio communis, & nil unquàm in Canone mutatur ad *Communicantes*, ſed ſemper dicitur de communi.

9. Rubr. eod. n. 1. *Ad AGNUS DEI non dicitur: MISERERE NOBIS, cujus loco dicitur: DONA EIS REQUIEM; nec tertiò* (ſeu tertiâ vice) dicitur: *DONA NOBIS PACEM, cujus loco dicitur: DONA EIS REQUIEM SEMPITERNAM*, ſemper in plurali: *neque percutitur pectus*, ſed Sacerdos, dum tribus vicibus dicit *Agnus Dei*, ſtat manibus junctis ante pectus, & non ſuper Altare poſitis.

10. Rubr. eod. n. 1. *Non dicitur prima Oratio ante Communionem, ſcilicet: DOMINE J. C. QUI DIXISTI APOST. &c. nec datur Pax*; quia Sacerdos intendit principaliter ſacrificare pro mortuorum requie, & non pro populi pace. Quando, & qualiter ſub hac Miſſâ poſſit adminiſtrari Euchariſtia Fidelibus, Miſſæ aſtantibus, vide ſuprà tit. X. n. 11. & ſeqq. *In fine* Miſſæ *non dicitur: ITE, MISSA EST, nec: BENEDICAMUS DOM. ſed REQUIESCANT IN PACE*, ſemper in plurali ſuprà tit. XI. n. 16. *Et non datur benedictio*, quia gaudium non debet luctui immiſceri.

11. Dantur quidem aliqua Miſſalia impreſſa Annis 1490. 1533. 1540. & 1560. in quibus in Miſſis Defunctorum hæc præſcribitur danda benedictio: *Deus vita vivorum, & reſurrectio mortuorum, benedicat vos in ſæcula ſæculorum*; ſed talis benedictionis ſuſpenſio fuit univerſaliter introducta in Romani Miſſalis recognitione & reformatione ſub *S. Pio V.*

141

inſtructione Clementis XI. 1705., partim ex probatis Auctoribus, ſuperaddo ſequentia.

107. In primis Sacerdos ſemper præ oculis hanc Rubricam ſuprà n. 22. habeat regulam: Quòd, expoſito in medio Altaris SS. Sacramento, debeat primò Celebrans omnimodè cavere, nè unquàm terga vertat SS. Sacramento patenter expoſito; ſecundò, quòd debeat eidem tempore Miſſæ reverentiam exhibere per genu utriusque flexionem in hoc triplici caſu:

1. Quoties accedit ad medium Altaris.

2. Quoties recedit à medio Altaris.

3. Quoties tranſit per medium Altaris.

108. Tertiò: in acceſſu ad Altare, ante infimum ejuſdem gradum, prout & in receſſu ab eodem, dum tendit ad Sacriſtiam, fit genu utriusque flexio cum profunda capitis inclinatione; omnes verò aliæ genuflexiones, præter illam primam & ultimam, fiunt in, vel ad Altare unico duntaxat genu, ſinè capitis inclinatione, niſi aliter ordinetur.

109. Quartò: Sub Miſſa, quando inter acceſſum ad Altaris medium, & inter receſſum ab eodem, aliqua intercedit mora, prima Sacerdotis actio, dum ad medium Altaris accedit, debet eſſe genuflexio, prout & ejus actio ultima, dum ab eodem medio recedit, ſimiliter oportet eſſe genuflexionem. Unde Sacerdos, dum accedens ad medium Altaris, illud oſculari debet & unà flectere, priùs flectere debet, & dein oſculari Altare; ſic in receſſu ab Altari illud priùs oſculari debet, & ultimò flectere.

110. Quando verò inter acceſſum ad Altaris medium, & inter receſſum ab eodem nulla intervenit mora, (id eſt, ter in Miſſa: primò ante *Dominus vobiſcum*, dum poſt Evangelium non dicitur *Credo*; ſecundò ante *Dominus vobiſcum* poſt Antiphonam *Communio*, & tertiò dictâ Poſtcommunione unâ vel pluribus ante *Dominus vobiſcum*:) tunc vel priùs flectendum eſt,

vel

priùs oſculandum Altare. Nos hoc ultimum ùt melius cum *Merati* eligimus, qui hoc loco t. 19. §. 19. habet: *Si non ſit dicendum* CREDO, *antequàm convertatur ad populum, dicturus:* DOMINUS VOBISCUM, *priùs oſculatur Altare,* DEINDE *genuflectit*; prõinde & recedimus ab eodem, dum ibidem §. 23. & 25. oppoſitum in eodem planè caſu, nullâ habitâ diſparitatis ratione, præſcribit.

11. Quintò: in Altari, in quo SS. Sacramentum eſt palàm expoſitum, nunquàm Celebrans Paramenta ſacra induere poteſt aut exuere, ſed alius eſt locus quærendus extra, quantùm poſſibile eſt, conſpectum Venerabilis. Et, dum ſub Miſſa elevandi ſunt oculi, elevari debent ad SS. Sacramentum.

12. His ità præmiſſis, Sacerdos ingrediens Presbyterium Altaris, in quo Venerabile patenter exponitur, aliquantulùm conſiſtens detegit caput (ſi illud ſit caputio tectum, commodiùs id in Sacriſtia detegitur) porrigens miniſtro biretum, quod nunquàm poni poteſt ſuper Calicis burſam. Et, ad Altaris medium progreſſus, genu utroque flectit ad infimum ejuſdem gradum, id eſt, juxta *Merati* ſuprà §. 2. *omnino in plana terrâ*; juxta receptum verò hujus patriæ morem, in ultimo Altaris gradu, (extremitatem tamen pedum habens in plana terrâ) & cum profunda capitis inclinatione Sacramentum reverenter adorat, dextram tenens ſuper burſam.

13. Tunc ſurgens aſcendit Altaris gradus, ſiſtit Calicem ad cornu Evangelii, genu uno flectit (quia venit ad medium Altaris) & ſurgit; ac, Corporali & Calice in medio Altaris debitè collocatis, iterum genu uno ſine capitis inclinatione flectens (quia intercesſit mora) vadit ad Miſſale. *Merati* ſuprà.

14. Aperto Miſſali, & diſpoſitâ Miſſâ, ad Altaris medium revertitur, genu uno flectit, ac retrahit ſe à medio Altaris versùs cornu Evangelii, nè terga vertat SS. Sacramento; atque ſic deſcendit in planum

Altaris, facie parùm versâ ad cornu Epiſtolæ. Tum, antequàm Miſſam incipiat, ſuper infimum Altaris gradum, ſine capitis inclinatione, genu uno (alii utroque) flectit, ſurgit, & incipit Miſſam.

15. Factâ Confeſſione cum annexis, ſine nova genuflexione, quam quidam gratis faciunt, aſcendit ad Altare, & ibidem (quia venit ad medium Altaris) genu uno flectit, antequàm incipiat dicere: *Oramus te Domine*. Hâc Oratione finitâ, iteratò poſt oſculum Altaris genu uno flectit, diſcedit à medio ad librum, & legit Introitum; quo finito, revertitur ad Altaris medium, genuque flectit, & dum ſurrexit, tunc tantùm, non verò citiùs incipit *Kyrie eleyſon*.

16. Quoties enim *Gloria in excelſis*, ſi dicendum ſit, dicto, oſculatur Altare, genuflectit (quia genuflexio debet eſſe ultima actio) ac vertens ſeſe ad populum (non in medio Altaris, ne terga vertat SS. Sacramento, ſed in latere Evangelii) dicit: *Dominus vobiſcum*; tum, revertens ad Altaris medium, genuflectit, & tendit ad librum.

17. Finitis Orationibus, Epiſtolâ, Graduali, &c. revertitur ad Altaris medium, & genu uno flectit ac ſurgit; tunc dicit: *Munda cor meum*, &c. & deinde *Jube Domine*, &c. quibus finitis, iterum genu uno flectit, ſurgit & tendit ad cornu Evangelii.

18. Eo lecto, ac oſculato ejus initio, redit ad medium, genu uno flectit, & ſurgit, ac tunc tantùm, & non priùs, incipit, ſi dicendum ſit, *Credo*. Si verò non ſit dicendum, oſculato jam priùs Evangelio, revertitur ad medium Altaris, illud oſculatur, ac deinde genu uno flectit, ſurgit, & convertit ſe, ut ſupra n. 16. in cornu Evangelii ad populum, dicens: *Dominus vobiſcum*. Vide n. 9. & 10.

19. Abſoluto, ſi dicendum ſit, Symbolo, oſculatur Altare; deinde genu uno flectit, ſurgit, & convertit ſe (ut ſtatim dictum eſt) ad dicendum: *Do-*

minus

minus vobiſcum, &c. reverſus ad Altare, genuflectit ac ſurgit. Poſt hæc, factâ panis oblatione, iterum genu uno flectit; & tunc recedens ad cornu Epiſtolæ, ibidem imponit Calici vinum & aquam; ac reverſus ad medium, genu uno flectit.

20. Oblato Calice, & dictis: *In ſpiritu humilitatis*, ac *Veni Sanctificator*, iteratò genu uno flectit, recedit ad cornu Epiſtolæ, & ſtans (ut præſcribit Rubrica in *Paraſceve*) aliquantulùm extra ſuppedaneum Altaris (ut p. II. H. tit. XIV. n. 38. & ſeqq. oſtendetur) *facie versâ ad populum* lavat manus ſuas, & eas tergit. Advertat autem Sacerdos, nè ante vel poſt lotionem manuum terga vertat SS. Sacramento; non licet autem Sacerdoti manus ſuas lavare ſtanti in ſuppedaneo Altaris, licèt Venerabile tantùm eſſet pallâ expoſitum in Pyxide, ſed eas debet lavare extra ſuppedaneum, ut ſuprà. Ad hoc reflectere dignetur Sacerdos.

21. Abſterſis manibus, aſcendit ſuppedaneum, &, reverſus ad Altaris medium, genu unò flectit. Dicto: *Suſcipe S. Trin.*, iteratò, ſed poſt oſculum Altaris, genu uno flectit, & vertens ſe ad populum, ut ſuprà n. 2., ad cornu Evangelii dicit *Orate fratres*; ac, per eandem viam (ſinè circulo) ad Altare converſus, iterum uno genu flectit. Deinceps autem omnia fiunt more conſueto uſque ad ſumptam ſub utraque ſpecie Communionem incluſivè.

22. Quærit Sacerdos, an ante & poſt ablutionem ſuorum ſupra Calicem digitorum debeat genuflectere? R. ſecundùm *Merati* p. 2. tit. 10. n. 21., & tit. 14. n. 19. §. 22., ac juxta eos, qui cum illo tenent, quòd pollices & indices ſuper Calicem ſint abluendi in cornu Epiſtolæ, *Affirmativè*; quia in hac opinione ante ablutionem recedit Celebrans à medio Altaris, ac poſt eandem accedit ad idem medium.

23. Sed quia receſſus ille à medio Altaris nec in Rubricis, nec in aliquo S. R. C. Decreto, nec in ullo

nullo alio capite ſubdatur, nec Negativè; præſertim cùm Rubrica Feriæ V. in Cœna Dom. (ubi caſus clarè in individuo occurrit) nec ante, nec poſt digitorum ablutionem præſcribat genuflexionem, quam; ſi tunc à medio Altaris foret recedendum, Rubrica certiſſimè præſcripſiſſet.

24. Imò *Cerem. Epiſ.* l. 2. c. 23. §. 7. videtur in Cœna Dom. (adeòque & in omni aliâ, quæ fit cum SS. Sacramenti expoſitione, Miſsâ) innuere oppoſitum, dicens: *Finitâ communione, Epiſcopus ſe purificat, & abluit digitos.* (en de receſſu ab Altaris medio pro abluendis digitis altum ſilentium). *Et tunc*, ablutis ſcil. digitis, ac ſumptâ ablutione, *factâ reverentiâ cum genu* unius *flexione SS. Sacramento, retrahit ſe* Epiſcopus *extra cornu Epiſtolæ, versâ facie ad populum, ubi lavat manus*; proin ad ablutionem digitorum non erat à medio Altaris recedendum, quia exceptio fundat regulam in oppoſitum.

25. Petit iteratò Sacerdos, cur Celebrans, manus lavans, ſuprà n. 22., debeat recedere ad cornu Epiſtolæ, imò & aliquantulùm extra Altare, non verò hoc loco abluens pollices & indices? R. diſparitatem videri, quòd in priori caſu importetur manuum à maculis corporalibus lotio., quæ actio (quamvis fiat in ſignum puritatis conſcientiæ) ex ſe tamen eſt vilis & dedecens fieri in præſentia SS. Sacramenti; & ideò præſcribit Rubrica, quòd fieri debeat non tantùm ad cornu Epiſtolæ, ſed & extra Altare; ſeu totaliter extra præſentiam SS. Sacramenti. Vide p. II. II. tit. XIV., & S. *Thomam* ſuprà tit. VII. n. 49.

26. In noſtro autem caſu eſt etiam quidem digitorum ablutio, non tamen à corporis ſordibus, ſed à particulis ſacris, ſi quæ fortè digitis adhæreant, ùt in Calicem mittantur, & dignè à Celebrante ſumantur; ac ut ſic digiti, ſinè ulla ad Sacramentum irreverentiâ, ad alios quàm Miſſæ uſus licitè applicari valeant.

27. Atque vel hinc confirmamur, quòd, ſicut Sacerdos, dum porrigit Calicem, ut infundatur in eo parum vini, quo Calicem & os ſuum purificat, non debet à medio Altaris recedere; ità &, dum paulò poſt eumdem porrigit Calicem, ut pollices & indices abluat, ſeu purificet, non debeat ad cornu Epiſtolæ, multò minùs extra Altare recedere; neutrum quippe eſt contra, ſed potiùs conformiter ad reverentiam & decentiam SS. Sacramento debitam; & ideò in neutro caſu præſcribit Rubrica receſſum à medio Altaris. His favet *Gavantus* hoc loco n. 18.

28. Deinde Celebrans, compoſito in medio Altaris Calice, genu uno flectit, ſurgit, & recedit ad cornu Epiſtolæ. Lectâ ibidem Antiphonâ, quæ dicitur *Communio*, revertitur ad Altaris medium, ibique illud priùs oſculatur, ac dein genu uno flectit, ac vertit ſe ad populum, ùt ſuprà n. 16., dicens: *Dominus vobiſcum*. Et, reverſus ad medium, iteratò uno genu flectit, ſurgit ac tendit ad cornu Epiſtolæ, lecturus Poſtcommunionem.

29. Nota: Dicitur n. præc., quòd Sacerdos, poſt dictam Antiphonam *Communio* revertens ad Altare, priùs illud oſculari debeat, & deinde genu uno flectere: quia in iſto caſu inter acceſſum ad Altaris medium, & inter receſſum ab eodem nulla intermediat mora. Vide ſuprà n. 9. & 10.

30. Finitis ad cornu Epiſtolæ Orationibus, quæ appellantur *Poſtcommunio*, revertitur Sacerdos ad medium, ubi priùs oſculatur Altare, deinde (ob dicta n. præc.) genu uno flectit; & ſine mora à medio recedendo, vertens ſe ad populum, ùt n. 16., dicit: *Dominus vobiſcum*, & *Ite Miſſa eſt*.

31. Si verò poſt *Dominus vobiſcum* ſit dicendum: *Benedicamus Domino*, tunc, dicto: *Dominus vobiſcum*, revertitur ad medium Altaris, & ibi priùs genu uno flectit (quia moram gerit in medio) & ſurgit: ac

 do-

deinde, & non prius, ſtans dicit: *Benedicamus Domino*, ac deinde; *Placeat tibi S. Trinitas.*

32. Dicto autem: *Ite Miſſa eſt*, convertit ſe ad Altare, ubi genu uno flectit, ſurgit, & deinde dicit: *Placeat tibi S. Trin.* Qua Oratione finita, oſculatur Altare; deinde dicit: *Benedicat vos omnipotens Deus*, genu uno flectit (quia hæc debet eſſe ultima actio) ſurgit, & veriit ſe ad populum ex parte Evangelii.

33. Et populum benedicens, dicendo: *Pater & Filius* ✠, *& Spiritus ſanctus*, non perficit circulum ſuprà n. 2.; ſed, per idem latus ad Altare, ſcilicet ad cornu Evangelii, ſe vertens, ſtatim abſque nova genuflexione (quia non redit Celebrans ad medium Altaris) dicit: *Dominus vobiſcum*; & legit Evangelium occurrens, ſignans ſolummodò ſe ipſum, non verò Altare propter SS. Sacramentum in eodem poſitum. Signat tamen tabellam vel librum, ſi Celebrans ex ipſis legat Evangelium.

34. Ad: *Et Verbum Caro factum eſt* genu uno, ſed ſine capitis inclinatione, flectit in cornu Evangelii, non more ordinario, aſt parum versùs SS. Sacramentum ſe vertendo; deinde, finito totaliter Evangelio, & non ante, ad medium Altaris revertitur: ibidem genu uno flectit: &, accepto Calice, deſcendit, ut ſuprà n. 14. expoſitum eſt.

35. Vel, ſi moram aliquam in medio traxit, ſtatim ad medium perveniens genu uno flectit, ac iterum poſt moram. Ac tandem cum Calice deſcendit de Altari, ac humeros vertit ad cornu Evangelii, nè terga vertat Sacramento.

86. Denique Celebrans, poſt deſcenſum uſque ad infimum Altaris gradum, convertit ſeſe ad illud, & ibidem (vide ſuprà n. 14.) flectit utroque genu cum profunda capitis inclinatione, & ſurgens diſcedit diſcooperto capite.

37. Dum

37. Dum autem pervenerit extra Presbyterium, ſeu Capellam, dexterâ accipit Sacerdos à miniſtro biretum, caput ſuum tegit, & interim aliquantulùm conſiſtens, more ſolito pergit inde ad Sacriſtiam. Ità *Merati*, & alii Rituáliſtæ.

TITULUS DECIMUS QUINTUS
DE MISSA CELEBRANDA IN ALTARI,
Ante cujus gradus actu diſtribuitur S. Communio.

Accedunt varia circà hanc materiam S. R. C. Decreta.

1. Quid Sacerdos in hoc quandoque obvio & practico caſu in acceſſu ad Altare, & receſſu ab eodem, ac Miſſam incipiens, finienſque, obſervare debeat, nullibi reperire potui. Solùm de Presbytero tranſeunte dumtaxat Altare, ubi fit populi Communio, inveni S. R. C. Decretum ſuprà f. 254. n. 12. allatum.

2. Itaque ex in Rubricarum ſcientiâ Eruditis deſuper conſultis collegi, quòd Presbyter, ante actualiter diſtribuentem SS. Sacramentum celebrans, ſic præter propter ſe gerere debeat, ſicut ſe gereret, ſi Miſſam coram ſummo Pontifice celebraret; proin

3. Sacerdos, ad Altare prope diſtribuentem ſacram Communionem veniens, genu utroque in plano Capellæ flectit, adorans Venerabile Sacramentum, ſurgit, &, ſe vertens nonnihil ad Altare, profundam ei facit reverentiam. Dein, nè terga vertat SS. Sacramento, aſcendens diagonaliter gradus, vel aliter pro ſitu & opportunitate loci, accedit ad medium Altaris, deponit Calicem, aperit librum, &c.

4. Poſt hæc, à medio Altaris verſus cornu Evangelii deſcendens, *ſiſtit ſe*, ait Rubrica ſupra f. 260. n. 3., *ante infimum gradum Altaris à cornu Evangelii*, ſeu, (ùt loquitur *Merati* p. 2. tit. 3. n. 2.) in cornu

 nu

nu Evangelii, *ante ipſum* ſanctiſſimum, quod diſtribuitur, Sacramentum, *ubi* ante Venerabile *genu* utroque in plano Capellæ flexus, illicò *erigit ſe*, *&* manens ibidem *ſtans*, ſed *aliquantulùm verſus ad Altare*, *incipit Miſſam*, facit confeſſionem; &, cùm dicit *Oremus*, extendit, ac jungit manus.

5. *Et* (Rubr. loquitur ſuprà f. 269. n. 38.) *tunc* (ſcilicet dicto: *Oremus*) *factâ* SS. Sacramento, quod diſtribuitur, ùt n. præc., *genu* uno *flexione*, per eoſdem gradus *accedit*, ſeu incipit aſcendere *ad medium Altaris* in ſuppedaneo, ſeu ante Calicem, quia huc-uſque ſtetit *ante* præfatum *infimum gradum* ad cornu Evangelii; *Et*, dum *ibi* incipit aſcendere, incipit & unà *ſecretò* dicere: Aufer a nobis, *ùt in Ordine Miſſæ*. Reliqua fiunt ùt in Miſſa ordinariâ uſque ad dandam in fine benedictionem.

6. *Celebrans* (ait Rubrica ſuprà tit. XII. n. 25.) *dicto*: Placeat tibi S. Trin., *&c.*, *dicit*: Benedicat vos omnipotens Deus, *&*, *convertens ſe ad* Sacerdotem ante ſe diſtribuentem Communionem, *genu* uno *flexus* ſurgit, ac *proſequitur* dicens: Pater, et Filius ✠ et Spiritus S., *benedicens aſtantes à parte*, *ubi non adeſt* Sacerdos cum ſacra Pyxide in manu.

7. Dicto ultimò Evangelio, Sacerdos vadit ad medium Altaris, &, factâ Cruci inclinatione, accipit Calicem, & deſcendit per illas graduum lateralium partes, quas exigunt Sacerdotis diſtribuentis & loci circumſtantiæ, ac utroque genu flectens in plano Capellæ, Sacramentum adorat, ſurgit, & aliquàliter ſe ad Altare vertens, profundam ei facit reverentiam; & vadit ad Sacriſtiam detecto capite, donec ſit extra Capellam, ubi, recipiens à miniſtro biretum, ſe tegit. Hæc ſalvo meliori judicio. Adduntur nonnulla S. R. C. Decreta ad hanc materiam ſpectantia.

8. *Quandò SS. Euchariſtiæ Sacramentum publicè diſ-*

cooper-

coöpertum exponitur, omnes ante illud tranſeuntes (cujuſcumque conditionis & ordinis ſint) ſeu ad illud accedentes, SEMPER (intellige extra Miſſam) UTRUMQUE GENU flectere debent. S. R. C. 19. Aug. 1651.

9. *Genuflexio* UTROQUE GENU *eſt facienda à tranſeuntibus ante SS. Sacramentum, etiamſi fuerit in Pyxide patenter expoſitum.* S. R. C. 7. Maji 1746. Utinam hic honor exactè exhibeatur!

10. *Sacerdos celebraturus Miſſam privatam, dum tranſit ante Altare, in quo eſt expoſitum SS. Sacramentum, poſt factam adorationem flexis genibus* (utique utriſque) *aperto capite; dum* ſeu cùm *ſe erigit* (ſi habeat biretum in manu, aliàs non) *caput coöperiat.* S. R. C. 7. Septemb. 1638., approbante *Clemente* XI. pro precibus 40. Horarum A. 1705.

11. *In Proceſſionibus SS. Sacramenti, quæ occaſione* precum 40. *Horarum*, aut aliâ quâcumque occaſione (S. R. C. 14. Dec. 1602.) *fiunt à* Sæcularibus vel *Regularibus per Eccleſiam*, Ambitum, Cæmiterium, &c., *debent iidem* Sæculares & *Regulares, proceſſionaliter incedentes, ante Sacramentum in occurſu & tranſitu à latere ejuſdem facere genu* (utroque, ùt n. 8. & ſeqq.) *flexionem, dummodò in tranſitu videatur.* S. R. C. 1. Martii 1681. Excipiuntur in Proceſſione à genuflexione Crucem ferens & Ceroferarii.

12. *Dum elevatur Euchariſtia ſanctiſſima, Canonici & Clerus, ſive in Choro exiſtant, ſive proceſſionaliter incedant, ſemper debent genu* utroque *flectere.* S. R. C. 8. Maji 1620. Vide n. 14. Et S. R. C. 14. Dec. 1602. contrariam conſuetudinem declarat abuſum.

13. Lugdunenſis tamen Eccleſiæ Canonici ad conſecratæ Hoſtiæ elevationem nolunt in genua procidere, ſed ad ſummum ſe inclinant ob rationem illis familiarem: *Lugdunenſis Eccleſia novitates non recipit.* Quid hac ſuper re ſub Henrico III., Galliæ Rege ſit actum, videri poteſt apud SS. D. *Benedictum* XIV. de Sacrif. Miſſæ l. 2. c. 15. n. 33.

14.

14. *In Proceſſionibus Candelarum, Palmarum, & ſimilibus, quæ fiunt per Eccleſiam ſine SS. Sacramento, non eſt pulſanda campanula ad elevationem Hoſtiæ in Miſſa privatâ. Quòd ſi pulſetur, & advertatur elevatio, tunc genuflectendum eſt utroque genu à tranſeuntibus ante Altare, ubi Miſſa celebratur; &, depoſito SS. Sacramento* (ſcilicet poſito in Altari Calice, & non ante) *procedendum eſt. Similiter ſi alii tranſeant in elevatione Calicis* S. R. C. 1. Mart. 1681.

15. *Ante oſtiolum Tabernaculi SS. Sacramenti, in quo depicta vel ſculpta eſt imago Domini noſtri, non eſt retinendum vas florum, vel quid ſimile; ſed poteſt collocari in humiliori & decentiori loco.* S. R. C. 22. Jan. 1701.

16. *Ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè expoſitum non poteſt* (dum non eſt velo abſconditum, ut praxis habet in Belgio) *fieri Concio capite tecto, non obſtante quâcumque conſuetudine; & abuſus eſt omninò tollendus.* S. R. C. 16. Febr. 1630.

17. *In expoſitione SS. Sacramenti, quæ fit adinſtar Proſcenii, quantitas luminum pietati facientis expoſitionem remittitur, & in Altari ſuper candelabris AD MINUS SEX CANDELÆ* (quæ debent eſſe de cera albâ, ita variis locis præſcribit *Cærem. Epiſ.*) *accendi debent.* S. R. C. 15. Mart. 1698.

18. *Sanctorum Reliquiæ non ſunt collocandæ ſuper Altari, in quo re ipsâ SS. Sacramentum publicæ venerationi eſt expoſitum.* S. R. C. 2. Sept. 1741.

19. *In Communione Monialium habentium feneſtrellam in parte Evangelii, Sacerdos debet deſcendere, & reverti per gradus anteriores, & non per laterales Altaris.* S. R. C. 15. Sept. 1736. Idem proinde ſervandum eſt, dum Pyxis, aut Remonſtrantia à retro, vel à latere Altaris defertur ad Altare, & ab eodem refertur ad Sacrarium.

20. *Miſſæ DE REQ. extra Altare, ubi eſt expoſitum SS. Sacramentum, etiam in Pyxide, poterunt celebrari*

diebus

diebus licitis, *dummodò tamen Oratio coram SS. Sacramento non fit pro publicâ cauſâ*; V. G. Feriis V. ſub Miſſa cantatâ de Venerab. S. R. C. 7. Maji 1746.

21. *In expoſitione & repoſitione SS. Sacramenti, etiam cauſâ devotionis, non eſt addendum* ALLELUJA *ad verſiculum* PANEM DE CÆLO. S. R. C. 5. Julii 1698. Intellige, juxta Inſtruction. Clementis XI. 1705, n. 21, extra tempus Paſchale, & extra Octavam Corporis Chriſti, quo tempore addi debet.

22. *Non eſt genuflectendum à Capitulo, & Clero proceſſionaliter tranſeuntibus ante Altare, in quo recondita eſt Reliquia S. Crucis.* S. R. C. 15. Sep. 1736.

23. *Benedictio cum SS. Sacramento danda eſt in fine Hymni* PANGE LINGUA; *non verò ad* ℣. SIT ET BENEDICTIO. S. R. C. 5. Februar. 1639.

APPENDIX AD PARTEM I. II.

DE TEMPORE SUB MISSA IMPENDENDO.

1. SI ea, quæ hactenus allata ſunt, deliberatè pariter & maturè conſiderentur, patebit clarè, quòd *Miſſa privata*, dum omnia vivâ fide exactè obſervantur, non tam brevi tempore, ut multi exiſtimant, expediri valeat. Hinc concludo hanc partem I. II. verbis (ut tantò plus habeant ponderis) SS. D. *Benedicti* XIV. feliciter regnantis ex l. 3. c. 24. de *Sacrif. Miſſæ* potiſſimùm deſumptis:

2. Quemadmodum lætitiâ magnâ perfuſi ſumus, cùm multos Sacerdotes Regulares ac Sæculares vidimus ſummâ pietate Sacrum facere, & in ipſo peragendo debitum tempus inſumere; ità profectò graviſſimum dolorem accepimus, cùm aliquos Nos ipſi deprehendimus, qui adeò feſtinanter, indecorè, linguâque præcipiti rem divinam conficiebant, ut, quæ tunc legerent, nullo modo percipere potuerimus.

3. Varii ſanè inter Sacerdotes non exiguam temporis partem manè conterunt in foro, vel inanibus colloquiis, vel etiam negotiis ipſorum dignitati parùm accommodatis, donec celebrandi tempus advenerit: tunc ad Sacrarium properant, & ſacris veſtibus induti, vix limen Altaris contigerunt, ferè intra momentum, Miſsâ jam abſolutâ, Sacrarium repetunt, depoſitiſq. ſacris indumentis, ad forum, publicaſq. officinas revertuntur. Utinam hæc falſa eſſent!

4. Populus in quaſdam Eccleſias magnâ frequentiâ convenit eam ob cauſam, quòd ibi Miſſarum Sacrificia breviſſimo temporis ſpatio conficiantur. Perpauci in alia templa confluunt, in quibus non eâdem celeritate Miſſas agi ſuſpicantur. Illud quoque non ſinè quodam horrore à probiſſimis viris audivimus, aliquos Sacerdotes, ut cæteris omnibus ad celebrandum in privatis Nobilium Sacellis Sacrificium præferrentur, pro quodam merito propoſuiſſe, quòd citiſſimè rem divinam expedirent.

5. Illud igitur certiſſimum eſt, non deeſſe, qui Sacrum negligentiſſimè faciunt, verba cum feſtinatione proferentes, intempeſtivè, quæ agenda ſunt, properantes, vel ea ſimul cum verbis conjungentes; cùm tamen verba pronuntianda non ſint, niſi quilibet actus priùs abſolvatur; ad Altare tamen exiguo tempore, adeoque incompoſitè detinentur, ut nullam animo religionem, nullam verbis ac precibus, quæ ad Sacrificium pertinent, attentionem habere procul dubio videantur. Sacerdotibus ejuſmodi illud aptiſſimè convenire poteſt, quòd olim *Tertullianus*, cùm diverſam rem pertractaret, poſtulavit: *Sacrificat, an inſultat?*

6. Si eodem pietatis ſtudio, quo famulus Dei *Joannes Abulenſis*, incenderemur, ſingulis hebdomadæ diebus libentiſſimè Eccleſias manè percurreremus, ejuſque exemplum ſequeremur, cùm ille, ut P. Seg-

neri

neri commemorat in ſua Paſtorali Inſtit. c. 14. §. 1. Miſſæ Sacrificio adeſſet, in quo Sacerdos Chriſti Corpus tamquàm ofellam manibus verſabat, ad Altare acceſſit, ut decidentem candelam ſuo loco reſtitueret, & voce quidem demiſſâ, vultu tamen inflammato ad Sacerdotem converſus, dum Hoſtiam è manibus deponeret: *Age*, inquit, *decenter cum hoc puero; nam optimos habet parentes*: quibus verbis adeò commotus fuit Sacerdos, ut ad meliorem deinde frugem traductus omninò fuerit.

7. Quoniam verò imperfecti Nos ipſi ſumus, & Sacrum, quâ par eſt religione ac diligentiâ, minimè facimus, ità ut ſupremo die per divinum Judicem nos vehementèr arguendos meritò timeamus; hinc aliqua ſolùm afferemus, quibus Nos ipſi, ac reliqui Sacerdotes, quibus opus eſt, rectè inſtituantur; deinde, noſtrâ interpoſitâ authoritate, nonnulla prohibenda duximus, quæ pravum exemplum ſimul, & horrorem piis fidelibus excitabunt.

8. Et primò quidem affert SS. D. *Benedictus* XIV. Rubricam Miſſalis, de qua ſuprà fol. 251. n. 16., & addit: Scriptores autem, conformiter ad Rubricas, duplex conſtituunt temporis ſpatium, quod in Miſſæ celebratione eſt expendendum, videlicet unum interius, & aliud exterius. Primum quidem in rectâ, integrâque verborum omnium & ſingulorum pronuntiatione, in precibus, cæteriſque rebus, quæ à ſacris Ritibus præſcribuntur, attentè, diſtinctè, decenterque abſolvendis collocatur. Alterum verò illud eſt, quod pietati Sacerdotis (præſertim ſub utroque *Memento*, & ſub meditatione poſt ſumptum SS. Corpus) liberum relinquitur.

9. Admonent autem Scriptores, ut hanc ſecundam prolixitatem, quo poſſunt ſtudio, ſinguli evitent, ne faſtidium populo afferatur. Pietati itaque, hortante *S. Philippo Neri*, habenæ laxandæ ſunt in

cubiculo,

cubiculo, vel in Sacriſtia per debitam, ad Sacrum celebrandum, præparationem, & per convenientem, pro peracto Sacrificio, gratiarum actionem. *Ità SS. D.*

10. Ut autem de ſpatio temporis interiori juſtum feratur judicium, diſtinguendum eſt inter Miſſas & Miſſas; nonnullæ etenim ſunt breviores, ut Miſſæ de *Requiem* quotidianæ, nominatim, dum in iis omittitur Sequentia *Dies iræ*. Item Votivæ communes de Beata, &c. Aliæ ſunt longiores, in quibus multæ Collectæ, *Gloria* & *Credo*, longa inſuper & inuſitata Epiſtola aut Evangelium, &c. &c. Aliæ autem ſunt Miſſæ inter illas duas mediæ.

11. De hiſce itaque Miſſis, longiores inter & breviores mediis, mediam, &, ut ſperamus, optimam, cum probatis Authoribus, determinando ponimus, quod ſpatium temporis interius neceſſarium, ut omnia illius Miſſæ verba & Cæremoniæ, ſecundùm præſcriptos ab Eccleſia ritus, debitè perficiantur, ad mediam horam (ſi induitio & exutio ſacrarum veſtium includatur) pertingere debeat.

12. Si quis ergo tempus hoc impendere negligat, numquàm ſat attentè ac decenter agere poteſt univerſa, quæ in Rubricis continentur. Hinc inter alios Gobat t. 3. n. 814. ait: *Breviter, ac non ſufficienter, perinde ac ſi eſſet à tergo, qui ſcutica urgeret. Breviter, id eſt, CIRCA MEDIAM HORAM; vix enim breviori ſpatio poſſunt omnia in COMMUNIBUS MISSIS peragi cum debito decore ac devotione.*

13. Igitur parvi faciendi ſunt inepti quorumdam ſermones (ait SS. Dom.) qui, nullâ præditi pietate, pravam conſuetudinem tueri contendunt, ob quam, nullâ habitâ honoris ratione, rem divinam conficiunt, & præcipiti linguâ omnia perturbant. Jactant igitur Miſſas prolixas faſtidium gignere: Agnum Paſchalem, qui Chriſtum exprimebat, à Judæis Exod. 12. feſtinanter comedendum fuiſſe: S. Tho-

riam Archiep. Cantuar. in dicenda Miſſâ valde expeditum fuiſſe; denique ſatis eſſe, ſi omnia legantur, & nil ex præſcriptis omittatur.

14. Nil, inquam, dicendæ ſunt hæ injuſtæ querelæ: nam hoc ultimum ſat n. 12. refutatum eſt. Plurimi quoque ſunt, qui, pietate inſignes, ob aliquorum brevitatem graviter animo commoventur, eoſque Sacerdotes ſummopere commendant, qui piè, & eo temporis ſpatio, quod n. 11. præſcriptum eſt (in quo non eſt prolixitas, ſed neceſſitas) Miſſam conficiunt. *Baronius* A. Chriſti 418. ait inter alia mala, quæ vehementer arguere ſolebat *S. Auguſtinus*, illud præſertim quorumdam fuiſſe, *qui queruntur de prolixitate Miſſarum.*

15. Qui authoritatem Exod. 12. *Comedetis feſtinanter* afferunt, ut pravam roborent conſuetudinem, ſacras Litteras nefariè interpretantur, & nil inde habent. *Nam quoad ſignificationem tranſitus quàm celerrimi, Ægyptiis urgentibus, breviſſimè conſecti, neceſſaria erat ea feſtinatio in Sacrificio Agni conſumendo, quæ ratio properandi*, ait *Theophilus Raynaudus* tom. 1. *ceſſat in hoc negotio*, prout & ceſſarat in aliis Paſchatibus, quæ tranquillè & ſine feſtinatione Judæi comederunt. Vide P. *Bonfr.* in Prolog. Pentat. fol. 268. ubi oſtendit, Paſcha in Ægypto celebratum à ſubſequentibus in multis diſcrepaſſe.

16. S. *Thomæ* quoque Cantuar. exemplum, qui tempore Miſſæ profundiſſimas, tanquam ex intimis pietatis viſceribus, lacrymas profundebat, iis, qui in Miſſa brevitatem tuentur & negligentiam, adverſatur potiùs, quàm prodeſt; ut habet *Petrus Rogerius*, ſeu *Gregorius* XI. in ejus vita.

17. Ipſorum oculis ſubjici potiùs deberet exemplum *Rogerii* Saliſbyrenſis Epiſcopi, qui miſerè vitam abſolvit, ut refert *Gulielmus* Neubricenſis, *quòd Sacrum nimis feſtinanter, & nec debita pietate celebraret*,

lebraret, quâ arte ſibi gratiam *Henrici* I. Angliæ Regis conciliaverat. Et *Christianus Lupus* tom. 9. f. 373. tradit, aliquos Sacerdotes non ſemel, etiam improvisâ morte, oppreſſos fuiſſe, quod probiſſimi homines divino ſanè judicio contigiſſe putaverunt ob indignam feſtinationem, quâ rem divinam conficiebant.

18. Tandem quo poſſumus (ait SS. Dominus) majori ſtudio, juxta infirmitatem noſtram, Sacerdotes obteſtamur, ùt, quæ Nos hucuſque declaravimus, ſedulò perpendant. Idem Nos ipſi diligenter præſtabimus, ut, quæ olim negligenter commiſimus in Miſſæ celebratione, corrigamus. Parato, mœrentique per pœnitentiam animo ad Sacrum faciendum accedamus, ità ut per exteriora pietas interior indicetur, rectumque populus exemplum à nobis deſumat: quæ legenda ſunt, clarâ voce exprimantur, omnis linguæ feſtinatio prorſus impediatur; quidquid vel agendum, vel ore proferendum eſt, cum ſeria mentis conſideratione jungatur; & tunc *dimidiæ horæ ſpatium*, pro privatæ Miſſæ Sacrificio conſtitutum nimis prolixum non videbitur.

19. Deo juvante fore confidimus, ut Sacerdotes univerſi ſibi pro muneris ratione, ac dignitate ſatisfaciant; nec in forum, aut publicas Urbis officinas ſuppoſitorum ſimul conveniant, ut vanis rebus detineantur, ac deinde ex foro ad Sacrarium properantes, Miſſæ Sacrificium inſtituant. Hoc etiam Tridentina Synodus præcepit Epiſcopis, ut in Sacrificio Miſſæ diligenter, accuratèque omnem irreverentiam impediant, *quæ ab impietate vix ſejuncta eſſe poteſt*. Seſſ. 22. de Sacrif. Miſſæ in Decreto de obſervandis & evitandis in celebratione Miſſæ.

20. *Clemens* XI. in litteris, quas 16. Martii 1703. ad univerſos Epiſcopos dedit, eamdem rem plurimùm his verbis commendavit: *Majori ſuper omnes dicendi modum diligentiâ, ac ſtudio curare debes, ut Miſſæ*

Sacrificium,

Sacrificium, quo nihil divinius excogitari poteſt, per ſolos Presbyteros celebretur; non tantùm eâ morum puritate, qua ipſos decet, qui ſingulis diebus Deo Patri cœleſte Holocauſtum offerunt unigeniti Filii, qui noſtram immortalitatem induit; verùm etiam, ut ſacras Cæremonias, in Rubricis præſcriptas, ſedulò, pièque obſervent. Id enim neceſſariò requiritur, nè Sacerdos inter homines, Deumque poſitus ad ipſius iracundiam ſedandam, ſi negligenter, immodeſtèque ſuo munere fungatur, Deum magis irritet.

ALIA APPENDIX
DE NON MINUENDO MISSÆ STIPENDIO.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis univerſis, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus;

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUanta cura adhibenda ſit, ut Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium non ſolùm omni Religionis cultu, ac veneratione celebretur; verùm etiam ut à tanti Sacrificii dignitate cujuſvis generis mercedum conditiones, pacta, importunæ atque illiberales eleemoſynarum exactiones potiùs, quàm poſtulationes, aliaque ejuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt è medio tollantur, nemo eſt ex Catholicæ Fidei cultoribus, qui ignoret.

1. Verùm eouſque tandem progreſſa eſt, ſicut non ſinè ingenti cordis noſtri mœrore undique accepimus, nonnullorum, ſive Eccleſiaſticorum, ſive Laicorum virorum avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus, ut eleemoſynas quidem ſeu ſtipendia propter Miſſarum celebrationem, juxta locorum conſuetudines, vel Diœceſanarum Synodorum Sanctiones, in ſubſidium alimentorum

mentorum uniuſcujuſque Sacerdotis dumtaxat, pro regionum opportunitatibus præſcripta, colligant; Miſſas verò celebrari curent alibi, ubi eleëmoſynæ, ſeu ſtipendia, vel conſuetudine, vel Synodali lege, pro ſingulis Miſſis attributa ſunt minoris pretii, quàm illàc, ubi accipiuntur, darentur.

2. Id quàm abſonum ſit atque alienum ab ipſa, ſive expreſſâ, ſive tacitâ piè offerentium voluntate, omnes planè intelligunt. Nec aliter exiſtimandum; in illa enim potiùs Miſſas eſſe celebrandas, quiſque vult, ad quam, religionis & pietatis ſtimulis ductu, eleëmoſynas confert, aut in quâ quiſpiam fortaſſe tumulatus eſt, quàm in aliâ Eccleſiâ ſibi prorſus ignotâ. Quod ſæpè, veluti mercaturis faciendis, à turpis lucri cupiditate inductum, non ſolùm, ab avaritiæ ſuſpicione, & vitio, *verùm etiam à furti crimine, unde reſtitutioni ſubjacet, haud immune*, in cauſa eſt, ut bonorum quamplurimi, ad quorum notitiam mercatura hujuſmodi venit, graviter offenſi, ab eleëmoſynis ad celebrandas Miſſas ampliùs offerendis ſeſe abſtineant.

3. Execrabilem hujuſmodi abuſum alicubi ſenſim irrepentem deteſtantes, Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri, de conſilio tum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, decretum voluerunt, nimirum à quolibet Sacerdote, ſtipendio, ſeu eleëmoſynâ majoris pretii pro celebratione Miſſæ à quocumque acceptâ, non poſſe alteri Sacerdoti Miſſam hujuſmodi celebraturo ſtipendium, ſeu eleëmoſynam minoris pretii erogari, etſi eidem Sacerdoti Miſſam celebranti, & conſentienti, ſe majoris pretii ſtipendium, ſeu eleëmoſynam accepiſſe, indicaſſet.

4. Eapropter Vos, Venerabiles Fratres, in Apoſtolici Miniſterii, & ſollicitudinis Noſtræ partem adſcitos, rogamus, & maximopere in Domino horta-

mur,

mini, ut cuſtodientes vigilias ſuper gregibus veſtris, enitamini, ne ea peſtis ampliùs pervagetur, ſed ut penitus extinguatur. Ab avaritia enim, tamquàm à radice, mala omnia germinant, quam quidem appetentes erraverunt à Fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Avaritia quidem nulla potior contagio, quæ conceptam apud omnes Sacerdotalis dignitatis perfectioniſque opinionem magis inficiat, evellatque. Avaritia opibus Deum poſthabere ac ſervire Mammonæ docens, efficit, ut Avari hæreditatem non habeant in Regno Chriſti, & Dei. Quòdſi hæc in Laicis hominibus minimè toleranda, atque ideo legibus coercenda; quid in Eccleſiaſticis Viris, qui terrenis rebus minimè inſerunt, qui in ſortem Domini vocati; qui Deo mancipati ſunt? Quid, quod non per mundana lucra, ſed per Altaris miniſterium, tam ſordidè, & cum ſanctiſſimarum legum contemptu, & cum Sacerdotalis characteris dedecore, in avaritiam præcipiti animo rapiuntur? Contendite igitur, Venerabiles Fratres, quibus Chriſti ovium cura demandata eſt, non ſolùm ut verbo, & exemplo præeuntes, Chriſti ſitis bonus odor in omni loco, unde populi veſtigia veſtra ſequantur; verùm etiam ut Eccleſiaſticos primùm, deinde Laicos viros ab infectis vitiorum paſcuis avertentes per viam mandatorum Dei ad Cœleſte ovile currere doceatis.

5. Quoniam autem ità comparatum eſt, ut præſentis pœnæ metu ſalutaribus monitis faciliùs obtemperetur: per Edictum in veſtris Diœceſibus proponendum affigendumque, univerſis notum facite, quemcumque, qui eleëmoſynas, ſeu ſtipendia majoris pretii pro Miſſis celebrandis, quemadmodùm locorum conſuetudines, vel Synodalia Statuta exigunt, colligens, Miſſas, retentâ ſibi parte earumdem eleëmoſynarum, ſeu ſtipendiorum acceptorum,

ſive

ſive ibidem, ſive alibi, ubi pro Miſſis celebrandis minora ſtipendia, ſeu eleëmoſynæ tribuuntur, celebrari fecerit, Laicum quidem, ſeu Sæcularem, præter alias arbitrio veſtro irrogandas pœnas, excommunicationis pœnam; Clericum vero, ſive quemcumque Sacerdotem, pœnam Suſpenſionis ipſo facto incurrere; à quibus nullus per alium, quàm per Nos ipſos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit. Fore autem in Domino confidimus, ut unuſquiſque memor conditionis ſuæ, poſthac bene conſultum velit animæ ſuæ; nec tam ſalutares leges cenſuraſque Eccleſiaſticas parvipendat. Intereà Fraternitatibus veſtris Apoſtolicam Benedictionem, in populos etiam curæ veſtræ commiſſos redundaturam, peramanter impertimur.

6. Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis, ſive exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xxx. menſis Junii, anno milleſimo, ſeptingenteſimo, quadrageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno Primo.

D. Cardinalis Paſſioneus.

Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de univerſis Cæremoniis domûs Domini, & de cunctis legibus ejus.

Ezechielis cap. XLIV.

Quòd ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias, & facias omnia Mandata ejus, & Cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones. *Deuteronomii cap. XXVIII.*

EXPLANATIO RUBRICARUM MISSALIS ROMANI,

Decretis Apoſtolicis, & SS. Rituum, ac S. Concilii Tridentini Interpretum Congregationis uſque hodiedum emanatis, exactè, quantùm in Domino confidimus, conformis;

QUAM EX PROBATIS ANTIQUIS, RECENTISSIMISQUE AUTHORIBUS, PRÆSERTIM EX LIBRIS

SS. D. BENEDICTI XIV. P. M.

COLLEGIT

F. HERMANNUS JANSSENS

Ord. FF. Minorum Recollect., S. Theol. Lect. Jubilatus, & Provinciæ German. Inferioris Exprovincialis.

EDITIO SECUNDA

Per Authorem reviſa, & Explanatione Rubricarum Miſſæ Solemnis Aucta.

TOMUS SECUNDUS.

Non modica res eſt unam Miſſam facere; & valde felix eſt, qui unam dignè celebrare poteſt. Alexander II. Can. *Sufficit*, *Diſt.* 1. de Conſecrat.

ANTVERPIÆ

Typis JOANNIS GRANGE' Typographi in Foro Ovorum. 1757.

ANNOTANDUM.

SS. D. Benedictus XIV. lib. 3. *de Sacrif. Miſ.* c. 8. n. 2. Edit. Rom. 1748. non tantùm ut Doctor privatus tradit communiſſimam & certam hodie ſententiam, quòd divinò per *Tridentinum* ſeſſ. 23. c. 1. *de reform.* mandato illi, quibus animarum cura commiſſa eſt, ſæpiùs obligentur per annum fructum ſui Miſſæ Sacrificii medium pro ovibus ſuis ſic offerre, ut illum pro aliis applicare, aut pro hujuſmodi applicatione eleemoſynam recipere non poſſint; ſed & ut ſummum Eccleſiæ Caput eamdem in Congregatione S. R. E. Cardinalium Concil. *Trident.* interpretum multoties diſcuſſam, & ſtabiliter definitam, nec non Pontificiâ Prædeceſſorum ſuorum approbatione firmatam, ut conſtantem Sedis Apoſtolicæ ſententiam approbavit, & confirmavit, & idem, quatenùs opus eſt authoritate Pontificiâ iterum tenore Litterarum Apoſtolicarum *Romæ* 19. Aug. 1744. ad Epiſcopos Italiæ decrevit, ac declaravit; ſic, ut nihil ampliùs, ait idem SS. D. in dictis Litt., ulli deſiderandum ſuperſit; ut eam amplecti, eidemque obſequi, nec non promptam illius executionem omni ſtudio promovêre teneatur.

Quàmvis autem aliàs à Congregatione Concilii reſponſum ſit, Parochum pinguibus redditibus dotatum quotidie pro Populo celebrare & applicare debere: quia tamen, inter alia, multorum quærelæ adverſùs hujuſmodi Decretum, tamquàm plùs æquo rigidum, excitatæ Nobis innoteſcunt; idcirco, ait Bened. XIV. in præf. Litteris, Nobis abundè ſatisfactum erit, dum ii, qui animarum curam exercent, Sacrificium Miſſæ pro Populo celebrent, & applicent in Dominicis, aliiſque per annum diebus feſtis, quibus Populus Miſſæ intereſſe debet de præcepto, quàmvis ſervilibus operibus vacare valeat.

PARS SECUNDA
SECUNDÆ
RITUS CELEBRANDI
MISSAM SOLEMNEM

Miſſa Solemnis, quam Rubricæ principalem & Conventualem appellant, dicitur, quæ majori, quàm privata, ſolemnitate cum Miniſtris ſacris celebratur. Ejus tanta erat antiquitus celebritas, ait *Vinitor* p. 4. t. 2. n. 1. ut nullo modo reliquis Sacerdotibus privatas liceret Miſſas ante Tertiam celebrare, ne utique populus à publico & ſolemni Sacro diſtraheretur.

2. Quia verò Ritus & Cæremoniæ, quas in Miſſa ſolemni oportet obſervare, per Miſſalis Romani Rubricas parciùs, ùt ait *Gavantus* p. 2. t. 2. n. 5. ſunt deſcriptæ, ideo cùm *Merati* ibid. n. 19. omnem conabimur adhibere curam, ut, earumdem ſenſum explanando, ex *Cæremoniali Epiſcopor.*, & *Rituali Romano* juſſu SS. D. *Benedicti* XIV. Romæ 1752. editis & auctis, & ex probatis, etiam recentioribus, Liturgiſtis ea addantur, ex quorum cognitione tum ipſe ſolemniter Celebrans, tum Miniſtri ejus præcipui, Diaconus ſcilicet, & Subdiaconus, exactè, & (quantùm poſſibile eſt; quia nonnulla hinc inde dependent à conſuetudine, vel capacitate loci) unani-

miter; ac cum populi ædificatione ſic poſſint, in Officio. Cuilibet itaque Eccleſiæ ſuas relinquimus laudabiles conſuetudines, conformiter tamen ad ſequens Decretum.

3. *Epiſcopi abuſus omnes, qui in Eccleſiis aut Sæcularibus, aut Regularibus contra præſcriptum Cæremonialis Epiſcopor., & Ritualis Rom., vel* contra *Rubricas Miſſalis & Breviarii* item Romani *irrepſerint, debent omnino removere; &, ſi adversùs ea, quæ in dicto Cæremon. ſtatuta ſunt, conſuetudinem, etiam immemorabilem, allegari contingat, poſtquàm recognoverint, aut eam non ſatis probari, aut etiam probatam ſuffragari, utpote irrationabilem, de jure non poſſe, executioni eorum, quæ in dicto Cæremoniali inſtituta ſunt, diligenter incumbere debent, nec ulla ſuſpenſio, aut appellatio admittatur.* Ità *Innocent.* XIII. Conſtit. *Apoſtolici* 13. Maji 1723. confir. à *Benedicto* XIII. Conſtit. *In ſupremo* 23. Sept. 1724.

4. Cùm autem, quia p. I. II. tantùm *de Ritu celebrandi Miſſam privatim* actum eſt, omiſſæ ſunt illæ Miſſalis Romani Rubricæ, quæ ad *Miſſam ſolemnem ritè celebrandam* ſpectant, ideò, ut debito ordine procedatur, hæc hoc loco in unum collecta, quantùm in Domino poſſumus, clarè pariter & utiliter explanare conabimur.

TITULUS PRIMUS
DE HORA CELEBRANDI MISSAM SOLEMN.

1. RUbr. p. I. t. XV. n. 2. *Miſſa autem Conventualis & ſolemnis ſequenti ordine* poſt perſolutam aliquam in Choro Horam Canonicam, ut hæc ſit quædam ad Miſſam præparatio, *dici debet: In Feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus; in Dominicis, & infra Octavas* (dum Miſſa de illis celebratur) ipſa cantatur, *dictâ in Choro Horâ Tertiâ.*

2.

2. Rubr. eod. n. 2. *In Feſtis ſimplicibus, & Feriis per annum* (& dum fit de Dominica anticipatâ ante Dom. Septuag. & ultimam poſt Pentec.) illorum Miſſa cantari debet *dictâ* Horâ *Sextâ*. Tunc etiam cantanda eſt Miſſa Votiva more ſimplici, quam Rubrica ſuprà p. I. t. IV. n. 6. & 10. certis in caſibus permittit, etiam in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis pro Miſſa Conventuali. Rubrica namque pro his Miſſis aliud tempus non aſſignat.

3. Rubr. eod. n. 2. *In Adventu* autem, *Quadrageſimâ, Quat. Temporibus, etiam* quæ cadunt *infra Octavam Pentecoſtes, & in Vigiliis, quæ*, quantùm eſt de jure communi, *jejunantur*, ſeu jejunari debent (licèt aliquæ juſtam ob cauſam aliquibus in locis non jejunentur) *quàmvis ſint dies ſolemnes, Miſſa de Tempore* (quæ tunc in Adventu omittitur ſuprà p. I. t. VII. n. 21.) *debet cantari poſt Nonam*. Vide p. I. t. III. n. 2. & S. Thom. p. 3. q. 83. a. 2. ad 3.

4. Senſus Rubricæ: *Quàmvis ſint dies ſolemnes*, eſt, Licèt nominatis n. præc. diebus (extra Adventum) occurrat Feſtum duplex, etiam primæ claſſ. (tunc tamen de Vigilia nil fit ſupr. p. I. t. VII. n. 24.) vel ſemiduplex; quia tunc de illis Feſtis Miſſa Conventualis priùs eſt cantanda poſt Tertiam; & dein Miſſa de dicta Feriâ (ubi ipſa ligat) poſt Nonam. Miſſa verò de Vigilia Nativitatis Domini, incidens in Dominicam, quia tunc non eſt de jure jejunium, cantatur poſt Tertiam.

5. Cùm autem in variis Regularium Eccleſiis una tantùm regulariter cantetur Miſſa Conventualis, eamque nonnumquàm aut Concio præcedat, aut ſolemnis Proceſſio ſubſequatur, cum quibus commodè non ſtat divini Officii interrupta ſolemnizatio; hinc, juxta praxim apud varios uſitatam, fit apud nonnullos Regulares in Feſtis & Dominicis ſæpiſſimè Miſſa ſolemnis Horis omnibus in Choro recitatis.

Sed, quando talia impedimenta non occurrunt, maximè decet, præſertim FF. Minores (*faciant divinum Officium*, vide p. I. t. IX. n. 107.; *ſecundùm ordinem S. Romanæ Eccleſiæ* cap. 3. Regulæ) ut Miſſa Conventualis, conformiter ad Rubricas, ordine & tempore per ipſas præſcripto cantetur.

6. Rubr. n. 3. *Miſſa autem* Conventualis *Defunctorum*, quam præſcribit Rubrica ſuprà p. I. t. V., *dici debet poſt Primam diei*, ni legitimum ſubſit impedimentum. *Ubi verò dicuntur eorum Vigiliæ manè poſt Matutinum diei*, vel alio tempore, juxta conſuetudinem vel opportunitatem locorum aut temporum, *dictis hujuſmodi Vigiliis cum Laudibus, immediatè dici poteſt* (non debet) *Miſſa pro Defunctis*.

7. Rubr. eod. n. 3. *Sed in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum Miſſa Conventualis* pro Defunctis *dicitur poſt Nonam*. Rationem addit Rubrica: *Quia* Miſſa Conventualis ex duabus, quæ *eo die* in Cathedralibus, & Collegiatis celebrari debent, & in aliis poſſunt, illa pro Defunctis *eſt principalis* reſpectu alterius Conventualis de die infra Octavam, vel de Feſto Dupl. minori, etiam tranſlato, ſi occurrat illâ die cantanda, quæ eſt minùs principalis dicenda poſt Tertiam. Ità Rubr. ad 2. Novembr., & roboratur per S. R. C. Decretum 22. Jan. 1701.

8. Fateor: Miſſa Conventualis pro Defunctis ſuprà p. I. t. V. etiam à Rubrica vocatur *Principalis*; aſt non cum relatione ad aliam Conventualem (quæ tunc non dicitur) ſed in ordine ad Miſſas privatas. Dum autem ibid. n. 2. duæ à Rubrica præſcribuntur Miſſæ Conventuales, tunc illa de Feſto Simplici aut Feriâ eſt *magis principalis* dicenda poſt Sextam; illa verò pro Defunctis eſt *minùs principalis* dicenda poſt Primam.

9. Rubr. eod. n. 3. *In die etiam Depoſitionis Defuncti, vel Tertio, vel Septimo, Trigeſimo, aut Anniverſario ſolemni, in quo ſit concurſus populi, poterit* (non debet)

debet) *ſimiliter dici ultimo loco poſt Nonam.*

10. Rubr. n. 4. *Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Miſſam Conventualem, Miſſæ tres in Nativitate Domini, quarum prima dicitur poſt mediam noctem* (proin poſt Horam XII., & non antè, vide n. ſeq.) *finito* TE DEUM LAUDAMUS *in Matutino. Secunda* Miſſa *dicitur in aurorâ dictis Laudibus, & Primâ.*

11. Rubr. eod. n. 4. *Tertia verò* Miſſa *dicitur in plena die poſt Tertiam, vel ubi aliter ex diſpenſatione Apoſtolicâ* (de qua conſtare debet tamquàm poſt *Trident.* datâ) *diſponatur.* Quia laudatum Concilium *prohibet, nè Sacerdotes aliis, quàm debitis*, id eſt, per Rubricas præſcriptis, *Horis* Miſſam *celebrent: non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibaſcumque.* Seſſ. 22. Decret. poſt Can.

12. Rubr. n. 5. *Miſſæ Votivæ, quia* per ſe (Vide p. I. t. VIII. n. 16.) *non correſpondent Officio*, quod illâ die legitur, *ſi ſolemniter celebrentur ex* Indictione legali vel ſpeciali Ordinarii *pro re gravi, vel pro publica Eccleſiæ causâ cum populi frequentiâ, dicantur poſt Nonam*, & poſt Miſſam Conventualem, ſi ipſa (ut n. 3. fieri debet) dicenda ſit poſt Nonam.

TITULUS SECUNDUS

QUÆ IN MISSA SOLEMNI CANTANDA, QUANDO IN EA GENUFLECTENDUM, *ſedendum, aut ſtandum.*

PRænotandum, quòd ſequens Rubrica aliter refertur in *Gavanti* Editionibus, & nonnullis aliis in libris, ſcilicet, ſic: *In Miſſa ſolemni clarâ voce à Celebrante dicuntur*, &c. Hoc autem loco refertur Rubrica, ut habetur in Miſſali, etiam recenter *Romæ* impreſſo.

1. Rubr. p. I. t. XVI. n. 1. *In Miſſa ſolemni*

quando dici debent à Celebrante : *GLORIA IN EXCELSIS DEO* & *CREDO IN UNUM DEUM* hæc verba tantùm ab ipſo clarâ voce (vide ſuprà loc. cit.) *intonantur & cantantur* ; quia reliqua Hymni & Symboli verba cantantur à Choro, & ſubmiſſè recitantur à Celebrante, Diacono, & Subdiacono.

2. Rubr. eod. n. 3. Item clarâ à Celebrante voce finito *Gloria* cantantur : *DOMINUS VOBISCUM*, & omnes pariter cum ſuis concluſionibus *Orationes*, quæ *ante Epiſtolam*, & in nonnullis Miſſis Ferialibus immediatè poſt *Kyrie eleiſon*, dicendæ ſunt. Item *DOMINUS VOBISCUM*, & *OREMUS ante Orationes*, & *ante Offertorium*.

3. Rubr. eod. n. 3. Tota inſuper *Præfatio*, incipiendo à *Per omnia ſæc. ſæculor.* incluſivè, uſque ad *Sanctus, Sanctus, &c.* excluſivè. Item *PER OMNIA SÆC. SÆCULORUM cum* toto ſubſequente *PATER NOSTER* uſque ad *Inducas in tentationem* incluſivè. Et iterum *PER OMNIA SÆC. SÆCULOR. cum PAX DOMINI SIT SEMPER VOBISCUM.* Et *Orationes* omnes *Poſt Communionem*, etiam illa ſuper populum, dum dicenda eſt, cantantur.

4. Et hoc eſt totum, quod in Miſſa ſolemni cantare debet Celebrans ; nam Epiſtolam cantat Subdiaconus, Lectionem unam aut plures, dum occurrunt, Acolythus, Diaconus autem cantat Evangelium, *Flectamus genua* (reſpondente Subdiacono *Levate*) *Humiliate capita veſtra Deo*, dum cantandum eſt, *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus Domino*, aut *Requieſcant in pace*, ſemper in plurali.

5. Rubr. eod. n. 3. *Alia* autem omnia, quæ numeris præc. non ſunt enumerata, & *quæ in Miſſis privatis* (ſuprà p. I. t. XVI.) *dicuntur clarâ voce*, *in Miſſa ſolemni à Celebrante dicuntur ſubmiſſâ voce*, relativè ad cantum, id eſt, tali voce, ut à Miniſtris eadem intelligi valeant ; ſolam autem benedictionem in fine

Miſſæ

Miſſæ ſolemnis profert voce ſimpliciter clarâ.

6. Rubr. p. I. t. XVII. n. 3. *In Miſſa ſolemni Celebrans genufleƈtit* (flectere debet) *ad omnia*, ad quæ, juxta *ſuprà* p. I. t. XVII. *dicta*, debet genuflectere in Miſſa privatâ, tum quando in Miſſa ſolemni ipſe Celebrans ea privatim legit; tum iterum, quando ea publicè à Choro cantantur. Ità *Gavantus* litt. k. Vide n. 20.

7. Rubr. eod. n. 3. addit excipiendo: *Præterquàm ad FLECTAMUS GENUA*, ad quæ verba Celebrans in Miſſa quidem privatâ flectit uno genu, dum ea legit; *&* tamen in Miſſa ſolemni *tunc ipſe* Celebrans tacens, & audiens ea à Diacono cantari, *ſolus ſtat; Diaconus verò & Subdiaconus, & omnes alii genu utroque flectunt*. Ità *Merati* p. 1. t. 5. n. 19.

8. Rubr. eod. n. 3. *Ad Verſum verò: ADJUVA NOS, DEUS, &c.* in Miſſis de Feria II. IV. & VI. Quadrageſimæ, *& ad Verſum VENI SANCTE SPIRITUS, &c.* in Miſſis de S. Spiritu, quando hi Verſus cantantur à Choro, Celebrans cum Miniſtris Diacono & Subdiacono *genu* utroque (quia fit cum pauſa) *flectit uſque ad* Verſûs *finem*; quamvis, dum eundem Verſum legit privatim, non niſi uno ſolùm genu flectat, idque ad prima verba tantùm, & illicò ſurgat, ut Verſum integrum commodè legere valeat ex libro. Vide ſuprà p. I. t. XVII. n. 4.

9. Rubr. eod. n. 3. *Item genufleƈtit* Celebrans *in die Annuntiationis B. Mariæ*; inſuper in Miſſa Aureâ, ubi ipſa ſolemniter cantatur; *&* in tribus Miſſis *Nativitatis Domini*, non tantùm quando privatim ea legit (tunc uno tantùm genu) ſed etiam *quando cantatur in Choro: ET INCARNATUS EST, &c.* Hinc ſi tunc (non expoſito SS. Sacramento) ſedeat, debet cum Miniſtris ſurgere, & ad infimum Altaris gradum utroque genu flectere, ad hæc: *Et homo factus eſt* caput profundiùs inclinando, ut tunc majori cum veneratione

Myſ-

Myſterium Incarnationis, iſtis Miſſis propriiſſimum, adoretur.

10. Rubr. eod. n. 3. *Aliis* autem *diebus*, *ſi* (ſub *Credo*) *ſedeat*, *cum cantantur ea verba* (Et incarnatus eſt, &c.) *non genuflectit*, *ſed*, manens ſedens, *capite tantùm*, deponendo, ſi habeat, biretum, *profundè inclinat apertum*: *Si* verò tunc *non ſedet*, neq. de poſt velit ſedere, ad dicta verba *genu* utroq. in ſuperiori (ſi autem dein ſedere velit, in infimo) Altaris gradu *flectit*.

11. Rubr. n. 4. Omnes Altaris *Miniſtri*, nominatim Diaconus, & Subdiaconus, *ſemper*, adeoq. per integram Miſſam ſolemnem, *genuflectunt*, (genu flectere debent) *cum Celebrante*, quoties ipſe ſecundùm Rubricas in Miſſa ſolemni debet flectere. Hic eſt ſenſus obvius & naturalis hujus Rubricæ, quam Miniſtri per totam Miſſam ſolemnem, dum inſerviunt ad Altare, præ oculis habere debent.

12. Cùm autem nec Rubrica hoc loco nec alibi (prout nec *Cærem. Epiſc.*, neq. ullum S. R. C. Decretum) ab hac ſuâ regulâ generali excipiat Subdiaconum, dum tenet Patenam, ex præſenti Rubricâ ſequi videtur contra *Gavantum* lit. z. & *Merati* t. 7. n. 60., ac alios, quòd Subdiaconus, etiam tempore, quo tenet Patenam, toties flectere debeat, quoties, id vi Rubricarum facere tenetur Celebrans. *Cærem. Prov. noſtræ* ſ. 50. n. 13.

13. Fateor *Cærem. Epiſc.* l. 1. cap. 10. §. 6. (in quo ſe fundant aliqui) ait de Subdiacono tenente Patenam: *Nec MOVEAT SE, niſi cùm ad elevationem SS. Sacramenti genuflectit*; namque *Cærem.* reſpicit ad incenſationem ſub Offertorio, ſcilicet quòd, Celebrante cum Diacono ab una Altaris parte ambulante ad aliam, Subdiaconus, tenens Patenam, non ambulet, ſed, quod tunc ſe de loco ſuo non moveat; non verò reſpicit ad alia; nam, dum Subdiaconus tenens

Pa-

Patenam incenſatur à Diacono infrà t. VII. n. 10. debet ſe vertere ad eundem.

14. Sicut ergo *Cærem. Epiſc.* per hi: *Non moveat ſe*, non prohibet hanc Subdiaconi ad ſui incenſationem, ad Diaconum verſionem naturaliter debitam, ſic nec eidem genu unius, dum Celebrans ſub incenſatione; & ad finem Canonis debet flectere, flexionem prohibet per Rubricas hoc loco expreſsè præſcriptam; quin & eam ſufficienter dictum *Cærem.* indicat l. 2. c. 8. §. 69., dicens: *Qui* Diaconus, & Subdiac. *non niſi cum Celebrante genuflectunt.*

15. Accedit: Subdiaconus, dum, expoſito patenter SS. Sacramento, incenſatur, non tantum bis cum Patena flectere, ſed & ad cornu Evangelii recedere debet juxta ipſum *Merati* p. 2. t. 14. n. 12. Item ad *Sanctus* in Miſſa ſolemni (quæ non eſt Pontificalis) Subdiaconus cum Patena genuflectere debet, &, juxta ipſum *Gavantum* p. 2. t. 7. n. 11. lit. f., & *Merati* ibid. n. 82., ad Altare aſcendere.

16. Si hæc non ſint contra *Cærem. Epiſc.*, teſte *Catalano*, quia infrà t. VII. n. 36. ipſa ſunt præcepta; cur ergo erit contra dictum *Cærem.*, ſi genuflectente Celebrante, Subdiaconus, tenens Patenam, genuflectat, cum id Rubrica præſcribat hoc loco: *Miniſtri SEMPER genuflectunt* (genuflectere debent) *cum Celebrante* genuflectente.

17. Rubr. eod. n. 4. excipiendo dicit: *Præterquam Subdiaconus tenens librum ad Evangelium* (ſi Rubrica hoc loco addidiſſet: *Vel tenens Patenam*, totus mutus à n. 12. hucuſq. tacuiſſem) *& Acolythi*, ſeu Ceroferarii *tenentes* tunc *candelabra* (caſus eſt in Epiphania, & in tertia Nativitatis Domini Miſſa) *qui* Miniſtri *tunc* ſub Evangelio (ad verba: *Et procidentes*, & ad *Et verbum Caro*) utpote omnes tres impediti (taliter impeditus non eſt Subdiaconus tenens Patenam) *non genuflectunt*, ſed manent ſtantes.

18. Rubr-

18. Rubr. cit. n. 4. *Et cùm Diaconus* ex libro Evangelii *cantat illa verba* n. præc. & ſimilia (V. G. in Paſſione : *Emiſit ſpiritum*, *Expiravit*, &c. , quo caſu Subdiaconus , & Ceroferarii non ſunt impediti) *ad quæ eſt genuflectendum* , *ipſe* Diaconus flectit utroque genu *versùs librum* ; *Celebrans* autem , *& omnes alii* non impediti *versùs Altare genu* utroque , quia fit cum pauſa , *flectunt*.

19. Quæſtio moveri ſolet à Liturgiſtis , an Celebrans in Miſſa ſolemni , dum privatim in cornu Epiſtolæ legit Paſſionem , perveniens ad illi *Emiſit ſpiritum*, *Expiravit* , &c. , genu debeat utroque flectere ? Negant *Gavantus* , *Bauldry* , *Vinitor* , *Pizart* , & *Arnauldus* , qui volunt eum debere manere ſtantem. Affirmant verò *Caſtaldus* , *Bralion* , *Merati* , & plures alii.

20. Etenim debet Celebrans genu utroque flectere , dum eadem verba legit in Miſſa privatâ ad cornu Evangelii , ut expreſsè ſtatuit Rubrica ſuprà p. I. tit. XVII. n. 2. Sed , cùm Celebrans in Miſſa cantatâ privatim legit eadem verba in cornu Epiſtolæ , nullibi ei genuflexio per Rubricas , nullibi per ullum S. R. C. Decretum , nullibi aliunde prohibetur ; Quinimò id ei Rubrica ſuprà n. 6. (ut etiam ibid. ipſe cum *Gavantus* exponit lit. k.) præſcribit , dicens : *In Miſſa ſolemni Celebrans genuflectit ad omnia*, ad quæ ipſe genu flectere debet in Miſſa privatâ ; ergo & tunc Celebrans in Miſſa ſolemni , privatim legens *Expiravit*, &c. , genuflectere debet.

21. Nihil autem intereſt , an Celebrans Paſſionem in cornu Epiſtolæ legat , an in cornu Evangelii , quia in utroque cornu genua æqualiter (ut ſupponitur) flectere poteſt. Nec majus eſt periculum perturbationis in Choro , aut populo , dum Celebrans flectit , legens *Emiſit ſpiritum* tempore , quo cantatur Paſſio , quàm , dum flectit , legens : *Et homo factus eſt*

tem-

tempore, quo cantatur *Credo.*

22. Rubr. n. 5. *In Choro genu utroque flectitur ab iis, qui non ſunt Prælati* (Prælatis æquiparantur Canonici Cathedralis Eccleſiæ, *ſi ſint parati.* Ita Cærem. Epiſc. l. 2. c. 9. §. 32.) *ad Confeſſionem cum ſuo Pſalmo* id eſt, ab initio Miſſæ. Hi autem, qui cantant Introitum, & *Kyrie*, licèt non ſint Prælati vel Canonici Eccleſiæ Cathedralis, non genuflectunt; quia ſtare debent ad Lectorile.

Inchoato Canone omnes de Choro, qui non cantant, genu utroq. flectunt, exceptis Diacono & Subdiacono, & Aſſiſtente (ſi adſit) qui non niſi cum Celebrante, extra Elevationem utriuſque ſpeciei, genuflectunt. Elevato autem SS. Sacramento, omnes ſurgunt, & ſtant uſque ad Communionem incluſivè. Cærem. Epiſc. l. 2. c. 8. §. 69. & 71.

23. Eod. n. 5. *In Miſſis autem Feriarum Adventus* (quia tunc primitivè jejunabatur) *Quadrageſimæ* à Feria IV. Cinerum incluſivè uſque ad Cœnam Dom. excluſivè, *Quatuor Temporum* (excipiuntur tamen Quat. Temp. Pentecoſtes infra n. 26.) *& Vigiliarum, quæ jejunantur* (Vide tit. præc. n. 3.) etiam quæ ſubſtituuntur Miſſæ de die infra Octavam S. R. C. 23. Jun. 1736. *ac in Miſſis Defunctorum, genu utroque flectunt omnes de Choro, etiam qui cantarunt* Introitum & *Kyrie*; prout &, præter Diaconum ac Subdiaconum, & Aſſiſtentem, ſi adſit, Miniſtri Altaris, *ad* omnes ante Epiſtolam *Orationes.*

Sub hac Rubrica non ſunt comprehenſæ Miſſæ, quæ de Rogationibus cantantur 25. April. & triduo ante Aſcenſionem Domini, ſub quarum proin Orationibus non flectitur, ſaltem in locis, ubi non eſt jejunium.

24. Quærit juvenis Sacerdos, de quibus Orationibus hæc Rubrica ſit intelligenda? R. de illis ſolis, quæ cantantur poſt *Dominus vobiſcum*; nam ad alias

Orationes

Orationes, quæ Feriâ IV. & Sabb. in Quat. Temporibus, & Feriis IV. ante Dominicam Paſſionis, & in Hebdomada S. poſt *Kyrie*, & ante *Dominus vobiſcum* cantantur, reſponſo à Subdiacono *Levate*, omnes de Choro ſe levant; ac proin Oratio immediatè ſubſequens cantatur à Choro ſtante. *Merati* p. 2. t. 5. n. 19., qui addit: *Sed advertere debent Miniſtri omnes, quòd ad Orationem Sacerdotis tunc inclinati ſtare debeant, & manibus junctis.*

25. Rubr. eod. n. 5. *Et in Miſſis prædictis* n. 23. omnes de Choro, prout & Miniſtri non ſacri genu utroque flectunt, *dicto per Celebrantem SANCTUS* (Cantores tamen ſtant, donec uſque ſuum cantum, niſi priùs fiat ſacræ Hoſtiæ elevatio, abſolverint) *uſque ad PAX DOMINI incluſivè, & ad Orationes* (minùs rectè aliqua Miſſalia habent *ad Orationem*) quam aut plures, quæ *poſt Communionem, & ſuper populum* à Celebrante cantantur.

26. Rubr. eod. n. 5. *Exceptâ à n. 23. & 25. Vigiliâ Paſchæ, & Pentecoſtes*; quia hæ Vigiliæ (licèt jejunentur) quoad Miſſas ſunt Feſtivales, ac ſolemnes per modum 1. claſſ.; *ac Nativitatis Domini* (quæ ſimiliter celebratur ritu dupl. æquivalenter 1. claſſ, ac celebrari poteſt in Dominica) *& Quat. Temporibus Pentecoſtes*, quia & hæ Miſſæ non ſunt Feriales, ſed Feſtivales ritu Semiduplici infra Octavam, & celebrantur cum *Gloria* & *Credo* tempore Paſchali, dum in Horis & Miſſâ non flectitur; & ideò Feriâ IV. & Sabbato non dicitur: *Flectamus genua.* Unde in his hoc n. 26. Miſſis ſolemnibus genuflectitur, ut ſuprà n. 22.

27. Rubr. eod. n. 5. *Et ſimiliter ab omnibus*, cujuſcumque gradûs, & conditionis, *genu* utroque *flectitur*) *quando elevatur* in Miſſa SS. *Sacramentum*, idque ab elevatione Hoſtiæ conſecratæ uſque ad conſecrati Calicis depoſitionem. Vide p. I. II. t. II. n. 12.)

tiæ, ſect. XV. n. 13. de Canonicis Lugdunenſibus.

28. Rubr. n. 6. *In Miſſa item ſolemni Celebrans, medius inter Diaconum* à Dextris, & *Subdiaconum* à ſiniſtris, pariter ſedentes, *ſedere poteſt*, (tectis omnium trium bireto capitibus) *à cornu Epiſtolæ* (quia cornu Evangelii reſervatur Epiſcopis.) *juxta Altare* pro opportunitate loci, *cùm cantatur KYRIE ELEISON, GLORIA IN EXCELSIS, & CREDO*; item ſub Graduali, & Sequentiâ, ſi detur tempus. *Alio* autem Miſſæ *tempore* Celebrans cum Miniſtris *ſtat* (debet ſtare) *ad Altare, vel genuflectit, ut ſuprà* hoc tit. n. 6. & ſeqq.

Dicit Rubrica: *Sedere poteſt*: proinde non debet; immò, expoſito patenter SS. Sacramento, Celebrans ſub Miſſa ſedere non poteſt. Ità *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 12. §. 9. ubi dicitur: *Si aliquando contingeret*, ... *per ipſum Epiſcopum*, vel per alium Sacerdotem *celebrari, exiſtente SS. Sacramento ſuper Altari*, ... *tunc* ... *Epiſcopus* vel alius Celebrans *numquàm ſedere, ſed* ſemper *ſtare* debet.

29. Utrum ſedilia eſſe poſſint, an verò unum ſcamnum oblongum tapete obductum eſſe debeat, in quo omnes tres ſedeant, in hoc ſervandam eſſe Eccleſiarum conſuetudinem vult *Byſſus* t. 1. ſit. 5. n. 118. §. 2.; modò, ſi adhibeantur ſedes, Celebrantis ſit nobilior, & ſedes Miniſtrorum non ſint brachiatæ. Variis autem conformius eſt S. R. C. Decretis, ait *Merati* p. 2. t. 2. n. 21. §. *Verùm*, quòd Celebrans, Diaconus, & Subdiaconus in Miſſa ſolemni ſedeant in ſcamno. En ipſa Decreta:

30. *Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus celebrantes ſolemniter, poſſunt* (ſedere) *&* (ſi velint ſedere) *debent ſedere in banco, dum cantatur GLORIA, CREDO, &c., etiamſi ſint Beneficiati, vel Capellani, prout ſedent Canonici, non obſtante quâlibet conſuetudine.* S. R. C. 15. Jan. 1611. Item: *Canonici Miſſam celebrantes coram Epiſcopo, non debent ſedere in ſede cum poſtergali, ſed*

ſed in aliquo ſcamno oblongo tapete vel panno cooperto in latere Epiſtolæ. S. R. C. 9. Maji 1614.

31. Rubr. n. 7. In Choro non ſedeant (non poſſunt ſub Miſſa ſedere) qui actu cantant; reliqui autem de Choro, qui non cantant actu, poſſunt ſedere, quando Celebrans ſedet: & præterea dum cantantur Epiſtola, & Prophetia, Graduale, Tractus, vel ALLELUJA cum Verſu, & Sequentia.

32. Rubr. eod. n. 7. Et Chorus ſedet, ſcil. qui actu non cantant, ab Offertorio uſque dum Diaconus venit ad incenſationem Chori; & deinde, ſeu ſi Chorus non incenſatur (ut in Miſſis Ferialibus & de Requiem) Chorus ſedet uſque ad Præfationem, ſeu uſq. dum Celebrans dicit: Per omnia ſæcula ſæculorum. Item & Chorus ſedere poteſt ad Antiphonam, quæ dicitur COMMUNIO. Ad alia, qui ſunt in Choro, ſtant, vel genuflectunt, ut ex ſuprà dictis, & infrà dicendis facilè colligi poteſt.

TITULUS TERTIUS

DE INGRESSU MINISTRORUM AD ALTARE.

1. RUbr. p. II. t. II. n. 5. *In Miſſa ſolemni Miſſale*, ſuppoſito ei cuſſino, aut pulpito per Thuriferarium, aut alium collocari debet *apertum* quoad Miſſæ celebrandæ Introitum, *ſuper Altare*, ordinatis ubique ſignaculis ad ea, quæ ſub Miſſa recitanda ſunt, ne Diaconus ſub Confeſſione Altare, ad Miſſam diſponendam, cogatur aſcendere. *Calix verò* ut p. I. II. t. I. n. 17. & ſeqq. præparatus, *& alia neceſſaria*, ut liber, ex quo Epiſtola & Evangelium cantari debent; velum oblongum pro Subdiacono ampullæ cum vino & aquâ, &c., *præparentur in Credentia* ex parte Epiſtolæ poſitâ; & *cooperta* linteo abſque aliis in ea Ornamentis. Et hæc omnia fiant

ſecun

dùm cujuſque morem Eccleſiæ, ac loci capacitatem), *antequàm Sacerdos* cum Miniſtris *veniat ad Altare.*

2. Rubr. eod. n. 5. *Ipſe autem* Sacerdos paramentis ſacris indutus (proùt & Miniſtri) ſibi propriis, ùt p. I. II. t. I. n. 26. & ſeqq. *procedit cum Diacono & Subdiacono*, ſic tamen, ut unus alterum ſequatur; *qui* Diaconus & Subdiac. *capite* (bireto vel caputio) *coöperto* (proin non poſſunt Diaconus & Subdiaconus nudo capite de Sacriſtia ad Altare incedere, non obſtante quâcumq. contra hanc apertam Rubricam conſuetudine, vide f. 4. n. 3., & Introduct. pract. §. 2. n. 20.) *ſimul cum eo* Celebrante (pariter capite tecto) *tenent manus junctas ante pectus*, quod & Miniſtri ſacri per totam faciunt Miſſam, niſì ratione miniſterii aliter fieri debeat:

3. Exactè autem in exitu è Sacriſtia (priùs tamen in aliquibus Eccleſiis, ùt habet *Cærem. Epiſc.* p. 1. c. 7. §. 3., à Celebrante pro tunc capite aperto imponitur incenſum, miniſtrante Diacono, ùt tit. ſeq. n. 2.) & per viam obſervent ea, quæ p. I. II. t. II. n. 16. & ſeqq. habentur.

4. Rùbr. eod. n. 5. *Acolythi* verò, ſeù Ceroferarii, (quos Thuriferarius præcedit, ùt habet Rubrica infrà t. VI. n. 15., & *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 24., thuribulùm in manu dextrâ habens, & naviculam in ſiniſtra) *ante eos*, Celebrantem ſcil., Diaconum, & Subdiac. *deferunt candelabra cum candelis accenſis.*

Candelabra autem ſic portantur, ut, qui à Dextra procedit, apponat dextram nodo candelabri medio, ſiniſtram pedi ejuſdem; &, qui à ſiniſtris incedit, è converſo ſiniſtram nodo, dextram pedi apponat. Apud alios fit modo oppoſito; eſt autem utrumque præter Rubricas: quiſque proin ſuæ ſervet conſuetudinem Eccleſiæ.

Quæ candelabra, ait Rubr. eod. n. 5., *deinde*

 (hæc

(hæc particula *Deinde* ſuam patitur latitudinem juxta Eccleſiarum morem) *collocantur ſuper Credentia* in cornibus menſæ à parte poſteriori, pro majori ſecuritate; vel, ubi non eſt pro Credentia locus, ponuntur, juxta capacitatem loci, in aptiori loco.

Advertat Ceroferarius, qui eſt ad cornu Evangelii, nè, dum cum candelabro tranſit ante medium Altaris, genuflexionem ibi faciat aut reverentiam, ſed recto tramite pergat, & ſe alteri, qui eſt ad cornu Epiſtolæ, jungat; & dein ambo ſimul vadant ad Credentiam, ubi hic poſterior ſuum ad latus Altari proximius ponat; prior ad latus ab Altari remotiùs. Ità *Merati* t. II. in fine.

5. Antequàm ſolemniter Celebrans, proùt & ejus Miniſtri, nominatim Diaconus, & Subdiaconus, ingrediantur ad Altare Dei, prævìè oportet ſequentia notare. Si in Altari, in quo Miſſa ſolemnis eſt celebranda, ſola ponatur Crux, & non adſit patens cum SS. Sacramento incluſo Tabernaculum, Celebrans nec in acceſſu ad Altare, nec in receſſu ab eodem, nec per totam umquàm Miſſam Cruci ſoli genuflectit, ſed eidem ſe ſolùm profundè inclinat; p. I. II. tit. II. n. 17. Ratio eſt:

6. Quia Celebrans in Miſſa privatâ numquàm ſoli tenetur Cruci genuflexionem facere; in Miſſa autem ſolemni genuflexio ſoli Cruci facienda nullibi per Rubricas aut aliunde præſcribitur; proinde hæc in eadem Miſſâ ſolemni fieri non debet.

7. Si verò in Altari ultra Crucem habeatur patens cum SS. Sacramento incluſo Tabernaculum (de SS. Sacrámento patenter expoſito agetur tit. XIV.) tenetur Celebrans in Miſſa ſolemni genu uno eidem flectere quoties ad Altare accedit, vel ab eodem recedit; Etenim id Celebranti in Miſſa privatâ præſcribitur, ſcil. in acceſſu p. I. II. t. II. n. 18., & in receſſu ibidem t. XII. n. 32.; proin id & Rubrica

ca

ea eidem Celebranti præſcribit in Miſſa ſolemni tit. præc. n. 6. & 10. Genuflexio quippe illa Celebranti in Miſſa ſolemni in acceſſu & receſſu ab Altari, præſente tali Tabernaculo, nullibi prohibetur.

8. E contrà, dum dictum adeſt Tabernaculum, ſolemniter Celebrans ſub incenſatione, tum quæ ante Introitum, tum quæ fit ad Offertorium, genu uno toties flectere debet, quoties, abſente illo Tabernaculo, ſub incenſatione ſoli Cruci caput foret inclinandum, quod quinquies occurrit; ſcil. ante, & poſt Crucis incenſationem; item incenſatis, ſi adſint, ex parte Evangelii Reliquiis, & dum ſub ipſa Altaris incenſatione Celebrans tranſit (quod bis fit infrà n. 17.) per Altaris medium.

9. Sub aliis autem Miſſæ ſolemnis partibus, ſicut in Miſſa privatâ Celebrans, præſente tali Tabernaculo, Cruci non genuflectit, ſed ei ſe tantùm inclinat; ità & in Miſſa ſolemni. Horum ratio eſt, quòd Rubrica infrà t. IV. n. 34. genuflexionem ſolemniter Celebranti, præſente illo Tabernaculo, præſcribat tantùm ſub incenſatione; non autem ſub aliis Miſſæ ſolemnis partibus, ut ibi videbitur.

10. Agendo autem de ſacris Miſſæ ſolemnis Miniſtris, traditur communiter, quòd de Miniſtris paratis, dum ſunt Eccleſiæ Cathedralis Canonici, reſolvendum ſit idem prout à n. 5. huc uſque dictum eſt de Celebrante. Proinde & hi, abſente tali Tabernaculo, conformiter ad n. 5., ſemper ſoli ſub Miſſa ſolemni Altaris Cruci ſinè genuflexione ſe tantùm inclinant. Ità *Cerem. Epiſc.* variis in locis, & ſignanter l. 2. c. 8. per totum; & tradunt *Baldruy*, *Merati*, *Catalanus*, &c.; dicto autem Tabernaculo præſente, prædicti Miniſtri uno tantùm genu flectunt, quotiès id Celebranti præſcribitur ſuprà n. 7. & ſeqq.

11. Diaconus autem, Subdiaconus, aliique Mi-

niſtri parati, ſi non ſint Cathedralis Eccleſiæ Canonici, tenentur ſoli Cruci, etiam abſente dicto Tabernaculo, genu uno flectere, quoties, ob quamcumque rationem, ad Altare accedunt, ab eodem recedunt, aut tranſeunt Altaris Crucem, quomodocumque Celebrans tunc ſeſe habeat. Hinc *Gavantus* p. 2. t. 2. n. 5. lit. c. ait: *Miniſtri Omnes Cruci, quæ in Altari eſt, genuflectunt in tota Miſſâ, ùt in tit. IV. n. 7.* *EXPRESSE* in Rubrica *habetur*. Id tit. ſeq. n. 29. ulteriùs explanabitur.

12. Rubr. eod. n. 5. *Et* Celebrans, *cùm pervenerit* cum Miniſtris *ad infimum gradum Altaris*, ſtat *ibi medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à ſiniſtris*, qui omnes tres caput detegunt, & genu uno, ſi Tabernaculum pateat cum incluſo venerabili, flectunt in infimo Altaris gradu; ſi verò tale non ſit in Altari Tabernaculum, ſolus Celebrans ſe Cruci profundè inclinat: cæteri autem omnes, nominatim Diaconus ac Subdiaconus, etiam Aſſiſtens, ſi talis adſit (procedimus hìc & in ſubſeq. ſemper in ſuppoſito, quòd hi non ſint Canonici Cathedralis, Eccleſiæ ùt patet ex n. 10.) Cruci genu uno flectunt ad differentiam Celebrantis. *Gavantus* hìc, & cum eo omnes communiter, ait *Merati* t. 2. n. 22. §. *Detectis.*

13. Rubr. eod. n. 5. *Antequàm* autem Sacerdos *aſcendat ad Altare, facit cum ipſis* Miniſtris (*ùt infrà*, id eſt, juxta ordinem hujus libri, ſuprà p. I. II. t. III. à n. 5., & præſertim n. 26.) *Confeſſionem*; proin ſolemniter Celebrans cum Miniſtris ſacris dicit omnia, quæ in Miſſa privatâ, & prout in Miſſa privatâ (id enim videtur importare lii *Ut infrà*) ante Altare dici ſolent.

14. In Miſſa autem privatâ non movet ſe Celebrans, dum in *Confiteor* dicit: *Vobis*, & *Vos fratres* p. I. II. t. III. n. 25.; proin nec in ſolemni; præſertìm cùm Rubrica nullibi pro ſolemni aliter diſ-

ponat,

18. Dicentes autem *Tibi*, & *Te Pater*, ſe inclinati versùs Celebrantem profundiùs inclinant. Ità *Cærem. Epiſc.* ſuprà n. 15. Et manent versùs Altare profundè inclinati, donec à Celebrante ſit dictum: *Miſereatur veſtri*, &c.; ſed ad *Indulgentiam* ſtant erecti. Et, cùm Celebrans dicit: *Deus tu converſus*, ſe inclinant, at profundiùs, quàm Celebrans; & cùm hic dicit: *Oremus*, ipſi cum illo ſe erigunt; ſed non deducunt manus ſuas; cùm id ſolius ſit Celebrantis.

19. Rubr. n. 6. *In Miſſa Pontificali omnia ſerventur, ut in Cæremoniali* Epiſcoporum *ordinatur, cujus ordinem Epiſcopus* (adeoque & miniſtri ejus ſacri) *nunquàm prætermittat, quandocumque cum Diacono, & Subdiacono paratis* Epiſcopus ſolemniter *celebrat*. Ad hæc dignentur, qui Miſſæ ſolemni Pontificali ùt Miniſtri ſacri aſſiſtunt, reflectere.

20. Rubr. p. II. tit. III. n. 3. *Si autem* Sacerdos *ſolemniter celebrat coram ſummo Pontifice, aut alio ex Prælatis prædictis* (p. I. II. t. III. n. 3. & 4.) *in Eccleſiis eorum jurisdictionis, ſtans à ſiniſtris Prælati, facit cum eo Confeſſionem*, ùt habet Rubrica ibid. n. 30., & *alia ſervat*, ùt *in Cæremoniali* Epiſcop. l. 2. c. 9. §. 8. *ordinatur*, ex quo *Catalanus* ibid. n. 4. ſic reflectit:

21. Epiſcopus habens Celebrantem à ſiniſtris, incipit Miſſam, dicens ſolus: *In nomine Patris*, &c.; ſe ſignans (quod, ſcilicet ſe ſignare tantùm, & Celebrans, & alii faciunt) ac peragit ea, quæ ſunt Celebrantis propria, acſi ipſe eſſet Miſſam celebraturus; faciens Confeſſionem uſque ad *Indulgentiam*, &c. incluſivè, cui ipſe Celebrans reſpondet cum Miniſtris ſacris. Dicto autem per Epiſcopum *Indulgentiam*, &c., Celebrans paululùm ſe retrahit, cedens locum Epiſcopo abeunti. His conforme eſt ſequens Decretum.

22. *Licèt Epiſcopus non celebret, ſed tantùm aſſiſtat Miſſæ ſolemni, Celebrans debet ad Confeſſionem reſpondere Epiſcopo uſque ad* INDULGENTIAM, *&c. incluſivè*,

nus verò ſimul cum ipſo dicere: IN NOMINE PATRIS, *&c.* S. R. C. 4. Aug. A. 1663.

TITULUS QUARTUS

De incenſatione Altaris uſq. ad GLORIA.

1. RUbr. t. IV. n. 4. *In Miſſa ſolemni Sacerdos, factâ cum Miniſtris Confeſſione* (uſque ad *Oremus*) *iiſdem aſcendit* (legens in via: *Aufer à nobis*, ut in Miſſa privata) *cum Miniſtris*, Diacono à dextris, & Subdiacono à ſiniſtris (qui ad aſcenſum non flectunt, ſed Albam & veſtem Celebrantis anteriorem aliquantulum unâ manu elevant, alterâ ad pectus admotâ) *ad medium Altaris*, *ubi* Diaconus & Subdiac. (non verò Celebrans) genu uno, junctis manibus, flectunt ob primum ad Altare acceſſum.

2. Rubr. eod. n. 4. Celebrans autem, *dicto*, ut in Miſſa privata, ORAMUS TE DOMINE, *& oſculato Altari* (quod Miniſtri ſacri non faciunt) faciem ſuam aliquantùm ad cornu Epiſtolæ, ſeu ad Diaconum convertit, *& ponit incenſum* (quod debet eſſe thus boni odoris, ſaltem quoad majorem partem *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 23. §. 3.) *in thuribulum, miniſtrante Diacono* (qui ſe facie ad Celebrantem parùm convertit n. 7.) *naviculam* versus Celebrantem ſemiapertam ſine oſculis ſibi traditam, *& Thuriferario thuribulum*; ſtante interim Subdiacono manibus junctis facie verſus Altare à ſiniſtra Celebrantis.

3. Sed ubi (quærit juvenis Sacerdos) Celebrans ponet ſiniſtram, dum incenſum imponit, & illud benedicit ad Introitum, ante Evangelium, & ſub Offertorio? Item dum benedicit Subdiaconum poſt Epiſtolam, Diaconum ante Evangelium, & aquam ſub Offertorio? *Merati* t. 4. n. 20. ℞. ſub trina illâ impoſitione ſeu benedictione incenſi ſiniſtram præſcri-

bit ponendam *infra pectus*; ad benedictionem Subdiaconi t. 6. n. 19. eam ponendam aſſerit *ſuper Altare*: ad benedictionem Diaconi ibid. n. 27. *infra pectus*; & ad benedictionem aquæ t. 7. n. 56. *ſiniſtrâ pectori admotâ*. Sed, an ſatis cohærenter, videamus.

4. Rubrica ſuprà p. I. II. t. III. n. 8. præſcribit: Celebrans, *cùm ſe*, vel populum, aut quid aliud extra Altare exiſtens *ſignat*, *ſemper ſiniſtram ponit infra pectus*. At *in aliis benedictionibus*, *cùm* Officians *eſt ad Altare*, *& benedicit Oblata*, vel quid aliud in Altari exiſtens, *ponit eam* ſiniſtram *ſuper Altare*, *niſi aliter* expreſsè *notetur*, ùt fit ſuprà p. I. II. t. X. n. 51. dum Celebrans ad *Agnus Dei* dextrâ ſibi ter pectus concutit; *ſiniſtrâ*, non ad pectus, ſed *ſuper* Altare intra *Corporale poſitâ*, ùt ibi notat Rubrica. Vide ibid. n. 66. ad *Domine non ſum dignus*; & ibid. t. IX. n. 19. *ad Nobis quoq. peccatoribus*.

Et ſuprà p. I. II. t. VII. n. 30. mandat Rubrica, ut Celebrans, aliquid benedicturus, ſemper prius manus jungat ante pectus, dum ſiniſtra ante vel ſub benedictione non impeditur. Hæ duæ pro Miſſa privatâ Rubricæ locum habent etiam in Miſſa ſolemni; nam circa duplicem hanc hoc n. 4. Rubricam nullibi aliter quoad Miſſam ſolemnem diſponitur vel notatur.

5. Cur autem, dextrâ ſe benedicens, aut aliquid operans *extra Altare*, ſiniſtram per ſe ponere debeat *infra pectus*, & benedicens rem *in Altari* exiſtentem, ſiniſtram ponat *ſuper Altare*, pro cauſa ponit *Gavantus* t. 3. n. 5. lit. q., & ex eo *Merati*, quòd utroque in caſu non deceat ſiniſtram manum ſuſpenſam quaſi in aëre teneri, ſed deponi debeat, ut quieſcat; cum proportione tamen ad terminum, ad quem movetur dextra; ſcil., ſi hæc benedicendo, vel operando moveatur *intra Altare*, ſiniſtra ponenda eſt *ſuper Altare*; ſi autem dextra, formando Crucem, vel operando,

mo-

moveatur *extra Altare*, ſiniſtra ponenda eſt *infra pectus*, niſi aliter notetur. Et hæc docent Rubricæ, ait *Gavantus*. His præmiſſis,

6. Faciliter & fundatè ℞. Juveni, quòd Celebrans imponens, ac benedicens tribus vicibus n. 3. enumeratis thus; & poſt Epiſtolam benedicens Subdiaconum, ac Diaconum ante Evangelium, ſiniſtram tenere debeat *infra pectus*; dum verò in Miſſa ſolemni benedicenda eſt aqua, quia ſiniſtra tunc eſt libera (in Miſſa privatâ, tenendo Calicem, ipſa eſt impedita) ea ponenda eſt *ſuper Altare*. Ratio in patulo eſt, quòd res benedicenda hoc ultimo in caſu ſit *intra*, & in aliis caſibus ſit *extra Altare*. In omni tamen caſu fieri debet benedictio à Celebrante, ut immediatè ante eam (dum ſiniſtra non eſt impedita) manus ſint ante pectus jungendæ, & tunc dextrâ fiat benedictio, & ſiniſtrâ iteratò *infra pectus*, vel *ſuper Altare* reſpectivè ponenda eſt.

Rubr. eod. n. 4. *Diaconus itaque, parùm inclinatus verſus Celebrantem*, dicit: BENEDICITE PATER REVERENDE, *&* in manubrii ſummitate *oſculatur Cochlear* (quod vacuum tenet dextrâ, & naviculam ſiniſtrâ) *&* dein *manum Celebrantis ante*, id eſt, dum tradit cochlear, *&* *poſt*, id eſt, dum illud recipit, ſed tum priùs manum, & dein cochlear oſculatur. Regula enim generalis eſt: Dum res traditur, priùs ipſa, dein Officiantis manus eſt oſculanda; dum verò res recipitur, fit è contra, ſcil. priùs Officiantis manus, dein res, quæ recipitur, oſculanda.

Rubr. eod. n. 4. *Celebrans*, ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, *ter incenſum*, quod tribus diſtinctis vicibus de navicula (quam nunc Diaconus tenet utrâque manu) ſumit, *ponit* tribus diverſis locis *in thuribulum*, *dicens interim*: AB ILLO BENEDICARIS, *&*, *depoſito cochleari* in manu Diaconi, *producens manu dextrâ* (junctis tamen priùs ante pectus manibus) *ſignum*

Crux

Crucis super thus in thuribulo, illud benedicit, sinistrâ iteratò sub benedictione ad pectus positâ. n. 6.

9. Et Cærem. Episc. lib. 1. c. 23. §. 1. *Circa thuris benedictionem hoc observandum est* ait: *Assistens, vel... Diaconus Evangelii... accipit... naviculam semiapertam, unà cum cochleari in ea existente*, quod *cum oscula* ipsius *cochlearis, & manûs Episcopalis* tradit, & *offert eam naviculam Episcopo dicens*: BENEDICITE PATER REVERENDISSIME. *Episcopus verò, accepto cochleari, sumit thus è navicula, & illudque etiam ter in thuribulum mittit dicens*: AB ILLO BENEDICARIS, IN CUJUS HONOREM CREMABERIS. *Quo facto, redditoque cochleari eidem Ministro, qui rursus manum, & illud osculatur, ipse Episcopus format manu dexterâ signum Crucis super thus in thuribulo*. Cærem. Episc. habet *Honorem*, at Rubr. n. 11. *Honore*.

10. Ex his infert *Merati*, quòd Celebrans verba illa: *Ab illo benedicaris*, &c. sic disponere debeat, ut (sinistrâ ad pectus positâ) in prima thuris impositione dicat: *Ab illo benedicaris*, in secunda: *In cujus honorem*, in tertia: *Cremaberis*, *Amen*. Ità. *Lohner*, *Bauldry*, *Castaldus*, &c. Ac statim reddit Celebrans Diacono cochleare, & dein (junctis prius ante pectus manibus) dexterâ manu (sinistrâ iteratò ad pectus positâ) producit signum Crucis super thus positum in thuribulo, nihil dicens. Ità *Merati*, quem in praxi sequuntur alii.

11. Verùm huic Rubricæ generalis expositio repugnare videtur Rubricæ particulari Missalis in *Ordine Missæ*, ubi dicitur: *In Missa solemni Celebrans, antequam legat Introitum, benedicit incensum, dicens*: AB ILLO BENEDICARIS, IN CUJUS HONOREM CREMABERIS, *Amen*.

12. Ubi expressio signi Crucis est post *Bene*, & ante *Dicaris*; & hæc verba: *Benedicit incensum dicens*, clarè important [illegible] quòd [illegible] Celebrantis quâ

thus

thus per formationem ſigni Crucis ✠ benedicit, & ejuſdem Celebrantis [illegible], quo dicta verba profert, ſimul operari debeant, ſcil. *Benedicendo incenſum dicit*, & *dicendo benedictis*. Id confirmatur, quia, quoties tum in Rubricis Miſſalis, tum in ipſo Miſſalis corpore inter verba aliqua Crucis ſignum ✠ reperitur incluſum, ſemper ſignum illud ſub iiſdem verbis manifeſtè formandum.

13. Itaque ut binæ Rubricæ n. 4. & 7. reconcilientur, & utrique ſuus ſatis, alii Rubriciſtæ (quos inter Pizart. part. [illegible] n. 8. & Cærimon. Prov. noſtræ f. 41. n. 101.) Rubricam n. 4. ſic exponunt: Ter, ſeu tribus diſtinctis vicibus & ictis *incenſum Celebrans ponit in thuribulum dicendo ternis*, vel eſt incipiens ad tertiam thuris immiſſionem tractim dicens: *AB ILLO BENEDICARIS*. Et [illegible] *depoſito cochleari, ac junctis* prius ante pectus manibus, *producens manu dextra* (ſiniſtra iterato ad pectus poſita) *ſignum Crucis ſuper thuribulum* illud ſemel tantum benedicit, formans ſignum Crucis præcisè ad hoc verbum *Bene✠dicaris*, & in ſimul addendo verba ſubſequentia.

14. Ad Cæren. Epiſc. n. 17. reſpondere poſſet, quod ibidem ſi [illegible] *Benedicaris*, ſed anticipative ponatur; proinde ipſius mentem non eſſe, quod illa verba proferantur integrè ſub trina thuris immiſſione, ſed quod depoſito Celebrans, depoſito cochleari, totum nutu manu formaret ſignum Crucis; ſic enim non benediceret manu incluſum, dicens: *Ab illo benedicaris*, ut tamen præſcribit Rubr. ſuprà n. 7. Interim practicet quiſque, prout juxta ſuæ Eccleſiæ morem Rubricis judicat conformius.

15. Prædicto thus benedicendi modo ſemper utitur Officians, quoties illud eſt benedicendum, tum intra Miſſam ante Evangelium, tum extra eam in benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, &c., præterquam ad Oblata ſub Offertorio, tunc enim aliter ſolemniori formâ: *Per interceſſionem*, &c.

ſo in his benedictionibus ex parte Diaconi conſueta Cochlearis, Thuribuli, & manûs Officiantis adhibenda ſunt oſcula. De thuris impoſitione in Miſſa & Abſolutione pro Defunctis, & expoſito patenter SS. Sacramento, infrà t. XIII. & XIV. agetur.

16. *Advertat autem* Celebrans Altaris incenſationem facturus, ait *Gavant. Epiſt.* l. 1. c. 23. §. 8., *ut ſe in ea graviter & decorè gerat, non perſonam, aut caput, dum thuribulum ducit, reducitque, movens; ſiniſtram, qua ſummitatem catenularum retinet, firmam, ſtabilemque ante pectus tenebit; dextram verò manum, ac brachium commodè, ac TRACTIM cum thuribulo movebit; ita, ut cùm thuribulum ad ſe retrahit, illud ſub brachio leviter, & COMPETENTI MORA reducat. Et dum procedit, thurificando Altare, eundo, & redeundo ſemper illum pedem priùs moveat, qui proximior eſt Altari; neque omnino paſſus faciat, quàm thuribuli tractus, ut manus, pedeſque in motu decenter concordent.*

17. Advertat inſuper pro Rubrica ſeq., quòd ſub Altaris incenſatione Celebrans quinquies debeat caput Cruci inclinare; primò ante trinam Crucis incenſationem; 2. poſt eam; 3. incenſatis bis ex parte Evangelii Reliquiis, ſi adſint; 4. tranſiens Crucem inter ductum 5. & 6. ab Epiſtolæ parte ad eam Evangelii; & 5. Crucem tranſiens inter ductum 26. & 27. ab Evangelii parte ad eam Epiſtolæ. Ad has autem quinque ex parte Celebrantis Cruci capitis inclinationes (quod de duobus ultimis eſt certum; Vide n. 38.) *Merati* à n. 24. ad 27. præſcribit ſacris Altaris Miniſtris quinque genu [illegible] flexiones. Itaque [illegible]

18. Rubr. eod. n. 4. *Poſteà Diaconus, dimiſſa navicula, accipit à* Thuriferario *thuribulum* clauſum, & *dat* illud *Celebranti, oſculatâ priùs catenularum ſummitate*, quam ponit in ejus ſiniſtrâ; & dein oſculatâ *manu illius dexterâ*, in qua ponit catenularum extre-

mi-

mitatem, quæ eſt prope vas. *Qui* Celebrans, *factâ Cruci* (1) *profundâ reverentia*, ac genu uno flectentibus Miniſtris ſacris, *eam* Crucem *ter* rectâ & æquali lineâ, non autem hinc & inde; *incenſat* poſt quemque ductum quieſcens tantillùm, ità ut diſtinguatur, eas incenſationes eſſe tres, *nihil* interim ſub tota hâc ad Introitum incenſatione *dicens*. *Et*, *factâ iterum* per capitis inclinationem *Cruci* (2) *reverentiâ*, ac genu uno flectentibus Miniſtris ſacris, *incenſat* (dum Reliquiæ non adſunt) *Altare*.

19. Quoniam verò (ait *Catalanus* tom. 2. f. 79.) experientiâ notum eſt, quod apud *Scholium* verbo *Irritant* docet *Horatius*:

Segniùs irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus....

Hinc, ut faciliùs penetrentur tum ordo incenſationis, tum Altaris loca, ad quæ thuribulum dirigi debeat, tum & numerus ductuum thuribuli, opportunè figuram aliquam hoc loco apponendam curavimus.

20. Rubr. eod. n. 4. Incenſatâ itàque ter Cruce, ùt n. 18., dum incenſandæ non ſunt Reliquiæ (de quibus n. 28.) Celebrans, omiſſis in figura A ductibus 4. 5. 6. 7., immediatè poſt factam Cruci Capitis inclinationem, incipit incenſare Altare, *ter* ad loca n. 8. 9. 10., tamquàm ad objectum quod incenſandum, *ducens* lineâ rectâ *thuribulum* in *æquali diſtantiâ*, *prout diſtribuuntur candelabra* (Rubrica hoc loco ſupponit ſex in Altari haberi) incipiens *à medio ejus* Altaris à ductu 8., & progreditur (ſemper illum priùs pedem movendo, qui eſt proximior Altari) *uſque ad cornu Epiſtolæ*, ſeu uſque ad ductum 10., ùt vides in figura A.

21. Notet Celebrans, quòd hi tres ductus 8. 9. 10. ſint faciendi, licèt duo aut unum tantùm foret à quolibet Crucis latere candelabrum; non enim candelabra, ſed tur incenſatur poſterior quoad planitiem pars

partem menſæ Altaris, preciſè ubi hi tres numeri 8. 9. 10. ponuntur. Ità Gavantus, & omnes Liturgiſtæ. Vide n. 33.

22. Proin in hoc triplici thuribuli ductu nec oculi ſunt elevandi, nec thuribulum projici debet in altum; ſed oculi ad dictam poſteriorem menſæ Altaris partem n. 8. 9. 10. ſunt figendi, & ad hanc ſolam, velut ad objectum incenſationis adæquatum, eſt thuribulum triplici hoc ductu baſſè dirigendum. Idem planè reflecte ad ductus 16. 17. 18., dum poſterior menſæ Altaris pars eſt verſùs cornu Evangelii incenſenda. Hinc tollendus, elevandi nimirùm ad hos ductus thuribulum, abuſus alioquin ſatis communis.

23. Rubr. eod. n. 4. *Ubi* (ad cornu Epiſtolæ) Celebrans ſtans à *demiſſâ manu thurificat illius* Altaris *poſtremam partem inferiorem* lateralem ad n. 11. ſive *superiorem* ad n. 12. in figura A, *bis* verſùs Altare *ducto thuribulo*; ſemel ſcil. ad inferiorem n. 11., & dein aſcendendo, ſemel ad ſuperiorem partem n. 12.

24. Rubr. eod. n. 4. *Et* (*converſus ad Altare*), *elevans manum, incenſat ejus* Altaris *planiciem ſeu menſam in parte anteriori*, ſeu ad n. 13. 14. 15. in æquali diſtantia *ducens thuribulum* obliquâ lineâ, velut in ſemicirculum à dextra ad ſiniſtram, & unà procedens *uſque ad* Altaris *medium*, *ubi*, cùm pervenit, *factâ* (4) *Cruci* iteratâ, per capitis inclinationem, *reverentiâ*, & à miniſtris ſacris genu unius flexione, *procedendo thurificat aliud latus Altaris*, ſeu poſteriorem menſæ Altaris planiciem *triplici* in linea rectâ *ductu* ad n. 16. 17. 18. ab Altaris medio *uſque ad cornu Evangelii*. In hoc triplici thuribuli ductu obſervanda ſunt omnia ea, quæ ſuprà n. 21. & 22. annotata ſunt.

25. Rubr. eod. n. 4. *Et pariter incenſatâ inferiori* ad ductum 19., *& ſuperiori* ad ductum 20., *parte laterali ipſius cornu Evangelii duplici ductu*, ſemel ſcil. ad ductum 19., & ſemel ad 20. (ut n. 23. dictum eſt)

ad

tabulis ſtans ibidem in cornu Evangelii, elevat thuribulum, & ad Altare converſus, ter illud ducens in ſemicirculum à ſiniſtra ad dextram, incenſat ſuperiorem tabulæ in ora ejus anteriori partem ad ductum 21. 22. 23. verſùs medium Altaris, ut fecit in cornu Epiſtolæ ad ductus 13. 14. 15. Nota tamen, quòd, ter incenſans ad ductum 21. 22. 23. non pervenit ad medium Altaris, imò quòd vix, aut nè vix quidem à cornu Evangelii diſcedat; & ideo tunc Cruci non facit reverentiam.

26. eod. n. 4. *Deinde, manu aliquantulùm demiſſâ,* quaſi retrogrediens ad cornu Evangelii, *incenſat anteriorem ejus* Altaris *partem, ſeu frontem, ter* ad ductum 24. 25. 26. *ducens* rectâ lineâ *thuribulum, dum* in eo tempore, quo *procedit à cornu Evangelii uſque ad medium Altaris.*

27. Rubr. eod. n. 4. *Et* Celebrans, *factâ* per capitis inclinationem *Cruci* (5) *reverentiâ,* ac à miniſtris ſacris genu unius flexione, *incenſat ſimiliter triplici* & recto *ductu reliquam* ad ductum 27. 28. 29. *partem* Altaris *anteriorem,* perveniens *uſque ad cornu Epiſtolæ: ubi reddito* utrâq. manu *thuribulo ipſi Diacono* ſtanti in 2. gradu (qui in receptione priùs Celebrantis manum, dein catenularum ſummitatem oſculatur) *ab eo* Diacono, infrà gradus Altaris laterales ſtante (cui à ſiniſtra junctis adſtat manibus Subdiaconus) *ipſe* Celebrans *ſolus,* ſtans manibus junctis in fine ſuppedanei, ſiniſtro latere versùs Altare, ter (dùm adeſt Epiſcopus bis tantùm) *incenſatur,* præmiſsâ ante & poſt profundâ per Diaconum (non verò per Subdiac.) inclinatione, cui Celebrans nec ad modicum quidem caput inclinat.

Li *Solus,* quod habet Rubrica n. 27., intellige conformiter ad *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 23. §. 13. dicens: *Antequàm dicatur Introitus... thurificatur Altare; Celebrans, & Epiſcopus, quando adeſt in Miſſa per alium*

cele-

celebratâ cum Pluviali & Mitrâ, & non aliàs. Addit autem *Catalanus* n. 3. *Quòdſi paratùs ille* (Epiſcopus) *hoc modo non fuerit*, ſed tantùm Miſſæ adſtet in cappa chorali, *tunc* NEC CELEBRANS, *nec ipſe* Epiſcopus *thurificantur*. Sed hoc *quoad Celebrantem* vide ab ipſo *Catalano* refutatum infrà c. VI. n. 29.

28. Rubr. n. 5. *Si verò in Altari* ſeu intra candelabra (non autem extra Altare) *fuerint Reliquiæ, ſeu imagines* ſculptæ, ſeu ſtatuæ *Sanctorum*, *incenſatâ* ter ad ductus 1. 2. 3. *Cruce*, *& factâ ei* per profundam capitis inclinationem *reverentiâ* (Miniſtris ſacris ſuprà n. 17. genu uno flectentibus) *antequàm* Celebrans *diſcedat à medio Altaris* versùs cornu Epiſtolæ, *primùm incenſat eas* Reliquias (abſque eo, quòd eis, ob præſentiam Crucis, caput inclinet) *quæ à dextris ſunt, id eſt, à parte Evangelii propè Crucem*, *bis* tantùm (ſcilicet ſemel, & priùs ad ductum 4., & dein ad 5.) *ducens* lineâ rectâ *thuribulum*, quamvis plures, vel pauciores fuerint Reliquiæ.

29. Rubr. eod. n. 5. *Et iterum, factâ* (3) *Cruci reverentiâ*, & Miniſtris ſacris genu uno flectentibus, *ſimiliter incenſat bis*, ſcil. ſemel & priùs ad ductum 6. & dein ad ductum 7. *alias* Reliquias, ſeu imagines, *quæ ſunt à ſiniſtris, hoc eſt, à parte Epiſtolæ*.

30. *Quarti*, & *Merati* aſſerunt, quod lii *Seu* (*Reliquiæ SEU Imagines*) explicet idem; nempe incenſandas eſſe Sanctorum Reliquias, ſive ſint in vaſis, ſive in Imaginibus, non autem incenſandas eſſe nudas in Altari poſitas imagines, dum in illis nullæ ſtent Reliquiæ.

31. Sed hoc, ait *Catalanus* l. 1. ſ. 319. n. 8., videtur contra Rubricas, quæ abſolutè jubent thurificandas eſſe Reliquias, ſeu, id eſt, vel (ùt loquitur Rubrica infrà n. 35.) imagines Sanctorum; cùm jam olim conſueverit Eccleſia eis, in eorum venerationis indicium, thus exhibere.

32. Idem

32. Idem tamen *Catalanus* ibid. n. 9. abuſum notat, quem vidit alicubi in uſu: Si inter candelabra collocentur Imagines, quæ animas fidelium defunctorum repræſentant Purgatorii flammis torqueri. Scio religioſos Præſules enim abuſum damnaſſe, qui tamen, utinam! ab omnibus Eccleſiis, in quibus viget, eliminetur. Ita *Catalanus*. Vide Append. de Reliquiis ad n. XIV. ſimul o.

33. Rubr. eod. n. 5. *Deinde*, incenſatis quater ad ductus q. quod ſup. Reliquiis, Celebrans ſine alia nova reverentia, & abſque mora *proſequitur incenſationem Altaris*, de qua ſupra num. 20. & ſeqq., tertiò *ter* ſeu novies *ducendo thuribulum in unoquoque* Altaris *latere* (ſeu decies novies in utroque) *etiamſi in eo* latere *eſſent plures vel pauciores Reliquiæ, vel Imagines, ſeu etiam plura vel pauciora candelabra*; nam ad ductum 8. 9. 10. Item ad 13. 14. 15., & ad 27. 28. 29. in latere Epiſtolæ: & ad ductum 16. 17. 18., item ad 21. 22. 23., & ad 24. 25. 26. in latere Evangelii ſola Altaris menſa in diverſis ſuis partibus eſt incenſanda) & ad eas ſolas thuribulum dirigi debet, quod bene notandum eſt à juniore Sacerdote.

34. Rubr. eod. *Si in Altari fuerit Tabernaculum patens SS. Sacramenti*, quod ibidem actu incluſum latet, Celebrans, *accepto thuribulo, antequam incipiat incenſationem Crucis, genu uno tantùm*, caput tenens erectum, abſque eo, quòd illud Cruci inclinet, *flectit* (quod & Miniſtri faciunt) ponens extremitatem ſiniſtræ manus ſuper Altare, ut facilius flectere, & ſurgere valeat; cavens, ne thuribulo antipendium attingat. Et ſic adorat, quód latet & patet, Sacramentum ſcil. & Crucem; incenſat autem, quod manifeſtè patet, ſcil. Crucem tantùm.

35. Rubr. eod. n. 6. *Quod item*, ſcil. genuflexio, *fiat* à Celebrante; nempe poſt incenſatam triplici ductu Crucem, ac poſt incenſatas à parte

 Evan-

Evangelii, ſi adſint, Reliquias, & *quotieſcumque* ſub ipſa incenſatione, tum hac, tum ad Offertorium (non verò ſub aliis Miſſæ partibus) *tranſit* (quod bis tantùm fit ſub incenſatione, ſcil. inter ductum 15. & 16., & inter ductum 26. & 27. vide ſuprà n. 27.) *ante medium Altaris.*

36. Sic hanc Rubricæ particulam, *Quotieſcumque*, alioquin illimitatam, hoc loco limitant omnes paſſim cum *Gavanto* lit. g. Ritualiſtæ, ſcil. quòd ſolemniter Celebrans, cum Miniſtris ſub incenſatione tranſiens Altaris medium (ubi Crux eſt, ſed patens omnino SS. Sacramento incluſo Tabernaculum) genu uno flectat; tranſiens verò idem medium, vel ad illud accedens, aut ab eo recedens ſub aliis (excipe à Conſecratione ad Communionem ob præſentiam tunc SS. Sacramenti) Miſſæ partibus, V. G. ante Evangelium, poſt lotionem manuum, &c., non genuflectat. Vide n. 39. & ſeqq.

37. Rubr. n. 7. *Diaconus, & Subdiaconus hinc inde* in ſecundo Altaris gradu, prior à dextris, alter à ſiniſtris *aſſiſtunt Celebranti, cùm*, ſeu toto tempore, quo hic Altare *incenſat*, cujus ipſi poſteriorem Planetæ partem unâ manu elevant, ut commodior fiat thuribuli directio, alterâ interim manu, vide n. 254. pectori admotâ. Eodem tempore Thuriferarius (vel Aſſiſtens, ſi adſit) ab Altari librum cum cuſſino, vel pulpito, unà genuflectens, removet, quando cornu Epiſtolæ (ad Offertorium, dum ibi inſtat Evangelii) eſt incenſandum; ac mox eumdem, incenſatione illius cornu peractâ, cum genuflexione reponit.

38. Rubr. eod. n. 7. *Et ſimul* Diaconus & Subdiac. *tranſeunt ante Crucem*; etiam in Altari, ubi nullum eſt Tabernaculum, *ſemper*, id eſt, per totam Miſſam ſolemnem, *genu uno flectunt*. Ità *Gavantus* t. 2. n. 7. lit. c. & omnes paſſim Ritualiſtæ, quamvis practicè per decurſum Miſſæ hinc inde inter ſe diſſe-

rant

rant ob loca nonnulla vel dubia vel controverſa, in quibus proin ſuæ conſuetudinem Eccleſiæ poſſet quis ſequi. Vide n. 49. 51. &c. &c.

39. Placet hoc loco in parallelo ponere has duas particulas *Quotieſcumque* n. 35. & *Semper* n. præc. Utramque enim Rubrica præſcribit iiſdem, ut apparet, in circumſtantiis, (ſcilicet ſub Altaris incenſatione) in quibus utraque particula videtur idem ſignificare. En propoſitiones.

40. Rubr. n. 6. Celebrans ſolemniter *ſi in Altari* ſit patenter *Tabernaculum SS. Sacramenti... antequàm incipiat incenſationem, genuflectit, quod idem facit, QUOTIESCUMQUE tranſit ante medium Altaris.*

41. Rubr. n. 7. *Diaconus & Subdiaconus*, etiam in abſentia talis Tabernaculi... *aſſiſtunt Celebranti, dum incenſat; & cùm tranſeunt ante Crucem, SEMPER genuflectunt.*

42. Spectatis etenim ſolis Rubricæ verbis, lii *Quotieſcumque*, & lii *Semper* videntur eodem modo intelligenda, ſcil. vel ad *ſolam* reſtringenda *incenſationem*, vel ad *totam* amplianda *Miſſam*; quinimò, ſi ſolum litteræ vigorem attendas, videtur lii *Quotieſcumque* magis illimitatè poni; quàm lii *Semper*. Vide n. 35. Quia ſenſus verborum n. 38. & 41. videtur eſſe. *Et cùm* Diaconus ac Subdiaconus ſimul cum Celebrante *tranſeunt ante Crucem* (quod contingit tantùm ſub incenſatione bis & non ſub aliis Miſſæ partibus vide n. 35.) *ſemper genuflectunt.*

43. *Gavantus* verò t. 2. n. 5. lit. *c.*, & cùm eo omnes communiter, ait Merati ibid. n. 22. §. *Detectis*, hanc in Rubrica n. 38. particulam *Semper* in Diacono, & Subdiacono (non autem iſtam *Quotieſcumque* in Celebrante) ampliant ad totam Miſſam ſolemnem, ſcilicet, quòd Cruci genuflectere debeant, quoties *per Altaris medium tranſeunt*, vel *ad Altare accedunt*, aut *ab eo recedunt*.

Evangelii ; ſi adſint, Reliquias, & *quotieſcumque* ſub ipſa incenſatione, tum hac, tum ad Offertorium (non verò ſub aliis Miſſæ partibus) *tranſit* (quod bis tantùm fit ſub incenſatione, ſcil. inter ductum 15. & 16., & inter ductum 26. & 27. vide ſuprà n. 17.) *ante medium Altaris.*

36. Sic hanc Rubricæ particulam. *Quotieſcumque*, alioquin illimitatam, hoc loco limitant omnes paſſim cum *Gavanto* lit. g. Ritualiſtæ, ſcil. quòd ſolemniter Celebrans, cum Miniſtris ſub incenſatione tranſiens Altaris medium (ubi Crux eſt, & patens cum SS. Sacramento incluſo Tabernaculum) genu uno flectat; tranſiens verò idem medium, vel ad illud accedens, aut ab eo recedens ſub aliis (excipe à Conſecratione ad Communionem ob præſentiam tunc SS. Sacramenti) Miſſæ partibus, V. G. ante Evangelium, poſt lotionem manuum, &c., non genuflectat. Vide n. 39. & ſeqq.

37. Rubr. n. 7. *Diaconus & Subdiaconus hinc inde* in ſecundo Altaris gradu, prior à dextris, alter à ſiniſtris *aſſiſtunt Celebranti, cùm*, ſeu toto tempore, quo hic Altare *incenſat*, cujus ipſi poſteriorem Planetæ partem unâ manu elevant, ut commodior fiat thuribuli directio, alterâ interim manu, vide n. 54. pectori admotâ. Eodem tempore Thuriferarius (vel Aſſiſtens, ſi adſit) ab Altari librum cum cuſſino vel pulpito, unà genuflectens, removet, quando cornu Epiſtolæ (ad Offertorium, dum cornu Evangelii) eſt incenſandum; & mox eumdem, incenſatione illius cornu peractâ, cum genuflexione reponit.

38. Rubr. eod. n. 7. *Et ſemper* Diaconus & Subdiac. *tranſeunt ante Crucem*; etiam in Altari, ubi nullum eſt Tabernaculum, *ſemper*, id eſt, per totam Miſſam ſolemnem, *genu uno flectunt*. Ità *Gavantus* t. 2. n. 5. lit. c., & omnes paſſim Ritualiſtæ, quamvis practicè per decurſum Miſſæ hinc inde inter ſe diffe-

rant

eodem in cornu dicit Celebrans cum eiſdem Miniſtris ſacris novies alternativè *Kyrie*, &c., ùt in Miſſâ privatâ.

48. Si Celebrans ſub *Kyrie* non ſedeat, de quo infrà n. 52., tunc ipſe, prout & Diaconus ac Subdiac., eodem modo manebunt ſtantes ad Altare in cornu Epiſtolæ, ùt ſteterunt ad Introitum. Ità *Bauldry*, *Gavantus*, *Merati* n. 22., & alii; quia Rubrica eis, dum *Kyrie* à Choro cantatur, locum alium non aſſignant, ùt illicò patebit.

49. Dum autem à Choro cantatur ultimum *Kyrie*, Diaconus & Subdiac. (dum non ſedent) tunc tantùm, & non priùs, ſe in cornu Epiſtolæ ſic ſiſtunt in linea rectâ unus poſt alium, ut prior in 2. gradu à tergo Celebrantis, Subdiaconus verò ſtet in plano à tergo Diaconi. Celebrans autem ad finem ultimi *Kyrie* per ſuppedaneum, Diaconus per 2. gradum, & Subdiaconus per planum eodem tempore & ordine junctis manibus tranſeunt ad Altaris medium, ubi Celebrans caput Cruci inclinat, ſuprà p. I. II. & IV. n. 28.

Quòd autem Diaconus & Subdiac. hoc loco ad Altaris medium venientes genu uno flectere debeant, aſſerunt quidem aliqui; negat cum nonnullis *Du Moulin* c. 3. n. 3. aſſerens: *Durant que le Chœur chante le dernier* KYRIE, *le Diacre va enſemblement avec le Celebrant & le Sous Diacre au milieu de l'Autel ſans faire aucune genuflexion; ce qui ſervira pour les autres fois.* Liceat hic unicuique ſequi ſuæ conſuetudinem Eccleſiæ.

50. Rubr. eod. n. 7. *Cùm verò Celebrans intonat*, cantando *Hymnum* GLORIA IN EXCELSIS, disjungit, ùt in Miſſa privatâ, & elevat manus, ac ad illi: DEO eas jungit ante pectus, & caput Cruci ſinè oculorum elevatione inclinat, quod & *Diaconus & Subdiaconus* inclinant, dum adhuc *unus poſt alium ſtant*

in linea rectâ *à tergo Celebrantis*, ut ſervi poſt Dominum.

51. Rubr. eod. n. 7. *Poſteà* (cantato *In excelſis Deo*, & non priùs) Diaconus & Subdiac., Hymnum in via continuantes, (prout & Celebrans facit) faciunt genu uno flexionem in loco, ubi ſunt; & prior, ſtans in ſecundo Altaris gradu, aliquantùm recedit ad partem Epiſtolæ, ubi paulàm expectat Subdiaconum aſcendentem parùm versùs partem Evangelii; ſicque ambo *aſcendunt* æqualiter *ad Altare, & hinc inde* in ſuppedaneo, *Diaconus à dextris, & Subdiaconus à ſiniſtris*, manibus junctis ſtant, *& cum Celebrante, Hymnum ſubmiſſâ voce*, non præcurrendo, *proſequuntur uſque ad finem*, inclinantes ſe, & ſeſe cum eo ſignantes, ut n. 47.

An Diaconus & Subdiaconus accedentes ad dextram & ſiniſtram Celebrantis iteratò debeant flectere, variant Liturgiſtæ: *Caſtaldus* affirmat; negat *Gavantus* lit. m. hoc fundamento: quòd Miniſtri in acceſſu ad Altare, vel in receſſu ab eodem flectant in termino à quo tantùm, vel in termino ad quem tantùm, non verò in utroq; termino ſimul.

52. Poſt hæc, ſi ſit ſedendum, Celebrans in Suppedaneo caput Cruci inclinat; vel ſi adſit cum SS. Sacramento incluſo Tabernaculum, genu uno flectit. Ità *Gavantus*, *Merati*, &c.; quia diſcedit ab Altari; ſciſ. ad locum ſibi à parte Epiſtolæ præparatum; Miniſtri verò ſacri, etiam præſente ſolâ Cruce, ſemper genu uno flectunt, & per viam breviorem tendunt nudo capite ad præfatum locum.

53. Alii aſſerunt: Celebrans (medius Diaconum inter & Subdiaconum, factâ à ſingulis debitâ Cruci reverentiâ) cum Subdiacono, vertendo faciem ad cornu Epiſtolæ, & cum Diacono ad cornu Evangelii, deſcendit in planum ante ultimum gradum, & ibidem faciens iteratò profundam Cruci inclinationem,

ctionem, vel, ſi adſit Tabernaculum, genuflexionem, quam Miniſtri ſemper faciunt, tendit cum illis ad deſtinatum locum. Quiſque ſequatur in hoc Eccleſiæ ſuæ morem.

54. Celebrans, accepto à Diacono bireto, ſedet tectus ipſum inter & Subdiaconum ſimiliter bireto tectos medius. Omnes autem tres, dum ſedent, manus ſuper genua (an ſupra, an infra veſtes ſacras, quiſq; ſequatur morem ſuæ Eccleſiæ) habeant expanſas, & obſervent ſequens Decretum.

55. *Celebrans in Miſſa ſolemni procedere debet ad præparatam ſedem, aperto capite, & ita regredi ad Altare, quando ſedere debet, dum cantatur Hymnus Angel. & Symbol. Apoſtolor.* (vide p. I. II. t. XI. n. 11.) *ſed ad illa verba, quæ cantantur in Choro, ad quæ fieri debet inclinatio, tenetur ſe* (prout & Diac. ac Subdiac.) *inclinare nudo capite,* deponendo pro tunc, ſi habeant, biretum, *non obſtante contraria conſuetudine.* S. R. C. 22. Mart. 1676.

56. Circa Hymni finem omnes ſurgunt, &, depoſitis biretis, vadunt, junctis ante pectus manibus, ad infimum Altaris gradum anteriorem, in quo Miniſtri ſacri genu uno flectunt, at Celebrans, ſi abſit Tabernaculum, profundè ſe inclinat, ac aſcendit, elevantibus Miniſtris ejus anteriores veſtes uſq; ad 2. gradum, ubi Diaconus ſe ſiſtit; Subdiaconus verò ſtatim deſcendit in planum Capellæ, ità ut in recta lineâ unus ſtet poſt alium, & uterque poſt Celebrantem.

57. Si autem non ſit ſedendum, Diaconus & Subdiac. toto, quo Hymnus à Choro cantatur, tempore debent in ſuppedaneo manere ſtantes à dextra & ſiniſtra Celebrantis, ſed parùm poſt ipſum, prout ſtabant dum cum eo n. 51. Hymnum legebant. Dum illa verba, ad quæ Chorus ſe inclinat, cantantur, Celebrans quoq; & Miniſtri ſe inclinare debent;

 non

non tamen ſe ſignant, cùm cantatur: *Cum S. Spiritu*, &c. Dum Chorus ferè abſolvit, Diaconus & Subdiac., genu uno flectentes in ſuppedaneo, deſcendunt ad locum ſuum (an cum nova genuflexione, vide n. 51.) unus poſt alium, retrò poſt Celebrantem. *Quod totum à n. 50.*, ait Rubr. eod. n. 7., *etiam ſervatur, cùm dicitur* CREDO.

58. Loca autem, quibus Diaconus & Subdiac. ſtare debent unus poſt alium retrò poſt Celebrantem, ſunt: dum Celebrans cantat *Gloria in excelſ. Deo* n. 50., & *Credo in unum Deum* n. præc. Alia loca exponit Rubr. n. 7. *Et cùm* quater *dicitur*: *DOMINUS VOBISCUM*, ſcil. 1. ante Orationem, 2. ante Offertorium, 3. ante Poſtcommun., & 4. poſt eam.

59. Rubr. eod. n. 7. Inſuper tempore, quo dicitur *Oratio* una aut plures, t. ſeq. n. 1., tam ante Epiſtolam, quàm in ferialibus ante Lectionem tit. ſeq. n. 1., & dum dicitur Poſtcommunio una vel plures, & Oratio ſuper populum (ubi Diaconus interim accedere debeat ad librum, ut pro Collectis notet ſignacula), ac dum dicitur *Præfatio*, & ſub *PATER NOSTER Diaconus & Subdiaconus ſimiliter ſtant unus poſt alterum à tergo Celebrantis*. Proinde non in aliis caſibus (ait *Gavantus* lit. m. in fine) quàm hoc loco à Rubrica præſcriptis.

TITULUS QUINTUS
DE MINISTRIS SUB ORATIONE.

1. Rubr. n. 5. *In Miſſa ſolemni* (præmiſſis iis, quæ habentur tit. præc n. 57.) *cùm à Celebrante dicitur* cantando *DOMINUS VOBISCUM*, Miniſtri ſacri nullo modo ſe inclinant, nec Planetam Diaconus oſculatur; Item cùm *&* cantatur à Celebrante *Oratio* una aut plures, *Diaconus & Subdiaconus ſtant* ambo in linea media, facie ad Altare versâ, unus poſt

alium

aliam verò poſt Celebrantem, niſi ob varias, quæ dicendæ ſunt, Collectas, mutanda ſint per Diaconum in libro ſignacula. Vide t. præc. n. ult.

2. Celebrans itaque, ſalutato populo, tendit per ſuppedaneum, ut in Miſſa privatâ. Diaconus verò à dextris, & à tergo Celebrantis per illum gradum, in quo reperitur, ac Subdiaconus à dextris & à tergo Diaconi per planum, ubi eſt, procedunt ad cornu Epiſtolæ, ſinè ulla præcedente ex parte Diaconi & Subdiaconi genuflexione: ità *Du Molin*, & *Merati* n. 28. quia nec ipſe Celebrans, recedens à medio, caput Cruci inclinavit: Alii verò volunt cum genuflexione, quia Miniſtri ſacri recedunt à medio Altaris. Vide ſupr. t. IV. ante n. 50.

3. Quoties Celebrans cantat *Oremus*, Miniſtri ſacri cum eo caput inclinant. Quoties quoque idem Celebrans nomina *Jeſus*, *Mariæ*, aut *Sancti* illius, de quo fit Miſſa, aut in ea commemoratio, cantat, Miniſtri ſacri caput cum ipſo inclinent. Vide p. I. II. t. XI. n. 16. & ſeqq. Nullus ex Miniſtris debet in fine Orationis reſpondere *Amen*; ſatis enim eſt, quòd illud reſpondeatur à Choro.

4. Rubr. eod. n. 5. Dum in Miſſa ſolemni cantandum eſt *FLECTAMUS GENUA*, illud *dicitur à* ſolo *Diacono*; à *Subdiacono verò* cantatur *LEVATE*, *illo* Diacono *primùm genu* utroq. *flectente*, *hoc* Subdiacono id dein facienti, ſed *primùm* cum omnibus aliis *ſurgente*. ſuprà ſ. 9. *Celebrans verò* (cantato *Oremus*) *non genuflectit*, ſed ſolus manet ſtans, & incipit Orationem eo ipſo, quo cantatum eſt *Levate*.

TITULUS SEXTUS

De Miniſtris ſub Epiſtola, Evangelio, & Credo.

RUbr. n. 4. In *Miſſa ſolemni Subdiaconus circa finem ultimæ Orationis* per ſe, vel per alium de Cre-

Credentia accipit ambabus manibus librum Epiſtolarum, ſic ante quoad Epiſtolam cantandam notatum; deferens illum cum ceris ad dextram, ut faciliùs ac commodiùs aperiri valeat (alii cum ceris ad ſiniſtram) quoad ſuperiorem partem ſuper pectus ſuum quieſcentem; & facta Altari (dum Celebrans in Orationis concluſione cantat Jeſum Chriſtum, ſi fieri poſſit) genu uno flexione in infimi gradûs medio, vadit ad partem Epiſtolæ, ubi, prout ante ſtetit, ſtat facie ſcil. versâ contra Altare, & ſine nova genuflexione (reſponſo ad ultimam Orationem à Choro Amen) cantat clarâ & ſonorâ voce Epiſtolam.

2. Rubr. eod. n. 4. Quam Epiſtolam etiam Celebrans interim ſubmiſſâ, ſeu mediâ inter altam & ſecretam, voce legit, aſſiſtente ſibi Diacono, qui, finitâ totaliter, & non priùs, ultimâ Orationis concluſione, ſine genuflexione à dextris Celebrantis pro ejus ſervitio accedere debet, ſtans ibidem in 2. gradu, vel aliter pro ſitu loci. Hic quoque Diaconus ibidem ſtetere debet, ac ſe inclinare, dum id facit Celebrans; & eidem in fine Epiſtolæ reſpondet: *Deo gratias*.

3. Rubr. eod. n. 4. Et Celebrans item poſt Epiſtolam eâdem ſubmiſsâ voce legit *Graduale*, *Tractum*, &c., *uſque ad MUNDA COR MEUM*, &c. excluſivè. Nec deſerit Diaconus Celebrantem, niſi dum accedit Subdiaconus.

4. Rubr. eod. n. 4. *Epiſtolâ itaque cantatâ, Subdiaconus* claudit ſuum librum, &, portans eum ut n. 1., *facit iterum genu* uno *flexionem Altari in* infimi gradûs medio; & tunc (ut aliqui volunt) librum tradit Acolytho aut alteri, &, manibus junctis, redit ad Celebrantem, &c., ut n. ſeq. *Merati* autem, & plures alii, quibus favet *Cærem. Epiſcop.* l. 2. c. 8. n. 40., aſſerunt, quòd Subdiaconus cum ipſo libro redeat ad ipſum Celebrantem in angulo ad latus Epiſtolæ.

5. Rubr. eod. n. 4. Et ibidem Subdiaconus *genu*

utroque

utroque, quia ſit cum mora, in ſuppedaneo, ſeu commodiori gradu flectens (ſi ſit Canonicus Cathedralis, non genuflectit, ſed ſe ſolùm profundè inclinat) librum, quem, ut n. 2. clauſum ambabus manibus ſub per pectus tenet, deflectit aliquantulum ad Celebrantem (qui per latus ſiniſtrum dextrum ad eum ſe parum convertit) ac reverenter oſculatur ejus manum dextram exteriùs ſuper librum poſitam, ſiniſtrâ Celebrantis ab Altari ad pectus admotâ (ſimile habes p. II. t. IX. n. 11.); deinde format Celebrans Crucem ad illa Omni benedictio) & Subdiaconus à Celebrante (qui prius tamen manus ante pectus jungit) per formationem ſigni Crucis, nihil dicendo, dexterâ benedicitur, ſiniſtrâ iteratò ſuper pectus poſitâ vide ſuprà t. IV. n. 3. Præterquàm in Miſſis defunctorum, dum oſculum & benedictio omittuntur: infrà t. XIII. n. 3.

6. Rubr. n. 5. *Poſteà*, id eſt, poſt acceptam à Celebrante benedictionem, & poſt traditum, juxta *Merati* n. præc., Epiſtolarium librum alicui Acolytho, *Idem Subdiaconus accipit*, non à Diacono (quia id Rubrica nullibi præſcribit) ſed immediatè de Altari *Miſſale Celebrantis*, & illud cum cuſſino aut pulpito *transfert ad cornu Evangelii in Altari.*

7. Volet fortè aliquis, ut Subdiaconus Miſſale, ob ejus dignitatem, deferat Celebrantem inter & Diaconum. Communiter tamen cum *Merati*, *Caſtaldo*, *Vinitore*, &c., traditur, quòd Subdiaconus Miſſale retrò Diaconum deferat, faciens in Altaris medio ſuper infimum gradum genu unoflexionem, quia tranſit per medium Altaris.

8. Rubr. eod. n. 5. *Et* Subdiaconus ſic *ibi ad cornu Evangelii librum locat*, ut pars poſterior libri cornu Evangelii reſpiciat; proin aliter ibi ponitur, quàm ad cornu Epiſtolæ. Tum *miniſtrat Celebranti* (tempore, quo hic privatim legit Evangelium) ſtans à ſiniſtris ejus; & ei ſeſe in omnibus conformat, formando

do

do ſibi cum Celebrante Crucis ſignum in fronte, ore, & pectore, in capitis inclinatione, genuflexione, &c. 5. vertendo etiam folia, ſi neceſſe fuerit, ac reſpondendo in initio: *Et cum ſpiritu tuo, Gloria tibi Domine*, & in fine: *Laus tibi Chriſte*.

9. Rubr. eod. n. 5. *Qui Celebrans*, intereà *in medio Altaris ſubmiſſâ voce* jam dicto: *MUNDA COR MEUM, &c.* ut in Miſſa privatâ, *& deinde lecto Evangelio, quod in fine non oſculatur* (prout nec tunc dicit: *Per Evangelica dicta*, &c. quia hæc poſtea fiunt) redit (*Merati ait ferè*) ad medium Altaris, caput Cruci inclinans, & manet ibid. uſque dum benedicit incenſum & Diaconum, ni ob longam Sequentiam vellet ſedere.

10. Subdiaconus interim aptat Miſſale circa medium Altaris, &, factâ ibidem genu uno flexione, deſcendit ad planum Capellæ retrò poſt Celebrantem (*Merati* n. 22. citans varios, addit: inter cornu Evangelii & medium Altaris) facie verſùs Altare.

11. Rubr. eod. n. 5. *Delato etiam* tempore, quo Celebrans privatim legit Evangelium, *per Diaconum libro Evangeliorum ad Altare*, ſequenti modo: Diaconus, ſtans in cornu Epiſtolæ, librum, ab Acolytho vel ab alio receptum, duabus tenet (vide n. 15. in fine) ante pectus manibus cum dorſo verſùs levam, & deſcendens facit uno genu in infimi gradus medio flexionem; dein aſcendit ad Altare, in cujus medio eum ponit clauſum ad cornu Epiſtolæ, &, factâ ibidem genu uno flexione, redit ad locum ſuum paululùm verſùs cornu Epiſtolæ, expectans ibid. manibus ante pectus junctis.

12. Rubr. eod. n. 5. Circa finem autem cantûs in Choro, Celebrans, miniſtrante eod. Diacono, *imponit incenſum in thuribulum* eodem planè modo, ut id eſt explanatum ſuprà *f.* 23. n. 2. & ſeqq. De ſiniſtra ſub impoſitione incenſi ad pectus ponendâ vide f. 23. n. 3.

13. Rubr. eod. n. 5. *Poſteà Diaconus genu utroque flexus ante Altare*, in ſupremo gradu à parte dextrâ Celebrantis, & (profundè, ait *Merati*, alii capite) inclinatus ſecretâ voce, ac manibus junctis *dicit: MUNDA COR MEUM*, &c. Quo integrè dicto *ſurgit, &* ab eadem Celebrantis dextrâ *accipiens*, præviâ genu unius flexione, *librum Evangeliorum* utrâque manu *de Altari*, eumque tenens cum ceris ad ſuam dexteram, ut eum faciliùs aperire valeat, *petit benedictionem à Celebrante*, *ſimiliter*, ut antea, *genu utroque* ad dexteram Celebrantis *flexus in ſuperiori gradu Altaris*, dicens intelligibili voce: *Jube Domne* (non *Domine*, quia alloquitur hominem Celebrantem) *benedicere*.

14. Celebrans autem, ſtans parùm ad cornu Evangelii, ſe cum dextro latere (qui hic eſt naturalis cum ſole vertendi modus in Miſſa ſemper, niſi aliter fieri non poſſit, ut notavi n. ... adhibendus) vertit ad Diaconum, ſed non integrè, ne terga vertat Cruci, ac manibus junctis dicit: *Dominus ſit in corde tuo*, &c. Cùm verò dicit: *In nomine Patris*, &c. ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, facit ſuper Diaconum (qui in fine reſpondet *Amen*) ſignum Crucis dextrâ, quam dein libro apponit, ... Diacono ... ad oſculandum tradit.

15. Rubr. eod. n. 5. *Diaconus*, *benedictione acceptâ*, & *oſculatâ illius* Celebrantis *manu*, ſurgit, ac, dum Chorus & Organum ceſſant, deſcendit ad Preſbyterii planum ex parte Epiſtolæ, ubi, cum Subdiacono à ſiniſtra ſua, in infimo Altaris gradu genu utrumque flectit (aliis quoque ſuo reſpectivè loco flectentibus) ac ſecum ipſis elevat, & *præcedentibus Thuriferario, & duobus Acolythis, cum candelabris & candelis accenſis* (de Credentia ſumptis) *vadit* (tenens librum Evangeliorum, non ut Subdiaconus ſuum *ſupra pectus* quieſcentem, ſed, ut *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 44. elatè pectori erectum) *cum Subdiacono à ſiniſtris ad locum Evangelii* CONTRA ALTARE VERSUS POPULUM.

[illegible] hæc verba ultima ſic expoſuit, ut Diaconus, cantans Evangelium, ſtet latere dextro ad Altare, ſiniſtro ad populum, & facie ad Aquilonem; & ut Subdiaconus, tenens librum, ſtet ex oppoſito; eſtque hæc praxis antiquo variarum Eccleſiarum ritui, & priſcis Liturgiæ Scriptoribus innixa.

17. *Micrologus*, quem ſequitur *Radulphus Tungrenſis*, vult, quòd Diaconus, ſtans versùs meridiem (eò quòd ibi ſoleant viri conſiſtere, quibus Evangelium maximè eſt annuntiandum) illud canere debeat. Alii verò Rubricam ſic interpretantur, ut Diaconus Evangelium cantet dorſo contra Altare, ſeu facie verſùs populum. Et hunc ſitum videntur litteraliter importare hæ Rubricarum particulæ: *Contra Altare* dorſo, & facie verſùs *populum*. Eſtque hæc inveterata Provinciæ noſtræ praxis.

18. Rubr. eod. n. 5. *Ubi* (ſignificatio hujus particulæ dependet à ſuis, quæ ex n. 16. & 17. tribuitur Diacono cantanti Evangelium) *Subdiaconus librum* (quem à Diacono acceperat) utrâque manu ante oculos elevatum immobiliter, ſeu in ſuo pulpito *tenuerit*, *medius inter duos acolythos* [illegible] *candelabra accenſa*, Diaconus cantando *dicit*: *DOMINUS VOBISCUM*, *junctis ante pectus manibus.*

19. Rubr. eod. n. 5. Cùm Diaconus cantando dicit: *SEQUENTIA*, *&c.*, ſolo pollice dexteræ manûs, ſiniſtrâ ſuper librum poſitâ, *ſignat librum in principio Evangelii*; deinde ſiniſtrâ à libro ad pectus admotâ, ſignat *frontem*, *os*, & *pectus* parvo ſigno Crucis [illegible] habente lineas diſtinctas. Advertat tamen Diaconus, ne ſignet os ſuum, dum profert hæc, vel ſimilia verba: *Secundùm Matthæum*. Id facilliter vitabit, ſi poſtquàm ſignavit frontem, dicendo: *S. Evangelii*, pauſet paulisper, & ſub pauſa ſignet os, & deinde, dicendo: *Secundùm Matthæum*, pectus.

20. Rubr. eod. n. 5. *Poſteà* (tempore, quo Cho-

rus

tus cantatu: *Gloria tibi Domine*; Diaconus, accepto ſine oſculis thuribulo, ter ſcilicet hinc & inde *librum incenſat, hoc eſt, in medio, à dextris* (reſpectu libri, & eſt pars ejus nobilior, correſpondens ſiniſtræ Diaconi) & *à ſiniſtris*, inclinans ſe ante & poſt iam cenſationem propter ſacri Textus reverentiam. Et reddito thuribulo, *proſequitur Evangelium junctis manibus uſque ad finem*.

21. Rubr. eod. n. 2. *Interim Celebrans, poſtquam dedit Diacono benedictionem*, & poſt factam Cruci debitam reverentiam, *retrahens ſe ad cornu Epiſtolæ*, ibidem facie verſus Altare expectare debet, donec à Diacono cantetur *Dominus vobiſcum*; tunc vertat ſe per ſiniſtrum latus (quia aliter fieri non poteſt) obliquè vertens verſus Diaconum, *ibi ſtat junctis ante pectus manibus*, donec Evangelio integrè cantato, fuerit ibidem incenſatus.

22. Rubr. eod. n. 3. *Et cum Diaconus cantando dicit, SEQUENTIA S. EVANGELII, &c. & Sacerdos etiam ſignat ſe*, ut ipſe Diaconus ſuprà n. 20. nec non alii ſe ſignant, præcipuè Subdiaconus, Ceroferarii, & Thuriferarius. *Et cum nominatur JESUS, caput Diaconus inclinet*, non verò librum, ſed Celebrans, qui non totum quaſi corpus (ut aliqui abuſivè faciunt) ſed ſimiliter ſolum caput, aliqualiter tamen cum humeris vertit verſus *Altare*, idque inclinatione infima atque maxima. Cum nominantur alia nomina, ad quæ eſt inclinandum, idem etiam facit Celebrans verſus Evangelium librum, quem Subdiaconus tenet.

23. Dum verò ſub Evangelio genuflectendum, Diaconus id facit verſus librum, Celebrans autem, & etiam Thuriferarius verſus Altare: Subdiaconus autem, & duo Ceroferarii in his omnibus non moventur, ſed perſtant quaſi immobiles. Cær. Epiſc. l. 2. c. 8. & 21. Vide ſuprà [illegible]

24. Rubr. eod. n. 3. Finito per Diaconum Evan-

gelio

gelio (cujus ipſe initium, ſi in præcedenti paginâ reperiatur, folium vertendo diſponit.) *Sacerdos*, ſtans adhuc in eodem loco & ſitu, *oſculatur*, ſed non ſignat, *librum* in principio Evangelii cantati, ambabus manibus tangens illum, *à Subdiacono*, nullâ factâ reverentiâ; ità *Cæremon. Epiſc.* ſuprà (ubi quoque nec Altari, nec Celebranti, nec, ob reverentiam S. Evangelii, SS. Sacramento patenter expoſito; ità *Merati*, & plures alii, quamvis hoc ultimum aliqui negent, & non attingitur à *Cærem. Epiſc.*) *ſibi delatum*, *dicens* poſt oſculum: *PER EVANGELICA DICTA*, &c.

25. Rubr. eâdem n. 5. Tunc Subdiaconus, claudens librum, reverentiam facit Celebranti per profundam inclinationem, & Altari per genu unius flexionem, ac deſcendens à latere Epiſtolæ, librum per ſe vel per alium defert ad Credentiam. *Et Celebrans à Diacono*, debitam ante & poſt reverentiam faciente, ter in lineâ rectâ *incenſatur*.

26. Rubr. eod. n. 5. *Si Sacerdos*, Miſſam ſolemnem celebrans, *aſſiſtente Prælato* (Epiſcopo) *in ſua reſidentia*, liber Evangelii per Subdiaconum *defertur ad Prælatum* oſculandus ab ipſo ſolo; *ut ſuprà* p. I. Tit. VI. n. 16. & ſeqq. Etenim Epiſcopo Miſſæ ſolemni præſenti omnes præeminentiæ, & honores, in *Cæremon. Epiſc.* L. 1. c. 30. conveniunt, *excepta* tamen *quoad thurificationem*, ut ſequitur:

27. Rubr. eod. n. 5. *Et ille Prælatus*, ſeu Epiſcopus, ſi paratus cum Mitra & Pluviali adſit Miſſæ, quæ per Sacerdotem ſolemniter celebratur, ſolus poſt Evangelium *incenſatur*; ſi verò Miſſæ tantùm adſit in Cappa, poſt idem Evangelium, quamvis illud tunc oſculetur, non incenſatur tamen; ut in *Cæremoniali* Epiſcoporum ſuprà. Sed an in hoc ultimo, dum non eſt incenſandus poſt Evangelium Epiſcopus, ſaltem incenſari non debeat ipſe Celebrans?

28. Nova *Gavanti* Editio apud *Merati* poſt n. 20.

ait: *Si* Epiſcopus *interſit Miſſæ in Cappa, neque ipſe* poſt Evangelium *incenſatur, neque Celebrans ibi* (in *Carem. Epiſc.* l. 1. c. 23.) JUBETUR INCENSARI.; *Quare, ſicut contingit aliquando, neminem oſculari Evangelium, ſi V. G. interſint plures Prælati æquales ex eod. Carem. l.* 1. *c.* 30., *ità non incongruit omnem omitti incenſationem poſt Evangelium; Celebrantis quidem ob præſentiam Epiſcopi, & hujus, quia non eſt pluviali indutus.*

29. Negat quoque *Catalanus* l. 2. f. 136. n. 11., dicens: *Nec incenſatur* poſt Evangelium *Epiſcopus*, dum adeſt in Cappa, NEQUE ETIAM CELEBRANS. (vide ſuprà t. IV. ante n. 28.) idque etiam in aliis locis tradit. Tamen idem *Catalanus* (quod notandum) l. 1. f. 327. n. 2. ait: *Quòd autem, finito Evangelio Miſſæ ſolemnis, cui aſſiſtit Epiſcopus cum Cappa, thurificandus ſit Celebrans ſolus, non autem Epiſcopus, declaravit S. R. C.*, ùt ſequitur;

30. *Finito Evangelio Miſſæ ſolemnis, cui aſſiſtit Epiſcopus cum Cappa, thurificandus eſt Celebrans, non verò Epiſcopus.* S. R. C. 4. Aug. 1663. Huic Decreto eſt inhærendum. Aſt ob præſentiam Epiſcopi Celebrans his tantùm eſt incenſandus; Nam *abſente Epiſcopo* tunc *ſolùm thurificandus eſt Celebrans triplici ductu thuribuli.* S. R. C. 30. Jan. 1616.; idem tradit *Carem. Epiſc.* l. 1. c. 29. §. 14.

31. Rubr. eod. n. 5. Celebrans *poſteà*, id eſt, jam incenſatus, regreditur à cornu Epiſtolæ, &, *ſtans in medio Altaris versùs ad Crucem, incipit, ſi dicendum ſit*, CREDO, extendens tunc & elevans manus; cùm cantat *In unum*, eas ante pectus jungit: cùm dicit *Deum*, caput cum Miniſtris. Cruci inclinat, *ſtantibus interim poſt eum* Celebrantem *Diacono & Subdiacono.*

32. Rubr. eod. n. 5. *Deinde* ipſis *ad Altare*, præviâ genuflexione, *accedentibus* (ùt id ad *Gloria* tit. IV. n. 51. eſt explanatum) *& cum eo* Celebrante

 omnia

omnia Symboli verba cum ſuis geſtibus, ſcil. capitis inclinatione, genu unius ad *Et incarnatus eſt*, &c. flexione, & in fine Cruce ſignatione *proſequentibus*, *ut dictum eſt* t. IV. n. 37. & ſeqq. *ad* GLORIA IN EXCELSIS. Quid faciendum ſit Celebranti & Miniſtris, dum in Choro cantatur Symbolum *Credo*, Vide ſuprà t. II. n. 7. & 8.

Sacerdos, qui celebrat Miſſam Conventualem, in qua Chorus tenetur cantare CREDO, *non poteſt eam proſequi eo tempore, quo à Choro cantatur Symbolum* S. R. C. 17. Sept. 1695.

33. Rubr. n. 6. *Si autem ſit prædicandum, Concionator, finito Evangelio* (non eſt tamen improbanda illa praxis, quòd in quibuſdam locis, ut ſeriùs ex neceſſitate advenientes Miſſæ interſint Evangelio, ante illud Concio fiat) *prædicet*, utique ſuper Evangelium; nam alterius argumenti Concio infra Miſſam haberi non poteſt. Et ideo Oratio funebris, juxta *Cærem. Epiſc.*, dicenda eſt, finitâ *de Requiem* Miſsâ. Si Celebrans in Ambone prædicet, deponit Planetam & Manipulum.

34. Rubr. eod. n. 6. *Et Sermone ſive Concione expletâ, dicatur* CREDO, ut ſuprà n. 31., *vel, ſi non ſit dicendum, cantetur* à Celebrante *Dominus vobiſcum*, & *Oremus*, & à Choro OFFERTORIUM.

35. Si Celebrans cum Miniſtris velit ſub *Credo* ſedere, recitato cum eis ſubmiſsâ voce Symbolo, procedant juxta Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem ac loci capacitatem (ſuprà ſ. 11. n. 28. & ſeqq.) & adeo tempeſtivè ſedeant, ut non ſint in via, dum cantatur in Choro: *Et incarnatus eſt*, &c.; nam ſic in via (quod minus conveniret) genu utroque deberent flectere. Dum verò Celebrans cum Miniſtris ſub Symbolo manet ad Altare, Diaconus ad Celebrantis dextram, Subdiaconus ad ejus ſiniſtram, ſed uterque parùm poſt ipſum, ſub toto *Credo* ſtabunt, qui propterea

tereà ſuppedaneum non relinquunt, niſi dum Chorus ultima Symboli verba cantat.

36. Rubr. n. 7. *Cùm verò in Symbolo cantatum fuerit:* ET INCARNATUS EST *usque ad Et homo factus eſt;* inclusivè, *Diaconus*, ſi ſedeat, ſurgit, &, factâ Celebranti profundâ inclinatione, & in medio Altaris genu flexione (ſi verò non ſedeat, cantato *Et homo factus eſt*, ſurgit, &, nullâ factâ Celebranti reverentiâ) vadit ad Credentiam.

37. Rubr. eod. n. 7. Et, *acceptâ burſâ de Credentia, ambabus manibus eam defert elevatam cum ſolitis reverentiis* (id eſt, cum genu unius flexione, Vide t. IV. n. 38.) *ad medium Altaris* in gradu ejus infimo; dein ad Altare aſcendit (ubi Celebrans, & Subdiaconus, ſi non ſedeant, paululùm ſecedunt versùs cornu Evangelii, ut Diacono venienti quaſi totum Altaris medium relinquant) *in quo explicat Corporale*, ùt p. I. II. tit. II. n. 25.

38. Rubr. eod. n. 7. Quo facto, Diaconus genu uno flectit; *&* (ſi Celebrans non ſedeat) ſtat ad ejus dextram parùm poſt ipſum in ſuppedaneo uſque ad finem Symboli. Si verò Celebrans ſedeat, *revertitur* Diaconus *ad Celebrantem*, & ei profundam faciens reverentiam, ſedet ùt ante. *Cùm non dicitur* CREDO, *Subdiaconus* (dum Celebrans legit Offertorium) *defert burſam ſimul cum Calice*, *ùt infrà* tit. ſeq. n. 6. *dicetur*.

39. Rubr. n. 8. *Si quando Celebrans cantat Miſſam ſine Diacono, & Subdiacono* (hoc proin vi hujus Rubricæ quandoque ob defectum Miniſtrorum, aut aliam ob juſtam causam eſt licitum) omiſsâ tunc communiter primâ ad Introitum incenſatione, dicit Celebrans in cornu Epiſtolæ, alternativè cum Acolythis, *Kyrie*, ad quorum ultimum, dum à Choro cantatur, accedit ad medium Altaris.

40. *Merati* hoc loco in fine n. 42. vult, quòd in

hac Miſsâ ſit facienda commemoratio Simplicis, ſi Feſtum, de quo cantatur Miſſa, ſit duplex 2. claſſis, & unà occurrat Feſtum ſimplex, de quo in Laudibus, & Miſſis privatis facta eſt commemoratio. Sed, dum hæc Miſſa eſt Conventualis (ut ſæpius contingit) non videtur id poſſe ſtare cum S. R. C. Decreto ſuprà p. I. t. VII. n. 7.

41. Rubr. eod. n. 8. *Epiſtolam cantat in loco conſueto aliquis Lector ſuperpelliceo indutus, qui in fine non oſculatur manum Celebrantis*, prout nec ille de quo n. ſeq. Deficiente autem Lectore, Celebrans, in loco ſuo remanens, cantat Epiſtolam.

42. In quibuſdam locis conſuetudo habet, ut, adhibito Diacono, pro Subdiacono aſſumatur Clericus Amictu, Albâ cum Cingulo, & Tunicellâ indutus, ſed ſine Manipulo, cui conforme eſt ſequens Decretum: *Deficiente Subdiacono pro Miſſa ſolemni, datâ neceſſitate, poteſt permitti per Superiores, ut ſubſtituatur conſtitutus in minoribus Ordinibus ad cantandam Epiſtolam paratus abſque Manipulo*. S. R. C. 5. Julii 1698.

43. Rubr. eod. n. 8. *Evangelium autem*, deficiente Diacono, non poteſt ſuppleri per inferiorem, licèt, ſeclusâ Stolâ, veſtitus foret ut Diaconus; ſed tunc illud *cantat ipſe Celebrans ad cornu Evangelii*. An, qui hac in Miſſa cantavit Epiſtolam, poſſit aut debeat ab Offertorio uſque ad Orationem Dominicam tenere Patenam, vide tit. ſeq. n. 13.

44. Quamvis in Miſſa Conventuali dierum ſolemnium, quæ ſine cantu & ſine Miniſtris celebratur, juxta S. R. C. Decretum 22. Jan. 1701., non ſit facienda thurificatio, varii tamen tenent cum *Benedicto* XIII, in ſuis opuſcul. de Miſſa cantanda ſine Miniſtris ſacris c. 4. §. 1., hoc Decreto non comprehendi hanc Miſſam, quæ fit *cum cantu, & Miniſtris non ſacris*, ad minus ſaltem uno cum ſuperpelliceo; adeoque in ea adhiberi poſſe incenſationem ad

ad Evangelium, ad Offertorium, & ad Sacramenti elevationem eodem modo, quo fit in Miſſa ſimpliciter ſolemni.

45. Rubr. eod. n. 8. *Qui Celebrans & in fine Miſſæ cantat*: *ITE MISSA EST*, *vel BENEDICAMUS DOMINO*, *vel REQUIESCANT IN PACE pro temporis*, & Miſſarum *diverſitate*. Dum cantandum eſt *Flectamus genua*, ipſe Celebrans id cantat, & flectit genu unó; à Clerico verò, vel ab uno de Choro cantatur *Levate*. Et dum cantandum eſt: *Humiliate capita veſtra Deo*, Celebrans id cantat, ſed facie verſus Altare.

TITULUS SEPTIMUS

DE MINISTRIS AB OFFERTORIO AD CANONEM

1. RUbr. n. 9. *In Miſſa ſolemni*, *dicto* à Celebrante *OREMUS*, *Diaconus*, *& Subdiaconus* poſt ipſum, ſuis in locis genu uno flectentes, illico ſine mora *accedunt* ambo *ad Altare in cornu Epiſtolæ*, prior à dextris Celebrantis, poſterior à dextris Diaconi. *Diaconus* autem *amovet Calicem*, *ſi eſt in Altari*, de illius medio ad cornu Epiſtolæ, ubi Subdiaconus aufert ab eodem Calice parvum, quo tectus erat, velum, tradens illud Ceroferario ad Credentiam deferendum.

2. Rubr. eod. n. 9. *Vel*, *ſi* Calix *eſt in Credentia*, *ut magis decet*, tunc cantato *Oremus*, & ſolo Diacono ad dextram Celebrantis aſcendente, Subdiaconus, poſt factam genu uno flectionem, vadit ad Credentiam, ubi velum ſericum oblongum circa humeros accipiens, manu ſiniſtrâ Calicem (cujus velum parvum relinquitur in Credentia) cum Patena & Hoſtiâ, tectum Pallâ, ad nodum accipit, & ſuper eumdem, extremitatibus veli oblongi coopertum, dex-

 tram

tram leviter, ne quid decidat, apponit; & ſic Altare aſcendit ad Diaconi dextram. Et hoc eſt, quod habet

3. Rubr. eod. n. 9. Diaconus *accipit eum* Calicem *de manu Subdiaconi, qui illum cum Patena & Hoſtiâ, coöpertum Pallâ & velo* oblongo (de parvo velo, quo Calix obtectus fuit, Rubrica non facit mentionem, ut pote ex mente ejuſdem in Credentia relicto) *à collo ſibi pendente, manu ſiniſtrâ tenens, & alteram manum* ſuam *ſuperponens velo, ne aliquid* de Calice *decidat*, ad Diaconum *de Credentia detulit, comitatus ab Acolyto ampullas vini & aquæ portante.*

4. Rubr. eod. n. 9. *Ipſe Diaconus Calicem* (quem Subdiaconus poſuit ſuper Altare) remotis ab eo extremitatibus veli oblongi, *detegit*, auferens ab eo Pallam, *&*, eam ponens versùs partem Epiſtolæ partialiter ſuper Corporale, utrâque manu *dat* reverenter *Patenam cum Hoſtiâ* ſuperpoſitâ *Celebranti, oſculando* prius Patenam, ut paſſim Expoſitores, & habet *Cerem. Epiſc.* l. 1. c. 9. §. 4.; & dein *ejus* Celebrantis *manum.*

5. An Diaconus ipſe debeat Patenam cum hoſtia immediatè de Calice accipere, an verò mediante Subdiacono; eſt præter Rubricam; at *Cerem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 61. ait: *Diaconus capit de manu Subdiaconi Patenam cum* Hoſtia; eamque ſic tenet, ut caput Crucifixi in Hoſtia depicti reſpiciat pectus ipſius Diaconi. Et Celebrans (vide p. I. II. t. VII. n. 7.) debet Patenam (depoſitâ ſuper Altari versùs ſe Hoſtiâ) non partialiter ſubtus (ut in Miſſâ privatâ) ſed totaliter extra Corporale ponere ad cornu Epiſtolæ, utpote illicò tradendam Subdiacono. Ità *Merati* n. 53. At *Cerem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 61. præſcribit: *Capit Patenam SUB CORPORALI*, quod, Celebrante Epiſcopo, obſervandum.

6. Hactenus dicta ſupponunt Corporale ab anté in Altari jacere debitè extenſum ob dicta tit. præt.

n. 36.

n. 36.; alioquin Subdiaconus, impoſito ſibi velo, ùt antè, defert cum Calice burſam Corporalium ad Altare, quam Diaconus duabus manibus accipiens accedit (ei cedente locum Celebrante) ad Altaris medium, ubi, poſt genu unius flexionem, Corporale explicat, burſam ponens in cornu Evangelii, & factâ iteratò genu unius flexione, recedit à medio (ad quod Celebrans cum capitis inclinatione redit, ùt priùs) ad Subdiaconum, ubi cætera peragit, ùt n. præced.

Si adſint Hoſtiæ conſecrandæ pro Communione ſolemni, delatâ Pyxide ad Altare per Sacriſtam, dum Subdiaconus attulit Calicem, Diaconus aperit eam, & collocat ſuper Corporale, priùſquàm tradat Celebranti Patenam; & Pyxidem parùm elevat, dum Celebrans Hoſtiam offert, quâ depoſitâ, & ipſe deponit Pyxidem, cooperit, & collocat eam ſuper Altare, ut non impediat thurificationem ejuſdem. *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 29. §. 2.

7. Rubr. eod. n. 9. *Subdiaconus* interim, dum Celebrans Hoſtiam offert (*Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 62. tribuit id Diacono, qui ritus, ait *Catalanus*, eſt particularis ſolemni Miſſæ Pontificali) *extergit dexterâ Calicem* (quem ſiniſtrâ ad nodum tenet) *purificatorio*, ùt Celebrans in Miſſa privatâ facit. Dein *Diaconus* Calicem pariter ad nodum purificatorio tenet ſuper Altari quieſcentem; & *acceptâ* ſinè oſculo *ampullâ vini de manu Subdiaconi*, *imponit* ad ſufficientiam (Celebrante inſpiciente) *vinum in Calice*.

8. Rubr. eod. n. 9. *Subdiaconus interim ampullam*, vel parvum cochlear *aquæ* ſupra Altaris tabulam prope labium Calicis *tenet*, & *oſtendens aquam Celebranti*, parùm inclinatus *dicit*: BENEDICITE PATER REVERENDE, *qui* Celebrans, manibus priùs ante pectus junctis (quia vadit benedicere) ſiniſtram, non ad pectus, ùt *Merati* n. 56. infrà, ſed ſuper Altare

 ponit,

do ſibi, atque Celebrante Crucis ſignum in fronte, ore, & pectore, in capitis inclinatione, genuflexione, &c.; vertendo etiam folia, ſi neceſſe fuerit, ac reſpondendo in initio: *Et cum ſpiritu tuo*, *Gloria tibi Domine*, & in fine: *Laus tibi Christe.*

119. Rubr. eod. n. 5. *Qui Celebrans*, intereà *in medio Altaris ſubmiſſa voce* jam dicto: *MUNDA COR MEUM*, &c., ut in Miſſa privatâ, *& deinde lecto Evangelio, quod in fine non oſculatur* (prout nec tunc dicit: *Per Evangelica dicta*, &c., quia hæc poſtea ſiunt) redit (*Merati ait ferè*) ad medium Altaris, caput Cruci inclinans, & manet ibid. uſque dum benedicit incenſum & Diaconum, niſi ob longam Sequentiam vellet ſedere.

120. Subdiaconus interim aptat Miſſale circa medium Altaris, &, factâ ibidem genu uno flexione, deſcendit ad planum Capellæ retrò poſt Celebrantem (*Merati* n. 22. citans varios, addit: inter cornu Evangelii & medium Altaris) facie versùs Altare.

121. Rubr. eod. n. 5. *Delata etiam*, tempore, quo Celebrans privatim legit Evangelium, *per Diaconum liber Evangeliorum ad Altare* ſequenti modo: Diaconus, ſtans in cornu Epiſtolæ, librum, ab Acolytho vel ab alio receptum, duabus tenet (vide n. 15. in fine) ante pectus manibus cum dorſo versùs levam, & deſcendens facit uno genu in infimi gradus medio flexionem; dein aſcendit ad Altare, in cujus medio eum ponit cum cornu ad cornu Epiſtolæ, &, factâ ibidem genu uno flexione, redit ad locum ſuum paululùm versùs cornu Epiſtolæ, expectans ibid. manibus ante pectus junctis.

122. Rubr. eod. n. 5. Circa finem autem cantûs in Choro, Celebrans, miniſtrante eod. Diacono, *imponit incenſum in thuribulum* eodem planè modo, ut id eſt explanatum ſuprà f. 23. n. 2. & ſeqq. De ſiniſtra ſub impoſitione incenſi ad pectus ponendâ vide f. 23. n. 3.

13. Rubr.

tunc pendentis: qui mox ſinè genuflexione (quia non eſt in medio Altaris) *vadit poſt Celebrantem ante medium Altaris.*

12. Rubr. eod. n. 9. *Et, factâ genuflexione, ſuper* infimum Altaris gradum, *flexione ibi in plano medio* prope Altaris gradum *ſtat, ſuſtinens eam Patenam elevatam*, ſed non ultra faciem (ſiniſtrâ brachium dextrum ſuſtentante) *uſque ad finem Orationis Dominicæ, ut dicetur*. Quòd Subdiaconus, tenens Patenam, quoties flectit Celebrans, debeat flectere, vide oſtenſum tit. II. n. 19.

13. Prætermittere non debeo, ait *Merati* n. 62., in *Cærem. PP. Auguſtinienſium* præſcribi, quòd ſoli Subdiacono Patena detur tenenda; non verò aliis inferioris Ordinis Clericis, dum in caſu neceſſitatis Officium Subdiaconi in Miſſa exercent. Sed ego non dubitarem etiam inferiori Clerico in tali caſu Patenam tradere; ſcio enim id aliquando in Eccleſia Romanâ actum fuiſſe ſinè ſcrupulo, etiam extra caſum neceſſitatis. Ità *Merati*.

14. At *Catalanus* tom. 1. f. 153. ipſum refellens, *Cæremoniali PP. Auguſtinienſ.* inhærendum cenſet; quia tum Miſſalis Rubricæ, tum *Cærem. Epiſc.* (quæ duo debent eſſe norma & regula) id Subdiacono tantùm, & nulli alteri præſcribunt aut permittunt, prout nec ullum S. R. C. Decretum.

15. Rubr. eod. n. 9. *In Miſſis autem Defunctorum, & Feriæ VI. Paraſceves, Patena non tenetur à Subdiacono*, ut etiam ſuo loco dicitur. Interim notandum eſt, quòd, dum Diaconus porrigit Patenam Subdiacono, Celebrans proſequatur Orationem: *In ſpiritu, &c.* & *Veni Sanctificator, &c.* ut dictum ibi tit. VII. n. 37. & ſeqq.

16. [illegible] benedixiſſe [illegible] ſuper Altari [illegible] VENI SANCTIFICATOR, &c. *ut ſuprà*, [illegible] convertens ſe paulùm ad cornu Epiſtolæ,


tollæ; ſiniſtram de Altari movet ad pectus (quia dextrâ operabitur; & benedicet extra Altare ſuprà t. IV. n. 4.) ac *miniſtrante Diacono naviculam*, & *dicente*: BENEDICITE PATER REVER., *ponit ter incenſum in thuribulum, dicens*: PER INTERCESSIONEM, &c., *ut in ordine Miſſæ.*

Hæc precatio, licèt antiqua ſit, & in Miſſalibus multis præſcripta; in variis tamen deſideratur, & ea etiam hodie à PP. Prædicatoribus & Carthuſianis omittitur in ſuis Miſſalibus. Ità ex *Merati* refert *Catalanus* l. 2. f. 322. Interim Celebrans reddit cochlear, ac, junctis priùs ante pectus manibus, benedicit, ſiniſtrâ iteratò pectori appoſitâ, dextrâ formans extra Altare ſignum Crucis ſuper incenſum ad illa: *Dignetur Dominus bene ✠ dicere.* Reliqua omnia fiunt, ut ſuprà t. IV. n. 16. & ſeqq.

17. Author hujus precationis: *Per interceſſionem B. Michaëlis Archangeli*, &c., non intendit exprimere Angelum, qui *Apoc.* 8. ſtetit ante Altare, aureum habens thuribulum, &c. (hic Angelus tamen non dicitur, niſi merè conjecturaliter fuiſſe *S. Michaël*) ſed reſpexit ad factum *Zachariæ*, expreſſitque in ſua precatione illum Angelum, qui *Lucæ* 1. eidem apparuit *Zachariæ*, ſtetitque à dextris Altaris incenſi, ac præfato *Zachariæ* dixit: *Exaudita eſt Oratio tua.*

18. Hic autem Angelus fuit *Gabriël.* Inſuper antiquiſſimi Codices non *Michaëlis*, ſed *Gabriëlis* referunt nomen. Ex his deducunt *Merati* & *Catalanus*, quòd nomen *Michaëlis*, non ab Authore hujus precationis fuerit eidem inſertum, ſed oſcitantiâ librariorum intruſum. Meritò igitur Cardinalis *Thomaſius* hujus loci emendationem exoptabat.

19. Rubr. eod. n. 10. *Deinde* Celebrans, *accepto cum debitis oſculis thuribulo per manum Diaconi, nullam tunc faciens Cruci reverentiam, incenſat oblata; ter ducens thuribulum*, æquali (N. B.) altitudine,


ORDO INCEN= SANDI OBLATA
PER MODUM CRUCIS
IHS
Quando Sacerdos ter ducit thuribulum super Calicem et Hostiam simul in modum Crucis, item ter per modum circuitus; quamvis tres Cruces et tres circuitiones in his figuris appareant super Oblata inter se distantes, hoc factum est ex necessitate, quia in eadem linea non poterant sculpi verba dicenda in qualibet Cruce et circuitione. Unde tres Cruces super Oblata et tres circuli fieri debent in eadem linea, loco, situ, modo, &c.
PER MODUM CIRCULI
IHS

ſic ſcil. (ut ſuprà p. I. II. c. VII. n. 41. & ſeqq. de Cruce manu formanda ſuper Calicem & Hoſtiam ſimul, dictum eſt) ac ſi Hoſtia eſſet æqualiter cum Palla Calicis elevata, *ſuper Calicem & Hoſtiam ſimul in modum Crucis*, ut videri poteſt in figura B. hoc loco appoſita.

20. Non demittit ergo thuribulum, quaſi per lineam diagonalem, nec illud elevat per 4 partes, ut varii (duce *Craſſo* apud *Catalanum* l. 2. t. 322.) alibi five faciunt, quaſi 4 puncta ſignantes; ſed ter ducet thuribulum æquali altitudine *in modum Crucis* per duas lineas, quarum prima erit recta, incipiens à medietate Pallæ verſus pectus uſque ad finem Hoſtiæ; altera erit tranſverſalis prope oram Pallæ anteriorem, quæ mediare ſolet Calicem inter & Hoſtiam.

21. Rubr. eod. n. 10. *Et Celebrans ter in modum circuli circum Calicem, & Hoſtiam* ſic ducit thuribulum, ut ipſius operculi ſummitas non elevetur altius, quàm ſummitas cuppæ ipſius Calicis. Atque ita *ſcilicet in modum coronæ bis* ducit thuribulum *à dextera* ſuâ *ad ſiniſtram* in ductu 7. & 8. in ſchemate, *& ſemel à ſiniſtra* ſuâ *ad dextram* in ductu 9. (*Diaconus interim*, dum oblata per modum Crucis & Circuli incenſantur, *pedem Calicis*, nè aliquid ei obveniat, *tenente manu dextrâ*, & ſiniſtrâ poſteriorem Caſulæ partem parùm elevante) *diſpenſans verba qualibet in incenſatione*

22. Rubr. eod. n. 10. *Hoc modo*: *In prima* Oblatorum Crucis *incenſatione* in linea rectâ ad ductum 1. dicitur: INCENSUM; in tranſverſali ad 2. ISTUD. *In ſecunda* in linea rectâ ad 3. A TE, in tranſverſa ad 4. BENEDICTUM. *In tertia* in linea rectâ ad 5. *Aſcendat*; in tranſverſa ad 6. AD TE DOMINE. *In quarta* incenſatione (quæ fit *in modum Circuli*, & incipit ad ductum 7., movendo thuribulum à dextra ad ſiniſtram) dicitur: ET DESCENDAT SUPER NOS. *In quinta*, in qua ſimiliter à dextra ad ſiniſtram, *& in ſexta*, in qua

è contrà

è contrà à ſiniſtra ad dexteram, ad 8. & 9. dicitur: *MISERICORDIA TUA.* Omnia patent ex ſchemate B., in quo bene notanda ſunt hæc ibidem verba: *Quando Sacerdos ter ducit, &c.*

23. Rubr. eod. n. 10. *Deinde* Celebrans, *factâ* Cruci per capitis inclinationem, vel, ſi in Altari patens ſit cum incluſo SS. Sacramento Tabernaculum, per genu unius flexionem (quam Diaconus hoc loco ſemper facit infrà n. 90.) *reverentiâ, incenſat* eodem planè modo *Crucem & Altare*, ut id dictum eſt ſuprà t. IV. à n. 12. ad 34. *aſſiſtente eodem Diacono*; ac *interim* Celebrans ſub hac ſolâ incenſatione à tempore, quo Crucem & Altare incipit incenſare, loquitur, *dicens: DIRIGATUR, DOMINE, ORATIO MEA, &c.*

24. Quidam tamen Crucem, & Reliquias, ſi adſint, muti incenſant; dum autem Altare ad ductum 8. incipiunt incenſare, tunc tantùm, & non prius, incipiunt dicere, ac diſtribuere dicta verba: *Dirigatur, Domine, &c.* Sed hoc eſt contra ſenſum naturalem hujus Rubricæ: *Interim*, hoc eſt, dum incenſat Crucem & Altare, *dicens: DIRIGATUR, &c.* Inſuper dicta ſub Crucis incenſatione taciturnitas eſt expreſſè contra *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 23. §. 11., ubi ait: *Cùm Epiſcopus*, vel alius Celebrans, *INCIPIT THURIFICARE CRUCEM, incheat illa verba: DIRIGATUR, DOMINE, &c. ita ut* Celebrans *ea verba taliter diſtribuat, ut eodem tempore finiantur verba EXCUSATIONES IN PECCATIS*, & thurificatio ad ductum 29. ſequenti modo:

25. Si ſint Reliquiæ in Altari incenſandæ, verba Orationis *Dirigatur* &c. ſic diſtribuuntur:

Pro incenſatione Crucis:

1. *Dirigatur* 2. *Domine*
3. *Oratio mea*

Pro incenſatione Reliquiarum:

4. *Sicut* | 6. *In conſpectu*
5. *Incenſum* | 7. *Tuo.*

27. Si non adſunt Reliquiæ, diſtributio fit:

Pro incenſatione Crucis

1. *Dirigatur Domine Oratio mea,*
2. *Sicut incenſum*
3. *In conſpectu tuo*

28. Et tunc, omiſſis ductibus 4. 5. 6. 7., proceditur immediatè ad ductum 8. ſequentem, propter modò

8. *Elevatio*	19. *Labiis*
9. *Manuum*	20. *Meis,*
10. *Mearum*	21. *Ut non*
11. *Sacrificium*	22. *Declinet*
12. *Veſpertinum*	23. *Cor meum*
13. *Pone Domine*	24. *In verba*
14. *Cuſtodiam*	25. *Malitiæ*
15. *Ori meo,*	26. *Ad excuſandas*
16. *Et Oſtium*	27. *Excuſati-*
17. *Circum-*	28. *Ones in*
18. *Stantiæ*	29. *Peccatis.*

29. Advertat Celebrans attentè ſub hac incenſatione ad omnia & ſingula, quæ ſuprà toto t. IV. dicta ſunt, ſignanter de gravitate, & pauſis ſub incenſatione tenendis; de thuribulo ad ductus 8. 9. 10., & 16. 17. 18. non in altum, ſed baſſè ad poſteriorem menſæ Altaris partem ducendo: quòd ad ductus 13. 14. 15., & 21. 22. 23. thuribulum ducatur lineâ obliquâ, velut in ſemicirculum; ad alios verò ictus ducatur lineâ rectâ, &c.

30. Rubr. eod. n. 10. *Et, cùm incenſatur, ſeu incenſanda eſt Crux, Diaconus,* faciens genu uno flexionem ſuprà n. 23., *amovet* dextrâ *Calicem* de medio Altaris, quem in eodem *ad partem Epiſtolæ* vel collocat, vel tenet manu. *Et, incenſatâ* ter à Celebrante *Cruce*, Diaconus *reponit* Calicem *in loco ſuo*, flectens genu uno.

31. Sub hac ad Offertorium Altaris incenſatione ſolus Diaconus manu ſiniſtrâ partem Planetæ Celebrantis

brantis poſteriorem ſuſtinet, dextrâ ad pectus poſitâ; & ſic cum Sacerdote ambulante ambulat, & transiens Crucem, ipſe ſolus genu uno flectit, licèt Celebrans caput tantùm inclinet. Subdiaconus autem ſub hac incenſatione non ambulat, ſed manet in loco ſuo, niſi quòd cum Celebrante, dum hic genu flectit, & ipſe genuflectere debeat, ut oſtenſum eſt t. II. n. 12.

32. Rubr. eod. n. 10. *Cùm Celebrans* (dicto à ſe in cornu Epiſtolæ ad ductum 19. & ultimum *In peccatis*) *reddit* utrâque manu *thuribulum Diacono*, tunc *dicit: ACCENDAT IN NOBIS DOMINUS IGNEM SUI AMORIS, ET FLAMMAM ÆTERNÆ CHARITATIS, AMEN; &* eod. loco ac modo, ut t. IV. n. 27., *incenſatur* Celebrans *ab eo* Diacono.

33. Rubr. eod. n. 10. *Deinde Diaconus* ſinè mora (ſeu mox, ut ait *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 9. §. 5.) tendit ad ultimum Altaris gradum, genu ibid. uno flectens; & (impoſito, ſi opus eſt, per Acolythum ſinè benedictione thuris in thuribulum) recedit, ac *incenſat Chorum*. In hac incenſatione quilibet ſuæ Eccleſiæ conſuetudini approbatæ inhæreat, & obſervet S. R. C. Decreta, quæ refert *Merati* hoc loco n. 72.

34. Rubr. eod. n. 10. *Et poſtremò*, ſeu incenſato Choro, Diaconus prope Altare reverſus, & factâ à ſe ac Subdiacono genu uno flexione, ſtat in parte Epiſtolæ, & facie ad faciem incenſat duplici ductu *Subdiaconum* tenentem, & parùm demittentem *Patenam*. Hic, factâ Diacono reverentia, faciem vertit ad Altare, genu uno flectit, ſurgit, & ſtat ut antè.

35. Rubr. eod. n. 10. *Et ipſe Diaconus* aſcendens ad ſecundum (alii ad infimum) poſt Celebrantem Altaris gradum, ibi uno genu flectit, & ſe, junctis ante pectus manibus, vertens, bis *incenſatur à Thuriferario. Et Thuriferarius poſtea incenſat Acolythos*, quemlibet uno ductu, *& ter populum*, ſervatis ubiq. debitis genuflexionibus.

36.

36. Rubr. eod. n. 10. *Celebrans autem, poſtquam incenſatus fuerit* à Diacono, *lavat manus*, totas ſcil. manus, ait *Catalanus* l. 2. f. 108. n. 15. non verò *extremitates digitorum pollicis, & indicis*, ùt in Miſſa privatâ dicitur; vide p. I. II. t. VII. n. 47. Quocircà contra Rubricas faciunt Sacerdotes Miſſam ſolemniter Celebrantes, qui poſt thurificationem non totas quidem manus, ſed ſolùm extremitates digitorum pollicis & indicis lavant. Ità *Catalanus*. Sed judicium ſit penes Lectorem. Vide infrà t. XIII. n. 13.

Rubr. eod. n. 10. *Miniſtrantibus* cum debitis reverentiis *Acolythis*, ſcil., qui habet *ampullam aquæ cum pelvicula* à dextris; *&* qui cum *manutergio* à ſiniſtris. Dein omnia, uſque ad Præfationem, fiunt à Celebrante; ùt in Miſſis privatis, hoc notato; quòd ad *Orate fratres* Subdiaconus reſpondeat: *Suſcipiat Dominus, &c.*

37. Rubr. n. 11. *Cùm dicitur Præfatio, Diaconus* (dum abſolverit incenſationem) *& Subdiaconus ſtant retro poſt Celebrantem*; qui, cùm cantat: *Domino Deo noſtro*, ſeſe cum Miniſtris inclinat; *Et paulò antequàm dicatur SANCTUS, accedunt*, ſcil. Diaconus & Subdiaconus (quia hi duo ex mente Rubricæ ſunt Nominativus verbi *Accedunt*) ambo ſimul, factâ in locis ſuis genuflexione, *ad Altare*, eo planè modo, quo id t. IV. n. 51. *ad Gloria in Excelſ.* explanatum eſt. Vide infrà ante n. 43.

38. Rubr. eod. n. 11. *Ubi cum Celebrante*, pariter inclinati, *hinc inde*, id eſt, Diaconus junctis manibus à dextris, & Subdiaconus cum Patena à ſiniſtris *dicunt*, ſed baſſiori voce, *SANCTUS, & quæ ſequuntur uſque ad Canonem*, ac cum Sacerdote ad *Benedictus, qui venit*, ſe erigente, erigunt ſe, & cum eodem ſe ſignante, etiam ſe ſignat Diaconus; Subdiaconus verò per Patenam ad hoc eſt impeditus.

39. Rubr. eod. n. 11. *Deinde Diaconus*, facta genuflexione ad dextram, ubi eſt (ait *Merati* n. 84.)

accedit

accedit ad ſiniſtram Celebrantis, ubi iterum genuflectit, quod facit ſemper, quoties de uno latere recedit ad aliud, ità ut ſemper genuflectat in receſſu & acceſſu, non autem in medio, ut malè pleríque faciunt. ità *Meratus*; hoc tamen patitur difficultatem infrà t. XI. n. 1. & 2. & t. XII. n. [illegible]

40. Rubr. eod. n. 11. *Et Celebranti aſſiſtens*, vertendo folia, &c.; *dum dicitur Canon, niſi alius Sacerdos aſſiſtat, quia tunc ipſe* Diaconus *ſtaret* (id eſt, maneret, dicto *Hoſanna in excelſis*, ſtans) ad Celebrantis *dexteram*, ſed *aliquantulùm* (manendo tamen in ſuppedaneo) *poſt Celebrantem.*

41. Unde locus Diaconi ſub Canone (dum in Miſſa ſolemni adeſt Sacerdos libro aſſiſtens) non eſt in medio 2. gradûs retro poſt Celebrantem; quia ſupr. t. IV. n. 57. Canon non numeratur inter loca, in quibus Diaconus ſtare debet à tergo Celebrantis; & patet ſufficienter ex citatis Rubricæ verbis; *Stat ad dexteram aliquantulùm poſt Celebrantem.*

42 Fateor; *Cærem. Epiſc.* l. I. c. 9. §. 5. ait: Diaconus (dicto *Sanctus... Hoſanna in excelſis*) *ſtatim redit ad locum ſuum poſt Celebrantem.* Etenim illi *poſt Celebrantem* non importat *retro poſt ipſum*, ſed, ut ait *Catalanus* n. 9., aliquantulùm poſt ipſum aſtans, ut habetur in Miſſalis Rubrica, nempe in ipſo ſuppedaneo in latere dextro partim poſt ipſum Celebrantem.

Sic pariter *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 67. pro Miſſa Pontificali ait: *Cùm dicit* Epiſcopus *SANCTUS*, *&c.*, *proſequitur cum Miniſtris, videlicet aſſiſtente Preſbytero* à ſiniſtra, *&* *Diacono* à dextra, *qui tunc ad eum accedit*; proin Subdiaconus ſub *Sanctus* in illa Miſſa manet retrò poſt Celebrantem, quod in Miſſa ſolemni non Pontificali per ſe non habet locum. Vide n. 37. & tit. II. n. 15.

43. Rubr. eod. n. 11. *Subdiaconus verſus* (id eſt, reverſus à ſiniſtra Celebrantis ad locum ſibi à

Rubrica,

Rubrica, ſuprà n. 12., tempore quo tenet Patenam, ſeu ab oblatione Calicis uſque ad finem Orationis Dominicæ, deputatum) *ſtat* in plano retrò *poſt Celebrantem*. Hinc, dum adeſt Aſſiſtens, aliter ſub Canone *ſtat* Diaconus *poſt Celebrantem*, & aliter Subdiaconus : hic *ſimpliciter* retrò poſt Celebrantem; ille verò *ſecundùm quid* duntaxat.

44. Quòd in Miſſa ſolemni Conventuali, vel Parochiali truncare non liceat Epiſtolam, Præfationem, &c., per ſe patet; & hinc contra abuſus in hiſce ortos Illuſtriſſ. Ruremund. Epiſcopus 1720. laudabiliſſimè ſic ſtatuit: *Scandaloſum omnino eſt, ac prorſus contra Ritus, & Ceremonias Eccleſiæ, in Miſſa cantandâ pro libitu abſumere, ſeu truncare Epiſtolam, Evangelium, Præfationem, vel Orationem Dominicam; proinde, ne illud impoſterum fiat... ſtrictiſſimè inhibemus*. Vide de *Credo* t. VI. n. 3.

TITULUS OCTAVUS
DE MINISTRIS SUB CANONE.

1. RUbr. n. 8. *In Miſſa ſolemni ad finem Præfationis accenduntur duo ſaltem* (in Feſtis ſolemnioribus, & in majoribus Eccleſiis 4. aut 6.) *intorticia* (vel duæ ad Altaris latera candelæ, proùt eſt cujuſq. Eccleſiæ minoris uſus aut conſuetudo) *ab Acolythis, quæ extinguuntur poſt elevationem Calicis, niſi aliqui ſint communicandi, & tunc extinguuntur poſt Communionem*.

2. Rubr. eod. n. 8. *In diebus etiam jejuniorum in Miſſa cantatâ de Feria vel de Vigilia, & in Miſſis pro Defunctis tenentur* intorticia vel alia luminaria *accenſa uſq. ad Communionem*. Excipiunt Ritualiſtæ Miſſam ſolemnem in Vigilia Nativitatis Domini, Paſchatis, & Pentecoſtes, & in Quat. Temporibus ante Feſtum SS. Trinitatis; nam hæ Miſſæ ſunt Feſtivales, & ſub

eis non flectitur in Choro uſque ad *Agnus Dei.*

3. Eamdem ob rationem exciperem cum *Merati* n. 29. Miſſam ſolemnem in Feria V. *in Cœna Domini*, niſi ſub ea per ſe diſtribuenda foret S. Communio. Rubrica autem non includit Miſſam ſolemnem Rogationum, quæ cantatur 25. April. & triduo Rogat., ſaltem in locis, ubi non eſt jejunium. Vide f. 9. n. 23.

4. Rubr. eod. n. 8. *Cùm autem Celebrans dicit: QUAM OBLATIONEM, &c., Diaconus* à ſiniſtra Celebrantis (dum non adeſt Aſſiſtens) cum debitis, ut t. præc. n. 39., reverentiis *accedit ad ejus dexteram; &* tunc *ibi in ſuperiori gradu*, ſeu in ſuppedaneo *Altaris* (Pyxidem cum Hoſtiis, ſi adſit, ad hæc *Qui pridie*, &c., aperiens, & collocans proximiùs) ad hæc: *Accipite & manducate ex hoc omnes* Celebrantis verba, *genu* utroque, quia fit cum pauſa, *flexus*, *cùm Sacramentum*, tam ſub ſpecie panis quàm vini, *elevatur*, *fimbrias Planetæ* ſiniſtrâ (dextrâ ad pectus, non verò ſuper Altare poſitâ) *elevat.*

5. Rubr. eod. n. 8. *Et idem Diaconus*, *quando opus eſt*, cum Celebrante (dum hic, repoſitâ poſt elevationem Hoſtiâ, genu uno flexit) *ſe erigens*, *Calicem* manu dextrâ, ponens Pallam ad cornu Epiſtolæ, *diſcoöperit*, & illico genu utroque iteratò flectit; ac, depoſito poſt elevationem Calice, ſurgit, & eumdem Patenâ *coöperit*; & tunc *cum Celebrante* genu uno flectente ſimiliter ſemper *genu* uno *flectit*, ac ſurgit.

Cùm Rubrica dicat: *Diaconus... genuflexus...: fimbrias Planetæ elevat*, *&...* SE ERIGENS *Calicem diſcoöperit*; & clariùs *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 9. §. 4. *Diaconus...* repoſitâ à Celebrante *Hoſtiâ...* SURGIT, *detegit Calicem*, *& ſtatim genuflectit*, patet, quòd Diaconus ſub conſecratione debeat ſurgere, ac ſtans detegere Calicem. Hinc tollendus eſt abuſus illorum, qui, ut parcant labori bis ſurgendi & flectendi, manentes genuflexi, quia ſunt ſatis longi, detegunt ac tegunt Calicem.

6. Rubr.

6. Rubr. eod. n. 8. *Subdiaconus* autem ab eo tempore, quo Celebrans dicit: *Quam oblationem*, &c., uſque ad coöpertum à Diacono n. præc. conſecratum Calicem, *genu* utroque (quia fit cum pauſa) *flectit in ſuo loco*, id eſt, in infimo Altaris gradu; & quidem non à ſiniſtra Celebrantis, ùt pauci, ſed, ùt habet *Gavantus* lit. r. cum Ritualiſtis communiùs, in medio ipſius gradûs retrò poſt Celebrantem. Sic enim meliùs verificabitur lii *In ſuo loco*, & aliunde nil obſtat.

7. Rubr. eod. n. 8. *Thuriſerarius* autem, ad idem circiter tempus, *genu* utroque *flexus*, non in medio retrò poſt Subdiaconum cum Patena flectentem, ùt aliqui abuſivè hactenus fecerunt (quia id directè eſt contra hanc Rubricam) ſed *in* plano ad *cornu Epiſtolæ*; atque ità, non dorſum Celebrantis, ſed *ter*, ſeu triplici diſtincto ductu, cum gravitate & pauſâ *incenſat Hoſtiam*, ſcil. 1. cùm Celebrans eam flectendo adorat, 2. *cùm* ipſa ab illo in altum *elevatur*, & 3. cùm Celebrans eam genuflectendo deponit, faciens inclinationem capitis ante & poſt. *Et* planè *ſimiliter* Thuriferarius ter incenſat *Calicem*, *poſito* priùs per ipſum Thuriferarium *incenſo in thuribulum abſque benedictione*.

8. Rubr. eod. n. 8. *Repoſito*, ùt n. 4., *Calice*, *Diaconus* cum Celebrante eumdem coöperit; ac mox, factâ genu uno à dextris Celebrantis flexione, *redit* (quid facere debeat, tranſiens per Altaris medium, vide t. VII. n. 39.) *ad librum* ad ſiniſtram Celebrantis, & ibi, factâ genu uno flexione, folia, dum opus eſt, vertit, & alia facit, ùt n. ſeq.

9. Rubr. eod. n. 8. *Niſi alius* ad librum *aſſiſtat*; tunc enim Diaconus, repoſito Calice, manet ad dextram Celebrantis in ſuppedaneo, ſed aliquantulùm poſt eumdem ob dicta t. præc. n. 40. & ſeqq. Dum Celebrans ſe ſignat, vel pectus percutit, Diaconus

 ſe

ſe ei conformat. *Cæteri* omnes, etiam Subdiaconus tenens Patenam, cooperto per Diaconum Calice, *ſurgunt*, *& ſtant* quilibet *in locis ſuis.*

TITULUS NONUS
DE MINISTRIS AD FINEM CANONIS.

1. RUbr. n. 4. *In Miſſa ſolemni, cùm Celebrans dicit*: PER QUEM HÆC OMNIA, *&c.*; *Diaconis*, *factâ* in loco, in quo eſt, ſcil. prope librum ad ſiniſtram Celebrantis, *Sacramento genu uno flexione*, librum deſerit, & *accedit* (tranſiens per Altaris medium, de quo ſuprà t. VII. n. 39,) *ad dextram Celebrantis*; *&*, factâ iteratò ibidem genu uno flexione, *quando opus eſt* (ſcil. dum Celebrans dixit: *Bene✠dicis, & præſtas nobis*) *diſcooperit Calicem*, *&* *cùm Celebrante* per genu unius flexionem SS. Sacramentum *adorat* tum ipſe Diaconus, tum etiam Subdiaconus tenens patenam, tum alii quoque Miniſtri parati.

2. Ità videtur reſolvendum, ob claram Rubricam ſuprà t. II. n. 11. generaliter dicentem: *Miniſtri omnes* SEMPER *genuflectunt cum Celebrante* genuflectente; à qua generali Rubricæ Regulâ nullus miniſter, nè quidem Subdiaconus (excepto caſu, quo hic ſub Evangelio tenet librum, & Thuriferarii candelabra) ullibi excipitur. Hinc

3. Dictum *Gavanti* lit. n. *Regula verò eſt*, *quòd Diaconus* (*non alii*) *cum Celebrante genuflectente genuflectat*, *ſi ſolus* Diaconus (prout fit hoc loco) *eidem* Celebranti *aſſiſtit*. Et verba *Merati* tit. 8. n. 33. *Nec ille* Subdiaconus, *nec iſti* Miniſtri parati *genuflectunt*, *dum Celebrans*, *&* *Diaconus* hoc loco *genuflectunt*; hæc, inquam, non videntur, nî ſolida allegetur ratio, contra Rubricam ſuprà t. II. n. 11. admittenda.

4. Fateor cum *Merati* ibidem, quòd nec Miniſtri parati ſe ſemper ſub Canone ſignent, quum Celebrans,

&

& Diaconus ei aſſiſtens, ſe ſignant; nam ſignationem nullibi Rubrica tam generaliter præſcribit Miniſtris, dum Celebrans ſe ſignat, ùt patet, dum Celebrans ſe ſignat Hoſtiâ, & Calice, Corpus, & Sanguinem ſumens; &c., vide tit. ſeq. n. 3., ſicut præcipit genuflexionem ſuprà, cujus congruentia videtur, quòd genuflexio Celebrantis ſit ſenſibilior, quàm ejus ſignatio.

5. Accedit, quòd Subdiaconus ſæpe ſit ad ſe ſignandum impeditus, numquàm verò ad genu uno flectendum, niſi ſemel dumtaxat, dum, Diacono cantante Evangelium, ipſe librum tenens, & Ceroferarii tenentes candelabra, inſtar marmorei legilis, & candelabri reſpectivè, ſtant immobiles; quem proptereà caſum (& nullum alium) Rubrica expreſsè à ſua regulâ generali excipit ſuprà f. 11. n. 17.

6. Rubr. eod. n. 4. *Similiter* Diaconus (ad lii *Per Ip*✠*ſum*, &c.) duobus dextræ ſuæ digitis, ait *Carem. Epiſc.* l. 2. c. 9. §. 5., Calicis pedem retinebit, & (ad lii *Omnis honor*, &c.) Calicem Pallâ *coöperit*, *& iterum* cum Celebrante (proùt & cum Subdiacono, aliiſque Miniſtris paratis ſuprà n. 1. & ſeqq.) *genu* uno *flectit*.

7. Rubr. eod. n. 4. *Cùm* Celebrans *incipit PATER NOSTER* (ſeu potiùs dum incipit: *Per omnia ſæcula ſæculor.*) *idem* Diaconus *vadit retrò poſt Celebrantem, factâ priùs* in loco à quo, & etiam (ùt aliqui, quàmvis id Rubrica non exprimat) in loco ad quem, *Sacramento genu* uno *flexione*, *ubi* (retrò poſt Celebrantem) *ſtat*, *dum dicitur Oratio Dominica*, niſi pro vertendo folio ſervire debeat ad librum.

TITULUS DECIMUS
DE MINISTRIS AB ORAT. DOM. AD COMMUN.

1. RUbr. n. 8. *In Miſſa ſolemni Diaconus, ſtans retrò poſt Celebrantem, cùm in Oratione Dominicâ*

 dicitur:

ficitur: *ET DIMITTE NOBIS*, *&c.*, *factâ ibidem genu* uno *flexione*, *vadit* inde *ad dextram Celebrantis*. Ubi vides, quòd Rubrica præſcribat tantùm explicitè genuflexionem Diacono in ſolo termino à quo., prout & Subdiacono n. ſeq.

2. Rubr. eod. n. 8. *Et Subdiaconus circa finem Orationis Dominicæ* (adeoque ipſe ſequitur parùm poſt Diaconum; *Merati* docet, quòd ſimul aſcendant ad Altare in cornu Epiſtolæ) *factâ item genu* uno in infimo Altaris gradu *flexione*, *revertitur ad Altare*, *&*, *ſtans* in ſuppedaneo *in cornu Epiſtolæ* ad dextram Diaconi, *porrigit Patenam* nondum detectam *Diacono*, *qui eam diſcoöperit*, removendo ab ea velum oblongum, quo Patena fuerat tecta.

3. Rubr. eod. n. 8. *Et* Diaconus dictam Patenam *Purificatorio* (quocum eam à Subdiacono manu dextrâ recepit, & immiſit in ſuam ſiniſtram) ſuper Altare *abſtergens* dextrâ, eamdem ex parte digitorum ſuorum eodem Purificatorio involutam *dat Celebranti*, ponens eam inter indicem celebrantis unitum pollici (ſic ut index interiorem Planetæ partem attingat) & digitum medium (dum Celebrans poſt *Sed libera nos à malo* reſpondit *Amen*) priùs Patenam, ità *Carem. Epiſc.* l. 1. c. 9. §. 5., & deinde *illius* Celebrantis *manum* dextram *oſculando*; & tunc reponit Diaconus Purificatorium ſuper Altare juxta Corporale. Celebrans viciſſim facit omnia, ùt in Miſſa privatâ. An autem, dum Celebrans ſe ſignat Patenâ, etiam Diaconus debeat ſe ſignare manu ſua, non exprimit Rubrica, nec *Carem. Epiſc.*, nec *Merati* n. 37. nec *Gavantus*. At *Du Moulin* c. 8. n. 2. id tradit.

4. Rubr. eod. n. 8. *Et* Diaconus, *quando opus eſt* (ſcilicet, dum Celebrans, ſubmittens Patenam Hoſtiæ, dicit: *Ab omni perturbatione ſecuri*) *diſcoöperit* Calicem, Pallam ponens, ſaltem partialiter ſuper Corporale, *&* (cùm Celebrans Hoſtiæ diviſæ particu-

lam

lam in Calicem immiſit; *coöperit Calicem.* Advertat autem Diaconus, nè teneat pedem Calicis, dum Celebrans frangit Hoſtiam, ùt aliqui gratìs faciunt.

5. Rubr. eod. n. 8. *Et cum celebrante* non tantùm ipſe Diaconus, ſed & Subdiaconus, & omnes Miniſtri parati, ob dicta t. præc. n. 2., per genu unius flexionem Sacramentum bis *adorat*, ſcilicet ſemel, dum diſcoöperit, & ſemel dum coöperit Calicem. Numquàm tamen Diaconus (idem eſt de Subdiacono) dum, ſtans juxta Celebrantem, genu uno flectit, manus ſuper Altare ponit, ſed eas ante pectus junctas tenet ad differentiam Celebrantis.

6. Rubr. eod. n. 8. *Subdiaconus* verò, *redditâ* Diacono *Patenâ, & depoſito* per aliquem, qui illud plicat, & defert ad Credentiam, *velo, quod ab humeris ejus pendebat, genu* uno ad dextram Diaconi *flectit, & deſcendit* junctis manibus per gradus anteriores *retrò poſt Celebrantem*, ibique ſtat facie versùs Altare. *Et cùm dicitur PAX DOMINI, &c., iterum* Subdiaconus *genu* uno *flectens* in infimo ante ſe Altaris gradu, *accedit ad ſiniſtram Celebrantis*, ubi iterum genu uno apud Altare flectit, eodem tempore, quo poſt coöpertum Calicem, tam Celebrans, quàm Diaconus, ſuis in locis genu uno flectunt, de quibus n. præc.

7. Rubr. eod. n. 8. *Et* Diaconus ac Subdiac., junctis ante pectus manibus, *ſimul* cum Celebrante modicè inclinati *dicunt* ordinariâ voce: *AGNUS DEI.* Dum autem primâ vice dicunt: *Miſerere nobis*, disjungunt manus ſuas, & dextrâ percutientes pectus, ſiniſtram ponunt, Celebrans ſuper Altare ùt in Miſſa privatâ, Diaconus verò, & Subdiac. infra pectus ſuum, eamque pariter ſuper Altare, & pectori reſpectivè admotam tenent, uſque dum pectus ſuum, pro 2. & 3. vice ad illa verba: *Miſerere nobis*, & *Dona nobis pacem*, percutiunt.

8. Rubr. eod. n. 8. *Deinde* Subdiaconus *factâ ibidem* ad ſiniſtram Celebrantis, *Sacramento genu* uno

flexione, *redit* retrò *poſt Celebrantem*. Deſcendit autem manibus junctis per gradus anteriores uſque ad planum ante Altare, ubi ab ante ſteterat, vel (ùt præſcribit *Merati* n. 41.) ſtans in ſecundo Altaris gradu (ubi Diaconus ſtaret, ſi aſſiſtens à Celebrante reciperet pacem), ut commodiùs ab ipſo Diacono pacem recipere valeat. Sed prius, velùt Rubricæ conformius, fit communiter.

9. Rubr. eod. n. 8. *Diaconus verò* (finito ter *Agnus Dei*) *à dextris* Celebrantis in ſuppedaneo *genu* utroque (quia fit cum pauſâ) *flexus expectat* (utique genuflexus per totam *D. J. C.*, *qui dixiſti*, &c., Orationem expectat) *pacem*; *&*, *cùm Celebrans*, finitâ præfatâ Oratione, *oſculatur Altare* intra Corporale, *ipſe* Diaconus *ſe erigens*, manibus ante pectus junctis (non ſuper Altare poſitis, *Merati* n. 42.) *ſimul* cum Celebrante *oſculatur illud* Altare, ſed *extra Corporale*. Quòd autem hic ſit hujus Rubricæ ſenſus (ſcil. Diaconus debere utroque genu per moram flexum expectare pacem) patet apertè ex ipſis Rubricæ verbis, & declarant *Merati* ſuprà, *Byſſus*, *Bralion*, *Viniſtor*, *Du Moulin*, & quotquot legere potui.

10. Pro Miſſa quidem Pontificali ſic ordinat *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 75. *Aſſiſtens factâ genuflexione Sacramento*, *accedit ad dextrum latus Celebrantis... ubi... dictâ per Celebrantem Oratione*: *D. J. C.*, *QUI DIXISTI*, *genuflectit*, *& STATIM ſurgit*.

Sed magna eſt diſparitas Aſſiſtentem inter in Miſſa Pontificali, ac Diaconum in Miſſa ſolemni, quòd hic cum mora, ſcilicet tempore, quo Celebrans præfatam legit Orationem, proin utroq. genu flectat; aſſiſtens autem eodem tempore ab una Altaris parte ambulans ad aliam, ibi dictam Orationem inveniat abſolutam, ideoque ſine mora uno genu flectat, & ſtatim ſurgat.

11. Rubr, eod. n. 8. *Et* Diaconus *à Celebrante*

(qui

(qui nec ante nec poſt pacis dationem genuflectit) *dicente: PAX TECUM.*, *complexus* (modus complectendi tam *activè*, quàm *paſſivè* relinquitur uſui cujuſq; Eccleſiæ; commodior videtur, quòd Celebrans manum dextram, digitos conſervans intactos, ſuper ſiniſtrum Diaconi humerum ponat) *accipit* Diaconus *pacem* (ſupponendo brachia ſua brachiis Celebrantis) *ſiniſtris* utriuſque *genis ſibi invicem* ſinè attactu phyſico (vidè p. I. II. t. X. n. 57.) *appropinquantibus. Et* Diaconus, *ei* Celebranti caput inclinans ante & poſt amplexum, & pacem acceptam, *reſpondet*: ET CUM SPIRITU TUO.

12. Rubr. eod. n. 8. *Poſteà* (Celebrante interim pergente, ùt in Miſſa privatâ) Diaconus, *iterum Sacramento in Altari* in loco, ubi pacem accepit, cum genu unius flexione manibus junctis *adorato*, per ſiniſtrum Corporis latus, nè terga vertat SS. Sacramento *vertit ſe ad Subdiaconum* ſtantem, utique loco ſuo ordinario, quia alius ei per Rubricas non eſt aſſignatus, ùt id n. 8. eſt expoſitum, *retrò poſt Celebrantem, & ſimiliter* ſinè capitis inclinatione *dat ei pacem*, ſcil. ſuperimponendo brachia ſua brachiis Subdiaconi, dicens: *Pax tecum.*

13. Subdiaconus autem, ſe aliqualiter pro qualitate dantis, inclinans, ſiniſtram genam ſiniſtræ Diaconi, abſque attactu phyſico, jungens, brachia ſua brachiis Diaconi ſupponit, reſpondens: *Et cùm ſpiritu tuo.* Vel quilibet, dando & recipiendo pacem, aliis & aliis poterit uti geſtibus ſecundùm probatam ſuæ Eccleſiæ conſuetudinem; quia hi ſunt præter Rubricam.

14. Rubr. eod. n. 8. *Subdiaconus, acceptâ pace à Diacono, &c., factâ* ab utroque *Altari genuflexione* (ſic ut Diaconus à ſiniſtris, Subdiaconus flectat à dextris in Altaris gradu ſecundo vel infimo juxta n. 8.) *comitatus ab Acolytho, vadit ad Chorum, &c.*, eodem modo

modo, quo accepit, *dat pacem primo cujuſque ordinis; dignioribus priùs, deinde minùs dignis*, ſervando in hiſce laudabilem cujuſque Eccleſiæ conſuetudinem.

15. Rubr. eod. n. 8. *Et* Subdiaconus à Choro *reverſus ad Altare, factâ* in gradu ejus infimo *genuflexione*, ſe vertens *dat pacem Acolytho, qui ipſum comitaverat, qui & aliis Acolythis*, ſeu Ceroferariis *circa Altare dat pacem*, ſervatis inter eos debitis genuflexionibus.

16. Rubr. eod. n. 8. *Deinde Subdiaconus vadit ad dextram Celebrantis*, genu uno ibi flectens. *Et* (modò tam tempeſtivè adſit) *quando opus eſt* (ſcil. dum Celebrans, finitâ meditatione, manus ſuas incipit disjungere) *Diſcoöperit* dextrâ, ſiniſtrâ ſuper pectus poſitâ, *Calicem*, Pallam quoad ſui partem ponens ſuper Corporale; &, flectens ac ſurgens, dum Celebrans id facit, *accipit ampullam vini* de manu Ceroferarii, *&*, quando opus eſt, dextrâ *infundit* vinum cum reverentia & oſculis ampullæ, ſcilicet *quando Celebrans*, qui Calicem tunc porrigit ſuper Altare, non extra, *vult purificare*.

Dein Subdiaconus pro digitorum ablutione (pro qua Celebrans non debet ab Altaris medio recedere p. I. II. t. X, n. 92) infundit dextrâ primò vinum, dein eâdem dextrâ (tranſmiſſâ ad ſiniſtram vini ampullâ) aquam ſuper pollices & indices Celebrantis.

17. Rubr. eod. n. 8. *Diaconus, poſt datam pacem Subdiacono, vadit ad librum* in cornu Evangelii, ubi, poſt genu unius flexionem, aſſiſtit Celebranti, vertendo folia, &c. Et, cùm hic ter dicit: *Domine non ſum dignus*, Diaconus, profundè ſe inclinans, ter dextrâ pectus percutit, ſiniſtrâ ſuper illud poſitâ; quod & Subdiaconus facit, ſi, datâ pace, tempeſtivè adſit, ſtans à dextris Celebrantis.

Dum Celebrans cum Hoſtia ſacrâ ſuper Patenam, & depoſt cum Calice ſacro ſignat ſeipſum ſigno Crucis

Crucis (vide p. I. II. t. X. n. 79. & 72.) nec Rubrica, nec *Carem. Epiſc.*, nec ullus, quod ſciam, Ritualiſta Diacono, & Subdiacono, ſi adſit, præſcribunt, ut ſe cum Celebrante, bis tunc ſe ſignante, ſignent. Proin tunc manent junctis manibus; nullibi enim generaliter præſcribitur, quòd Celebrante ſe ſignante, ſemper Miniſtri, præſertim dum adſtant, ſe ſignent. Vide t. VIII. n. 4.

18. Rubr. eod. n. 8. *Et, dum Celebrans ſe communicat, ſtant ipſe* Diaconus, *& Subdiaconus*, ſi adſit, manibus ante pectus junctis, *profundè inclinati versùs Altare*, &, Celebrante ſe erigente, etiam ſe erigunt.

19. Quid ſi Subdiaconus, dum de Calice deponenda eſt Palla, à pace dandâ ad Altare nondum ſit reversus? Conveniens quidem foret, ut Celebrans in meditatione permaneret, uſque ad Subdiaconi à pace dandâ reditum; ſi tamen interim reponenda foret Palla, & imponendum vinum, quàmvis diviſi ſint Ritualiſtæ, vices tamen ejus potiùs Diaconus (qui tunc à ſiniſtra Celebrantis ad dextram, & depoſt, adveniente Subdiacono, à dextra ad ſiniſtram tranſibit) ſupplebit, quàm Acolythus.

20. Rubr. n. 9. *In Miſſa Pontificali Aſſiſtens accipit* (ùt Diaconus n. 9. & 10.) *& defert pacem* ad Chorum tantùm; nam Diaconi aſſiſtentes, & Diaconus Evangelii, ac Subdiaconus Epiſtolæ (ſi hi ſub Miſſa non communicent) accipiunt pacem ab Epiſcopo.

21. *Iſti enim* omnes (*ùt in Carem.* Epiſc. l. 1. c. 24. §. 3., ait Rubr. eod. n. 9., *habetur*) *capiunt pacem ab eodem Celebrante* Epiſcopo in Miſſa Pontificali *ſtatim poſtquàm illam dederit Presbytero aſſiſtenti*, GENUFLECTENTES (ità rectè legit *Catalanus*, non *genuflectens*, ùt tamen habet exemplar, etiam juſſu SS. D. *Benedicti* XIV. Romæ 1752. editum) *priùs & poſt ante Sacramentum*, *non tamen OSCULANTES Altare.*

22. Et confirmatur ſeq. Decreto *Diaconus & Subdia-*

diaconus in Miſſa Pontificali *accipiunt Pacem ab Epiſcopo Celebrante ſtatim poſt Diaconos aſſiſtentes, ſi in Miſſa Communionem non recipiunt.* S. R. C. 15. Mart. 1608.

23. Si detur Aſſiſtens cum Pluviali in Miſſa ſolemni non Pontificali (ut variis fit in Religionibus, dum Celebrans eſt Prælatus Generalis, aut Provincialis, vel Neomiſta, vel Perſona in dignitate conſtituta) tunc Aſſiſtens, receptâ à Celebrante, n. 11. & 12., pace, eam dabit Diacono in ſecundi gradûs medio ante Altare ſtanti, & hic Subdiacono cum debitis ubiq. genuflexionibus. Aſſiſtens autem more ſolito pacem in Choro diſtribuet; interim Diaconus ſupplet ad librum loco Aſſiſtentis, donec hic redeat; Subdiaconus autem ſtabit à Celebrantis dextrâ.

24. Rubr. eod. n. 9. *Si in Miſſa ſolemni fiat communio*, Subdiaconus Calicem, à Celebrante (ſumpto ſanguine, & antequàm ponatur vinum in Calice pro purificatione) repoſitum, Pallâ cooperit illumque retrahit parùm versùs cornu Evangelii, ſic tamen, ut non ponatur extra Corporale, & lapidem ſacrum.

25. Et idem Subdiaconus mox ad Celebrantis ſiniſtram tranſit, & Diaconus ad ejuſdem dextram, factâ tamen Altari ab utroque in receſſu & acceſſu (de tranſitu per medium, an & ibi ſit flectendum vide tit. VIII. n. 6.) genu uno flexione; Subdiaconus autem in via gradum ſuperiorem cedit Diacono; & ideo hic per 2. gradum; ille verò tranſibit ad cornu Evangelii per planum.

26. Itaque Diaconus, ſtans à dextris Celebrantis, Pyxidem collocat in medio Altaris, ubi priùs ſteterat Calix. Si verò Pyxis ſit retrahenda è Tabernaculo, Celebrans, ut cedat locum Diacono, recedit cum Subdiacono ad cornu Evangelii, ubi ambo genu utroque flectunt. Diaconus Pyxidem, è Tabernaculo extractam, ponit in Altaris medio, eam aperit, ac, mediâ ubique genuflexione, recedit à medio; Celebrans verò

verò ſurgens, ad illud cum genu flexione accedit. *Omnia* de cætero *ſerventur ut ſuprà* p. I. II. t. X.

27. Rubr. eod. n. 9. *Sed Celebrans priùs Communicet* (ſi ſunt communicandi) *Diaconum & Subdiaconum, deinde* (juxta laudabiles cujuſque Eccleſiæ conſuetudines) *alios per ordinem*, quos inter, ſi qui ſint Sacerdotes, hi Stolam à collo pendentem (excepto Diacono, quia ſi ſit Sacerdos, ei ſufficit Stola Diaconalis) habere debent, ut præſcribit *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 32. §. 6.

28. Rubr. eod. n. 9. *Et Diaconus purificationem eis miniſtret*, de quo vide p. I. II. t. X. n. 124. *Interim à Choro cantatur Antiphona, quæ dicitur* COMMUNIO; eſtque etiam cantanda, licèt Celebrans hoc Miſſæ loco nulli, niſì ſibi (ùt ſæpiſſimè fit) diſtribuat S. Communionem.

29. Factâ autem Communione cum debitis reverentiis, Diaconus operit Pyxidem, & reponit in locum ſuum, genuflexo parùm ad cornu Evangelii Celebrante, & poſt eum Subdiacono: quibus deindè ſurgentibus, & repoſito Calice in medio Altaris, eoque detecto, Diaconus & Subdiaconus mutant loca vice verſâ, ùt n. 25., & fiunt omnia alia pro purificatione Celebrantis, quæ ſuprà dicta ſunt.

TITULUS UNDECIMUS

De Miniſtris ſub Postcommunionibus.

1. RUbr. n. 3. *In Miſſa ſolemni Diaconus* (dum Celebrans ablutionem digitorum ſumit) recedit à cornu Evangelii, &, tranſiens per ſecundum Altaris gradum, ibidem in medio genu uno (habens ſimul Subdiaconum poſt ſe ſimiliter flectentem infrà n. 5.) flectit. Ità *Gavantus* lit. o, *Merati* n. 8. *Vinitor*, &c. Cur autem *Merati* hoc in tranſitu genuflexionem præ-

ſcribat Diacono per medium tranſeunti, & eamdem in tranſitu, poſt *Sanctus*, & ad *Quam oblat.* in eod. Diacono carpat, ſuprà tit. VII. n. 39., id ſuam habere videtur difficultatem.

2. Rubr. eod. n. 3. *Defert* itàque Diaconus *librum Miſſalis ad cornu Epiſtolæ*, ubi Celebranti aſſiſtit, eidem præoſtendens Antiphonam *Communio* dictam. *Deinde vadit* ad ſecundum Altaris gradum *retrò poſt Celebrantem*, &, lectâ ab eo dictâ Antiphonâ, per eumd. gradum cum Celebrante, ſemper retrò poſt ipſum, procedit ad Altaris medium, ubi (an Diaconus flectere debeat, vide ſuprà f. 37, ante n. 50.) ſtat versùs Altare, dum Celebrans versùs populum cantat *Dominus vobiſcum.*

3. Tunc cum eod. Celebrante Diaconus (de ejus genuflexione vide f. 41. n. 2.) redit per eumd. 2. gradum ad cornu Epiſtolæ, ubi poſt Celebrantem ſtat junctis manibus uſque ad inceptam Orationis concluſionem, quando ſe in omni Miſsâ (niſi adſit alius, qui id faciat) Celebranti jungit, ut vel claudat librum (quomodò clauſus in Altari poni debeat, vide p. I. II. t. XI. n. 7.) vel, ut diſtinctum ab illo S. Joannis Evangelium, ſi ſit legendum, demonſtret.

4. Si autem Orationi primæ ſub una concluſione conjungi debeat alia, tunc ante Orationis primæ finem Diaconus aſcendit, oſtenſurus aliam Orationem ſub uno *Per Dominum* priori jungendam.

5. Rubr. eod. n. 3. *Subdiaconus verò*, redditis Ceroferario ampullis, *vadit* (ferens ſecum Pallam & cochlear, ſi hæc à Ceroferario non portentur) per planum, vel per infimum Altaris gradum, prout eſt commoditas loci; &, cedens ſuperiorem Diacono, tunc cum libro tranſeunti, gradum, genu uno flectit in medio Altaris retrò poſt Diaconum eodem tempore, quo hic genuflectit. *Gavantus*, *Corſettus*, *Byſſius*, & *Merati* n. 9. Vide n. 16; & pergit *ad cornu Evangelii.*

6. Rubr.

6. Rubr. eod. n. 3. *Ubi* Subdiaconus *Calicem* (quia hæc omnia ei Celebrans relinquit facienda) *mundat*, *aptat cum Purificatorio*, & cochlear ſuperponit, *Patenâ & Pallâ cooperit*, *plicat Corporale* (ſcil. anterior pars priùs, dein poſterior, tunc pars, quæ correſpondet manui dextræ, & pars correſpondens manui ſiniſtræ poſtremò plicatur) *reponit illud in burſam*, *& illam ponit ſuper Calicem* jam ante impoſitionem burſæ ab eodem Subdiacono *coopertum velo* parvo per Ceroferarium de Credentia, aut (ubi pro ipſa non datur locus) de cornu Epiſtolæ ad Subdiaconum delato.

7. Rubr. eod. n. 3. *Quem* Calicem ſic inſtructum Subdiaconus ſiniſtrâ per nodum, dextrâ, nè aliquid decidat, ſuper burſam tenens, *collocat* vel *in Altari*; *vel* (ùt magis decet, ait Rubrica ſuprà tit. VII. n. 2.) *ſuper Credentia*, *ùt priùs* poſitus fuerat, vel denique (ubi non eſt Credentia) deferri poteſt ad Sacriſtiam, ſinè tamen velo humerali, ſed factâ priùs in infimo Altaris gradu genuflexione.

8. Rubr. eod. n. 3. *Poſteà* Subdiaconus cum (vel, ſi veniat de Credentia, ſinè) genuflexione *redit ad locum ſuum retrò poſt Diaconum*, movens ſe de cornu Epiſtolæ ad Altaris medium, dum id cum Celebrante facit Diaconus. Quidſi Celebrans, finitis Poſtcommunionibus, jam foret in medio Altaris, dum Subdiaconus venit de Credentia? Vel ſi Sacriſtia, ad quam portavit Calicem, foret à cornu Evangelii? ℞. Subdiaconus ibit ad Altaris medium, & in infimo ejus gradu flectet uno genu, ſtabitque retrò poſt Diaconum. Quomodò & qualiter ſe habere debeant Miniſtri ſacri, dum finitis Poſtcommunionibus cum Celebrante à cornu Epiſtolæ tendunt ad Altaris medium; vide n. 3.

9. Rubr. eod. n. 3. *Qui* Diaconus, *cùm dicit* (id eſt, antequàm manibus junctis in medio Altaris incipit dicere) *ITE MISSA EST*, priùs facit genuflexionem,

nem, & *cum Celebrante* (id eſt, prout jam Celebrans fecit, cantans: *Dominus vobiſcum*) *vertit ſe* per latus ſuum dextrum *ad populum*; & ſic (reſponſo à Choro: *Et cum ſpiritu tuo*) cantat: *Ite Miſſa eſt*, quod ſubmiſsâ voce dicere non debet Celebrans.

10. Nam ipſemet per Diaconum alloquitur populum: & ideo Celebrans, cantante Diacono, manet ſtans versùs populum, & uterque, ſcil. Celebrans & Diaconus, cantato totaliter *Ite Miſſa eſt*, per eamdem viam vertunt ſe ſimul (ad hoc reflectat Sacerdos, nè ſe priùs vertat) ad Altare. Si autem à Diacono cantandum ſit: *Benedicamus Domino*, id cantat, manens ſtans versùs Altare.

11. Rubr. eod. n. 3. *Et in Quadrageſima*, extra Dominicas, à Feria IV. Cinerum uſque ad Feriam IV. Hebdomadæ ſanctæ utrimque incluſivè in Miſſa Feriali tantùm, *dicto per Celebrantem* (poſt Orationes 2. vel 3. loco reſpectivè dicendas) OREMUS, *Diaconus*, ſtans retrò poſt Celebrantem *in cornu Epiſtolæ*, & ibidem per ſuam dextram, nullâ præmiſſâ genuflexione, *vertens ſe ad populum*, abſque eo quod ſe ad illum inclinet, *junctis* manens *manibus*, & erecto corpore *dicit*, *ut ſuprà*, id eſt, clarâ voce cantat: HUMILIATE CAPITA VESTRA DEO. *Quo dicto*, per eamdem viam *vertit ſe* ſinè genuflexione *versùs Altare à tergo Celebrantis*; *& Celebrans cantando dicit Orationem ſuper populum*.

12. Sicut autem Celebrans non debet ſubmiſsâ voce dicere *Ite Miſſa eſt*, dum n. 9. illud cantatur à Diacono; ità nec ſubmiſsâ voce dicere debet: *Humiliate capita veſtra Deo*, dum id ſimiliter cantatur ab eodem. Aliud eſt de *Benedicamus Domino*, & de *Requieſcant in Pace*, quæ Celebrans (antequam Diaconus ea cantat versùs Altare) ſubmiſsâ voce dicit, reſpondentibus Miniſtris Celebranti, & Choro Diacono: *Deo gratias*, vel *Amen* reſpectivè; ità *Gavantus* cum pluribus Ritualiſtis.

13. Diſ-

13. Diſparitas autem eſt, quòd in caſu de *Ite Miſſa eſt*, & de *Humiliate capita*, &c. populus moneatur duntaxat, quid facere poſſit aut debeat; quod, cùm Celebrans facit per ſuum Diaconum, illud ipſum ſuperfluè faceret deſuper per ſemetipſum. At, in caſu de *Benedicamus Domino*, Celebrans non tantùm alios, ſed & ſe ipſum hortatur ad benedicendum Domino; & in *Requieſcant in pace* pro defunctis orat; adeóque & ipſe illud dicit fructuosè ſubmiſsâ voce.

TITULUS DUODECIMUS

DE MINISTRIS SUB BENEDICT. ET ULT. EVANGELIO.

RUbr. in 7. In *Miſſâ ſolemni* (cantato à ſolo Diacono verſus populum: *Ite Miſſa eſt*, vel à Celebrante dicto, & à Diacono cantato verſus Altare: *Benedicamus Domino*) *Celebrans* (poſtquam digitis manuum Altari innixus dixit: *Placeat tibi S. Trin.* &c.) *eâdem voce clarâ, & modo, quo* p. I. II. t. XII. n. 4. *in Miſſis privatis, ſemel tantùm benedicit populo*.

2. Qui populus, prout & Miniſtri parati, genu utroque flectere debent, Diaconus in ſuperiori gradu à cornu Epiſtolæ, Subdiaconus verò ibid. à cornu Evangelii; & omnes ad Benedictionem dextrâ manu, ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, ſe ſignant ſigno Crucis; nam nec Diaconus, nec Subdiaconus (de hoc tamen vide n. 5.) nec alii hoc loco ſunt ullo modo impediti: Rubrica dicens: *Semel tantùm benedicit*, excipiendo addit: *Niſi ſit Epiſcopus*, vel alius habens privilegium ter in Miſſa ſolemni benedicendi populo.

3. Notandum interim ſequens Decretum: *Ad benedictionem ſolemnem Epiſcopi omnes, etiam Magiſtratus Civitatis, tenentur genu utroque flectere, præter Dignitates, & Canonicos Cathedrales.* S. R. C. 23. Mart. 1641. & 25. Mart. 1671. Hi tamen *debent* ſub Epiſcopi benedictione *caput*, ſed illud cum humeris *tantùm*,

profundè *inclinare*, & ſignare ſe ſigno Crucis. S. R. C. 4. Maji n. 6. 3. & 15. Decembr. 1632. Idem tradit *Gavantus Epiſcopalis* 2. c. 8. §. 40. & 44. de Diacono Canonico Cathedrali, dum ante Evangelium; & de Subdiacono, dum poſt Epiſtolam ab Epiſcopo benedicitur.

4. Benedictione datâ, procedunt ſinguli, & Subdiaconus tendit ad cornu Altaris dextrum, ubi, ait Rubr. eod. n. 7. dicitur per Celebrantem *Evangelium ſecundùm Joannem, vel aliud, ut ſuprà* p. I. tit. XIII. n. 22. *miniſtrante Subdiacono tabellam, vel librum, ſi opus eſt*, qui cum Celebrante (quod & alii faciunt) ſe ſignat, ac eidem reſpondet. Celebrans autem ad illa *Et Verbum Caro factum eſt*, & in tertia Nativitatis Domini Miſſa ad: *Et procidentes*, &c. genu uno cum Diacono, & Subdiacono (quia ſub præſenti S. *Joanne*, aut ſub alio Evangelio non eſt impeditus) versùs librum flectit; cæteri omnes Miniſtri, & qui ſunt in Choro, flectunt versùs Crucem.

5. Dum autem dicendum eſt aliud Evangelium, tunc Subdiaconus, dum Celebrans incipit: *Placeat tibi S. Trinitas*, ſeu cantato *Ite Miſſa eſt*, genu uno flectit in loco ſuo, aſcendit, &c. accipiens librum de cornu Epiſtolæ, illum, flectens in medio retrò poſt Diaconum, defert ad cornu Evangelii; ſed advertat, ut à ſiniſtris Diaconi utrumque genuflectat cum libro præ manibus; & ideò ſub benedictione ſe non ſignat, ſed eâ datâ, ſurgit, ponit obliquè librum ſuper Altare ad cornu Evangelii, ſed adeo tempeſtivè, ut Celebrans, qui propterea lentè procedit pede, non teneatur expectare.

6. Quæris autem, juvenis Diaconus, ubi ipſe ultimi tempore Evangelii debeat ſtare? Juxta *Gavantum*, quem ſequuntur plurimi, quaſi medius ſtabit Celebrantem inter & Subdiaconum, aliquantulùm poſt Celebrantem. Aſt, juxta *Bralion*, aliis *Merati*, debet accedere propiùs ad Altare, paulò versùs cornu Epiſtolæ.

Cùm autem nihil ex Rubricis, aut aliunde certum habeatur, quiſque in hoc ſequi poteſt morem ſuæ Eccleſiæ, velut in aliquo, quod eſt præter Rubricas.

7. Lecto Evangelio, Subdiaconus claudit, ſi claudendus ſit, librum; & Celebrans revertitur ad medium Altaris; Subdiaconus ſubſequens ſtat ab ejus ſiniſtrâ; Diaconus verò, aſcendens ſuppedaneum, ſtat ad ejus dexteram. Factâ autem à Celebrante, & à prædictis Miniſtris, Cruci capitis inclinatione (alii à Diacono & Subdiacono flexione unius genu) Celebrans & Subdiaconus, vertendo ſe per latus ſuum dextrum, cum facie ad cornu Epiſtolæ; Diaconus autem, vertendo ſe per latus ſiniſtrum cum facie ad cornu Evangelii, nè terga vertant Cruci, deſcendunt ad planum ante infimum Altaris gradum.

8. Et, Miniſtris cunctis debito ibidem ordine cum Celebrante diſpoſitis, omnes genu uno flectunt in prædicto gradu, etiam Celebrans, ſi adſit cum incluſo SS. Sacramento Tabernaculum, aliter, eo Tabernac. abſente, Celebrans ſe tantùm inclinat profundè. Et, accipiens à Diacono biretum, *diſcedit*, ait Rubrica eod. n. 7. *cum Miniſtris eo ordine*; adeoque unus poſt alium, *& eo modo*; adeoque omnes tres bireto vel caputio tecti; ac junctis ante pectus manibus, *quo venerat*. Illa, quæ hîc p. I. II. non ſatis clarè, aut non ſatis ſufficienter quoad Celebrantem exprimuntur, & ſcitu ſunt neceſſaria, ſuis reſpectivè locis inveniri poterunt tota p. I. II.

APPENDIX AD TITULUM II. f. 16.

DE QUALITATE PARAMENTORUM.

Caſu contigit, quòd ſequentia de *qualitate Paramentorum*, quæ ſuprà f. 16. ante t. III. poni debuiſſent, ibi collocata non ſint; hinc ea hîc ponimus per modum Appendicis ad Tit. II.

1. RUbr. p. I. t. XIX. n. 1. *In ſolo Officio Miſſæ*, tam privatæ, quàm ſolemnis, etiam in die Paraſceves, *Celebrans ſemper utitur* (uti ſub gravi debet) *Planetâ ſuper Albam*. n. 2. *Si autem ſit Epiſcopus* (aut alius, habens ad hoc indultum Apoſtolicum) *& ſolemniter celebrat*, induit ſe Planetâ *ſuper Dalmaticam, & Tunicellam*.

2. Et quia non datur uſus Planetæ extra Miſſam, ideo Rubr. n. 3. ait: *Pluviali* Sacerdos *utitur in Proceſſionibus, & Benedictionibus, quæ fiunt in Altari*; item quæ cum ſolemnitate fiunt extra Altare, ut benedictiones Eccleſiarum, Imaginum, &c. Sunt tamen aliæ benedictiones minùs ſolemnes, & in fine Miſſalis variæ habentur, quæ non debent fieri in Altari, in quibus ſatis eſt Stolâ & ſuperpelliceo uti.

3. Rubr. eod. n. 3. *Item* Pluvialis uſus habetur *in Officio Laudum* (nec Rubr., nec Cærem. Epiſc. agit de Pluviali in Matutino, licèt & nunc apud nonnullos Regulares ſit in uſu) *& Veſperarum, quando ſolemniter dicuntur. Eodem* Pluviali *utitur Aſſiſtens Celebranti in Miſſa Pontificali*, & quando apud quoſdam Regulares eorum Generales, & Provinciales ſolemniter celebrant. Vide ſuprà t. IX. n. 23. *Item quando Celebrans poſt, vel extra Miſſam Defunctorum facit in fine Abſolutionem*. Vide t. ſeq. n. 29. Pluribus aliis in caſibus conceditur uſus Pluvialis in Pontificali, & Rituali Romanis, in Cærem. Epiſc. & in Miſſali.

4. Dicit quidem *Gavantus* p. 1. t. 19. lit. i. *Neque benedicitur Pluviale, quia communis eſt veſtis cuicumque Eccleſiaſtico, neque ordinata eſt ad Sacrificium Miſſæ*; ejus tamen benedictionis forma extat in Cærem. Prov. noſtræ f. 236.

5. Rub. n. 4. *Cùm Celebrans utitur Pluviali, ſemper deponit Manipulum*, etiam ad functiones flebiles; licèt dicatur *Manipulus fletûs & doloris*, quia eo non amplius utimur, ait *Gavantus* lit. l, ad tergendas oculorum la-

lacrymas Vide p. I. II. t. XIX. ; ubi quoq. oſtenditur, quòd deponendus ſit in Paraſceve ante Crucis adorationem cum Planetâ Manipulus. *Et, ubi Pluviale haberi non poteſt, in benedictionibus, quæ fiunt in Altari*, ac Proceſſionibus ſubſequentibus, V. G. ad Abſolutionem pro Defunct. tit. ſeq. n. 29. (ità plures, Vide *Merati*) *Celebrans ſtat ſinè Planeta cum Albæ, & Stolâ* ante pectus in modum Crucis tranſversâ.

6. Rubr. eôd. n. 5. *Dalmaticâ & Tunicellâ* (hæc *ejuſdem forma eſt*, ait *Carem. Epiſc.* l. 1. c. 10. §. 1., *cujus eſt Dalmatica Diaconi; niſi quòd ſtrictiores, longioreſque aliquantulùm manicas habeat*; in pluribus tamen Eccleſiis nulla prorſus hoc tempore habetur differentia) *utantur* (uti debent) *Diaconus & Subdiaconus in Miſſa ſolemni, & in Proceſſionibus, & Benedictionibus*, *quando* & quoties dictis in functionibus *Sacerdoti miniſtrant* in colore Albo, Rubro, Viridi, & Nigro, quia in his quatuor coloribus Diaconus & Subdiaconus ſemper utuntur Dalmaticâ & Tunicellâ, ſi, quoad colorem Nigrum, Paraſceven dumtaxat excipias. Vide infrà.

7. Similiter Tunicellâ & Dalmaticâ utuntur Diaconus & Subdiaconus in Miſſis Votivis omnibus, quæ fiunt etiam in colore Violaceo. Item in Proceſſionibus quibuſcumque colorem eumdem exigentibus, modò eas exceperis, de quibus n. 11. Item in Miſſis de Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ, ac de Feriis intermediis uſque ad Feriam IV. Cinerum excluſivè (quàmvis hæ Miſſæ omnem excludant lætitiam) ſicut & in Miſſis Rogationum, ac in Proceſſionibus die 25. Aprilis, ac triduo ante Aſcenſionem Domini. Ità paſſim omnes Rituaiſtæ, & patet ex Rubrica ſequenti.

8. Rubr. n. 6. *In Miſſa verò, quæ primò diebus jejuniorum* (id eſt, in Quatuor Temporibus Menſis Septembris, quia de omnibus aliis jejuniorum diebus agitur in ſubſequentibus Rubricæ verbis) cantatur

tatur de Tempore (*prÆterquàm in* Miſſa de *Vigiliis Sanctorum*, Vide n. ſeq.) & ſecundò in Miſſa, quæ in omnibus *Dominicis* & ſingulis *Feriis* totius *Adventûs*, & totius *Quadrageſimæ* de eiſdem reſpectivè, non verò quæ votivè, vel *de Requiem*, aut de Sancto tunc occurrente cantatur. *Ac* tertiò in ſolis *in Vigilia Pentecoſtes ante Miſſam* functionibus; Vide n. 11., qui huic numero uniri debet.

9. Rubr. eod. n. 6. (*Exceptis* primò Miſsâ cantatâ de *Dominica* tertiâ Adventûs, quæ incipit *GAUDETE*, idque non tantùm quæ cantatur in ipſa Dominicâ, ſed *etiam*, *ſi* ſeu quoties *ejus* Dominicæ tertiæ *Miſſa* (*Gaudete*) *infra hebdomadam* (quod tantùm fieri poteſt ter, ſcil. Feriâ II. III. & V.) *repetatur*; & ſecundò Miſsâ cantatâ de *Dominica* quartâ Quadrageſimæ, quæ incipit *LÆTARE*, & in Dominica tantùm celebrari poteſt; non verò infrà hebdomadam repeti poteſt. Et tertiò Miſsâ cantatâ de *Vigilia Nativitatis Domini*, etiam dum occurrit in Dominica quartâ Adventûs; Et quartò *Sabbato Sancto*, ſed tantùm *in Benedictione Cerei* Paſchalis; & *in Miſſa* ſequenti; *ac* quintò in Miſſa cantatâ de *Quatuor Temporibus Pentecoſtes*.)

In his namque 5. Caſibus hoc n. 9. expreſſis; prout & in Miſſis de Vigilia Sanctorum, V. G. *SS. Mathiæ*, *Joan. Bapt.*, *Petri* & *Pauli*, *Jacobi*, *Laurentii*, *Aſſumpt. B. V.*, ſuprà n. 8., Rubrica præſcribit Diacono & Subdiacono Dalmaticam & Tunicellam reſpectivè.

10. Quàmvis autem Rubrica n. præc. à Feriis Quadrageſimæ, non excipiat Feriam V. in Cæna Domini quoad Miſſam; eam tamen ſufficienter excipit *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 23.; & tradunt unanimiter Ritualiſtæ, quòd in ea Miniſtri ſacri uti debeant Dalmaticâ & Tunicellâ, quia eſt Miſſa ſolemniſſima cum Cantico lætitiæ *Gloria in excelſis*, & in Colore Albo, in quo ſemper eſt uſus Dalmaticæ ac Tunicellæ, quæ

pro-

prohibentur dumtaxat in colore Violaceo quoad aliquas Miſſas & functiones, & ſemel in colore Nigro, ſcilicet in Paraſceve, ità *Carem. Epiſc.* l. 2. c. 25. §. 4. vide ſuprà n. 6. & 7.

11. Hæc, quæ habentur hoc numero, uniri debent cum iis, quæ habentur n. 8.; quia ea, quæ habentur n. 9., ponuntur inter *Parentheſim*, & *Clauduntur*. Itàque Rubr. eod n. 6. ait: *Item* quartò *in benedictione Candelarum*, & *in Proceſſione* eam ſubſequente. Hæc duo ſemper fiunt *in die* 2. Februarii, quæ eſt dies *Purificationis B. Mariæ*; in Dominica autem 2. claſſis (dum 2. Februarii in eam cadit) Officium & Miſſa transferuntur in ſequentem diem. *Et* quintò *in benedictione Cinerum*: *ac* ſextò in *benedictione Palmarum*, & in *Proceſſione* eam ſubſequente.

12. Rubr. eod. n. 6. In his ſex caſibus tantùm, n. 7. & 11. expreſſis, ſecundùm reſtrictionem tamen n. 9. poſitam, Diaconus & Subdiaconus *in Cathedralibus*, & *præcipuis Eccleſiis utuntur*, (uti debent) *Planetis plicatis ante pectus* ejuſdem formæ & coloris cum illa Celebrantis, & ipſi non poſſunt tunc uti Dalmaticâ & Tunicellâ reſpectivè.

13. Rubr. eod. n. 6. *Quam Planetam* plicatam *Diaconus* loco commodiori *dimittit*, *cùm*, ſeu antequàm librum Evangeliorum defert ad Altare, & *lecturus eſt Evangelium* (ut oſtendat hanc ſibi veſtem in hoc ſuo miniſterio non eſſe propriam) *eamque tunc ſuper ſiniſtrum humerum ſuper Stolam* (quam geſtat ut aliàs) *complicatur*: *aut* (eſt disjunctivum, & hoc ſecundum, quàmvis recentioris ſit uſûs, ſit ordinariè) *ponitur aliud genus Stolæ*, ejuſdem cum Stola ordinariâ coloris, *latioris* quidem, ſed brevioris formæ *in medium Planetæ plicatæ*. *Et* ità miniſtrabit Celebranti ab impoſitione thuris ad Evangelium, ſi fit facienda, uſque dum Celebrans ſe communicavit, etiam in Paraſceve, *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 26. §. 6. *facta* enim à Ce-

lebrante Communione, Diaconus, latiorem deponens Stolam, *reſumit*, ut priùs, *Planetam* ſuam plicatam.

14. Rubr. eod. n. 6. *Similiter Subdiaconus dimittit eam* Planetam plicatam in loco congruo *cùm*, ſeu paulò antequàm accipit librum, & *lecturus eſt Epiſtolam*, *quam* proinde *legit in Alba* cum Manipulo; *&*, *eâ finitâ*, *oſculatâque* (quod in Paraſceve non eſt faciendum) *Celebrantis manu*, *Planetam* ſuam plicatam *aſſumit*, *ut priùs*; antequàm Miſſale (quod pariter non fit hoc loco in Paraſceve) deferat ad cornu Evangelii. Ità ex *Vinitore* hanc Rubr. exponit *Merati* p. 4. t. 1. n. 4.

15. Per *præcipuas Eccleſias*, pro quibus Rubrica præſcribit Planetas plicatas, intelligit ipſa Collegiatas, & inſignes Regularium Eccleſias, uti, teſte *Joanne Alcazer*, declaravit S. R. C. Imò, adhibitâ majori diligentiâ, repertum eſt in una *Calaguritanâ* 23. Mart. 1631, in Eccleſiis Parochialibus poſſe adhiberi, tempore Quadrageſimæ, & Adventûs, Planetas plicatas. Ità *Merati* in Indice n. 247.

16. Rubr. n. 7. *In Minoribus autem Eccleſiis*, in quibus non eſt permiſſus Miniſtris ſacris uſus Planetarum plicatarum *prædictis* ſuprà n. 7. & 11. *diebus jejuniorum*, Diaconus, & Subdiaconus *Albâ tantùm amicti adminiſtrent* (adminiſtrare debent) & non poſſunt uti Planetis plicatis ratione locorum, ait *Gavantus* n. 7.; & ratione dierum prohibentur portare Dalmaticas & Tunicellas; proin *Subdiaconus* debet eſſe in Alba *cum Manipulo* tantùm; *Diaconus etiam cum Stola ab humero ſiniſtro pendente ſub dextrum.*

17. Rubrica igitur pro Eccleſiis minoribus Dalmaticam & Tunicellam Diacono & Subdiac. prohibet, & inſuper mandat, ut in Albâ tantùm ſerviant *prædictis diebus*, quibus ſuprà n. 8. & 11. pro *Cathedralibus & præcipuis Eccleſiis* præcipit Planetas plicatas. Sed quærit juvenis Diaconus, an in omnibus? Videtur Rubrica prædictas illas dies ad ſolas reſtringere *jejunio-*

rum

rium dies, dicens: *Prædictis diebus*, non omnibus, ſed tantùm *jejuniorum*; quia alii non exprimuntur.

18. Atque ità, ſi litteram Rubricæ ſuprà n. 16. ſpectes in rigore, Dominicæ Quadrageſimæ & Adventûs, ac hujus extra Quat. Tempora Feriæ ſuprà n. 8.; Item Benedictiones & Proceſſiones, extra Diem Cinerum, ſuprà n. 11., non videntur ſub dicta Rubricæ litterâ comprehenſæ. Proin tunc in minoribus Eccleſiis uſus Dalmaticæ & Tunicellæ non apparet magis prohibitus, quàm in Miſſa Dominicæ Quinquageſimæ ſuprà n. 7. Vide Cærem. Prov. noſtr. f. 103. n. 5. & 6.

19. *Gavantus* verò, *Pinitor*, *Merati*, cùm pluribus aliis, quibus & annuè accedit Directorium Romanum Ordinis noſtri, hanc n. 15. Rubricam interpretantur, ut in omni caſu, quo ipſa Planetas plicatas ſuprà n. 8. & 11. pro Eccleſiis majoribus ordinat, Dalmaticam & Tunicellam in minoribus Eccleſiis Diacono & Subdiacono prohibeat, & eis, ut in Alba miniſtrent, præcipiat, & favet S. R. C. Decretum ſuprà n. 14. Atque ità etiam ſentiunt doctiores, quos deſuper conſului.

20. Quo autem fundamento Author aliquis in Paraſceve Diacono & Subdiacono in Minori Eccleſia Dalmaticam præſcribat & Tunicellam, comprehendere non poſſum. Paraſceve enim eſt dies jejunii, & in Rubrica ſuprà n. 8. in illi *In... Feriis... Quadrageſima* comprehenditur; nam *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 25. & 26. in Paraſceve pro Cathedralibus & majoribus Eccleſiis Diacono & Subdiacono Planetas præſcribit plicatas nigras, quaſi & indutus eſſe debet Subdiaconus diſtinctus portans in Proceſſione Crucem denudatam. Proin pro minoribus Eccleſiis Paraſceve continetur his Rubricæ ſuprà n. 16. verbis: *Prædictis diebus jejuniorum* Diaconus & Subdiac. *Albâ tantùm amicti adminiſtrent*. Proin particula *Dalmaticas* p. I. t. XIX. n. 9. habetur pro non appoſita.

21.

21. Quærit Juvenis Diac., an, dum (V. G. Feriâ III. Hebdomadæ ſanctæ, & ſimilibus) in Miſſa cantandâ (quæ fieri debet de Tempore occurrente) exponitur, juſtam ob cauſam, patenter SS. Sacramentum, etiam tunc Diaconus & ſubdiac. in Majori Eccleſia in Planetis plicatis, & in minori in Alba miniſtrare debeant, vel an ſaltem tunc, ob reverentiam SS. Sacramenti expoſiti, uti non poſſint Dalmaticâ & Tunicellâ? caſum nullibi legi propoſitum.

22. Contra Dalmaticam & Tunicellam facit, quòd *Cerem. Episc.* l. 2. c. 25. & 26. præſcribat in Paraſceve tempore Proceſſionis (dum portatur SS. Sacramentum) ut Diaconus in Majori Eccleſiâ ſit ſolâ Albâ cum Stola latiori indutus, & Subdiaconus Planetâ plicatâ. Et aliunde non apparet hactenus ſufficiens ratio, ut à Rubrica clarâ, prohibente in dicta Miſsâ Dalmaticam & Tunicellam, recedatur.

TITULUS DECIMUS TERTIUS
DE MINISTRIS IN MISSA DE REQUIEM

1. Omiſſis quidem iis, quæ de Credentia, ornatu Altaris, aliiſque prævіis ad Sacriſtam ſpectantibus, dici poſſent; notamus tamen, Tabernaculum SS. Sacramenti, ſi adſit, non nigro, ſed velo eſſe violaceo tegendum, ac inter candelabra nullas mortis figuras, aut imagines animarum cum Purgatorii flammis poni poſſe. De cætero referimus Lectorem ad L. II. t. XIII., ubi de omittendis agitur in privata pro Defunctis Miſsâ, quæ & pro ſolemni locum habent. Itaque incipimus cum

2. Rubricâ c. XIII. n. 2. *In Miſſa* DE REQUIEM *ſolemni non incenſatur Altare ad Introitum*, ſed Diaconus ac Subdiaconus, factâ, uſque ad *Oremus*, cum Celebrante Confeſſione, aſcendunt cum eodem pari

paſſu

paſſu ad Altare, (ut ſuprà ſ. 23.) ubi ipſi ſoli, non autem Celebrans genu uno flectunt, ac illico tendunt (de Subdiacono, dum tranſit per medium, an genu uno flectat, vide t. VII. n. 39.) ad ejus dextram, dum ipſe in cornu Epiſtolæ legit Introitum. De nullis umquàm oſculis ſub hac Miſsâ & Abſolutione ſubſequenti *ex parte Miniſtrorum* adhibendis vide n. 19.

3. Ad Introitum nemo ſe ſignat, ſed ſolus Celebrans dexträ ſignat librum, ſuper eum formans ſignum Crucis, ſiniſtrâ ad librum, vel ſuper Altari poſitâ; Miniſtri autem ſtant junctis manibus. Ad *Kyrie* Diaconus, & Subdiaconus, eodem loco & ſitu ùt ſub Introitu ſtantes, alternativè cum Celebrante reſpondent; ac eodem in loco & ſitu manent, donec à Choro cantetur ultimum *Kyrie*.

4. Tunc namque, & non priùs, inde recedunt retrò poſt Celebrantem in linea rectâ, illicò cum ipſo tali ordine iturì ad Altaris mediùm. Vide ſuprà t. IV. n. 48. Quinam ad Orationes, tam ante Epiſtolam, quàm ad Poſtcommuniones; item ſub Canone flectere debeant, vide ſuprà t. II. n. 23.

5. Rubr. eod. n. 2. *Et Subdiaconus, finitâ Epiſtolâ* (ſub qua Diaconus aſſiſtet Celebranti, ùt in Miſſa ſolemni ſuprà t. VI. n. 2.) *non oſculatur manum Celebrantis, nec ab eodem benedicitur*, ſed, factâ in infimo Altaris gradu flexione uno genu, & delato per ſe vel per alium ad Credentiam, vel tradito in manus Diaconi libro, accedit ad cornu Epiſtolæ, transfert Miſſale, eodem planè modo, ùt ſuprà t. V. n. 6., ad cornu Evangelii, & aſſiſtit Celebranti Evangelium legenti, reſpondendo, & ſe ſignando, ùt loco citato. Celebrans in Altaris medio poſt *Munda cor meum*, &c., omittit: *Jube Domine*, &c.; & *Dominus ſit*, &c., ad quod Juvenis, Miſſam celebrans *de Requiem*, bene reflectat.

6. Finito per Celebrantem Evangelio, Subdiaconus

nus reſpondet: *Laus tibi Chriſte*, &, compoſito circa Altaris medium libro, deſcendit ad planum loco ſuo, niſi ſub Tractu, & Sequentia (dum cantatur) ſit ſedendum, ad cujus finem, dum à Choro cantatur: *Pie Jeſu Domine*, Celebrans, Diaconus, & Subdiac. caput inclinant.

7. Quando à Subdiacono Calix ad Altare ſit deferendus in hac ſolemni *de Requiem* Miſſa, Rubrica non notat; hinc varia in variis Eccleſiis praxis. Alicubi Subdiaconus ad initium Miſſæ illum ſecum fert vadens ad Altare. Alibi id facit ſub Sequentia ad illi *Qui Mariam*, &c., &, facta inclinatione Altari ac Celebranti, quærit Calicem; ſi verò Sequentia non cantetur, id facit tempore, quo Chorus cantat Tractum. Alibi Subdiaconus, cantato per Diaconum Evangelio, & tradito Evangeliorum libro ipſi Ceroferario, cum debita reverentia diſcedit quæſiturus Calicem.

8. Rubr. eod. n. 2. *Diaconus* ad finem Tractus, vel Sequentiæ, quia thus non benedicitur, librum, quem, tempore quo Celebrans legebat Evangelium, ſuper Altare poſuerat (vide tit. VI. n. 15.) reaſſumit, & in Altaris medio in ſupremo ejus gradu flexus utroque genu, dicit inclinatus verſus Altare: *Munda cor meum*, &c. uſque ad *Jube Domne*, &c. excluſivè; quia *non petit* à Celebrante *Benedictionem*, *nec oſculatur Celebrantis manum.*

9. Rubr. eod. n. 2. Procedit autem Diaconus cum Subdiacono, ut aliàs, ad cantandum Evangelium; at *non tenentur luminaria ad Evangelium, nec portatur incenſum. Sed duo tamen Acolythi*, ſeu Ceroferarii *ſine candelabris ſtant* manibus junctis, *unus à dextris, & alter à ſiniſtris Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum.* Hi tamen (ſicut etiam Celebrans, & cæteri de Choro) ſe cum Diacono ſe ſignante ſignant, ſolo Subdiacono, utpote qui impeditur, excepto.

10. Rubr. eod. n. 2. A Diacono, ante inceptum Evan-

Evangelium, non incenſatur liber, nec in fine Evangelii incenſatur ipſe *Celebrans* (qui tunc ſimiliter non dicit: *Per Evangelica dicta, &c.*), *nec ad ipſum defertur liber Evangeliorum oſculandus*; ſed Subdiaconus cum Acolytho ſeu Ceroferario tradit ad Credentiam deferendum; & tum ipſe, tum Diaconus ad Altare reverſi unus poſt alium, & uterque retrò poſt Celebrantem, ſtant ibidem, factâ prævie genu unius flexione.

11. Cantato per Celebrantem *Dominus vobiſcum*, & *Oremus*, Diaconus, genu uno flectens, accedit ad ejus dextram, proût & Subdiaconus, pariter poſt genuflexionem, ad dextram (ni ſit deferendus ad Altare Calix ſuprà n. 7.) Diaconi, & omnia fiunt, ut ſuprà t. VII. n. 8. & ſeqq., præterquàm quòd Diaconus, dum Patenam cum Hoſtia, & Calicem cum vino tradit Celebranti, non adhibeat oſcula; & quòd Celebrans Patenam, depoſitâ Hoſtiâ, partialiter infra Corporale, ut in Miſſis privatis, ponat, & quòd ad impoſitionem aquæ in Calicem nec à Subdiacono petatur benedictio, nec ipſa detur à Celebrante.

12. Rubr. eod. n. 2. *Oblata, & Altare incenſantur, ut ſuprà* t. VII. n. 15. in Miſſa ſolemni de Feſto (De Diacono vide infrà n. 37.) *& Celebrans*, ait Rubrica infrà n. 36. *ponit ter incenſum in thuribulum, benedicens illud more ſolito*, (adeoque miniſtrante Diacono naviculam, & dicente: *Benedicite Pater reverende*) dicens: *Per interceſſionem, &c.*, & ſub incenſatione dicit: *Dirigatur, Domine, &c.*, ut ſuprà t. VII. n. 23. De non adhibendis oſculis vide n. 19.

13. Rubr. eod. n. 3. Finitâ Altaris incenſatione, *incenſatur ſolus Celebrans* (*Cærem. Epiſc.* l. 1. 23. §. 15. addit: *Et Epiſcopus tantùm, ſi ipſe non celebret*, licet ipſe non ſit paratus, ſed in ſola adſit Cappâ, ut notant *Merati & Catalanus*) Et quia *non incenſantur alii*, ideo Diaconus illicò reddit thuribulum Subdiacono,

&

& hic Acolytho; & uterque ſub lotione ſe ſiſtit prope Celebrantem.

Dum autem hic abſtergit digitos, vel integras (ut præſcribit *Catalanus* ſuprà t. VII. n. 36.) manus, quibus thuribulum ipſe tetigit, Diaconus ſtat poſt eum in 2. gradu, Subdiaconus poſt hunc in plano, pergentes cum Celebrante ad Altaris medium, ubi, juxta varios, genu uno flectunt. Ad *Orate fratres* R. Diaconus *Suſcipiat Dominus*, &c. Tum hic cum genuflexione aſcendit ad librum, ut inſerviat; & ad Præfationem cum genuflexione revertitur ad locum ſuum retrò poſt Celebrantem.

14. Rubr. eod. n. 4. *Subdiaconus* (in hac *de Requiem* Miſſa) *non tenet Patenam poſt Celebrantem*; & ideo, dum infudit aquam in Calicem, deſcendit ad locum ſuum, &, facta ſuper infimum Altaris gradum in medio flexione genu uno, ſe confert ad ſiniſtram Celebrantis, ſub incenſatione partem Planetæ ſublevat, & facit omnia ut ſuprà t. IV. n. 37. Ad *Sanctus* quoque fiunt omnia, ut alias & ſub toto Canone.

15. Rubr. eod. n. 2. *Sed* idem Subdiaconus, cum non ſit per Patenam impeditus, ad *Benedictus*, *qui venit* &c., ſeſe cum Celebrante ſignat; &, facta ad *Qui pridie*, genu uno flexione, accedit ad cornu laterale Epiſtolæ, & ibidem, accepto ab Acolytho (qui ſine benedictione de novo thus impoſuit) thuribulo, *tempore elevationis Sacramenti*, *genu utroque flexus in eodem cornu laterali* (ita Expoſitores paſſim) *Epiſtolæ* (prom abuſive, & contra Rubricam, id fieret ante medium Altaris retrò poſt dorſum Celebrantis in infimo (ita *Merati*; ſed *Catalanus* in ſuperiori Altaris gradu cum debita ante, & poſt utramque incenſationem inclinatione) illud SS. Sacramentum ter ſub ſpecie panis, & ter ſub ſpecie vini (primò dum Celebrans flectendo adorat, 2. dum elevat; & 3. dum flectens iteratò adorat) *incenſat*.

16. Finita

16. Finitâ elevatione, Subdiaconus ſurgit, & reddito ibidem thuribulo, redit ad locum ſuum retrò poſt Celebrantem, & poſt genu unius flexionem, ſtat ibi uſque ad *Agnus Dei*, quando cum genu unius flexione ad ſiniſtram Celebrantis aſcendit.

17. Cùm Celebrans dicit: *Et dimitte nobis*, Diaconus genu uno poſt eum flectit; & mox ſe recipit ad ipſius dextram, ubi Patenam Corporali & Purificatorio tectam detegit, extergit, & ſine oſculis offert Celebranti. Ad *Agnus Dei* Subdiaconus more ſolito accedit ad Celebrantis ſiniſtram; & uterque cum eo ter dicentes *Agnus Dei*, ſtant capite tantùm inclinati; ſed pectus non percutiunt, prout nec id facit ipſe Celebrans. Finito itaque ter *Agnus Dei*, hi duo mutant locum cum debitis uno genu flexionibus in receſſu & acceſſu, & etiam (juxta varios) in Altaris medio.

18. Nunquam datur pax in hac Miſſâ, in cujus fine, cum Celebrans, reſponſo à Choro pro ultima vice: *Et cum ſpiritu tuo*, verſus Altare dicit: *Requieſcant in pace*; ipſe Diaconus id eodem modo & ſitu cantat, ſemper in plurali, licet Miſſa uni tantùm applicetur; ſed Celebranti Subdiaconus reſpondet *Amen*; Diacono Chorus.

19. Rubr. eod. n. 2. *Miniſtri, cum aliquid porrigunt Celebranti in hac* totâ (*de Requiem*) *Miſſâ* (prout & in Abſolutione eam ſubſequenti) *non* (id eſt, nunquàm) *oſculantur ejus* Celebrantis *manum*, *neque* quamcumque *rem*, *quæ* eidem Celebranti à Diacono vel Subdiacono, aut à quovis alio *porrigitur*. Idem expreſſè tradit *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 11. §. 5., & alibi; ideo id expreſſè ubique prohibitum vides.

20. Rubr. n. 3. *Si diſtribuendæ ſint candelæ, diſtribuantur poſt Epiſtolam, & accendantur ad Evangelium, ad elevationem Sacramenti, & poſt Miſſam, dum fit Abſolutio.* Circa hæc obſervanda eſt ubique conſuetudo locorum.

21. Rubr. eod. n. 3. *Si habendus eſt Sermo*, quia non fit ſuper Evangelium, ſed eſt tantùm in laudem Defuncti Oratio funebris, *habetur* non poſt Evangelium, ſed *finitâ Miſsâ, ante Abſolutionem*. Perinde autem eſt, in quacumque linguâ hæc Oratio fiat. Et quidem, ſi ab uno de Clero Sæculari proclamanda ſit dicta Oratio, fiat in veſte nigrâ ſine Cotta; à Regulari verò in veſte Ordinis: &, factâ oratione ante medium Altaris, nullâ petitâ benedictione ab Epiſcopo (aut alio) ſed, factâ ei (Epiſcopo ſi adſit) profundâ reverentiâ, vel genuflexione pro qualitate perſonæ, aſcendit pulpitum. *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 11. §. 10.

22. In hac Oratione funebri ſervanda eſt regula à *S. Carolo Borrom.* in Concil. 1. Prov. tradita: *Liceat in funere Concionem habere, quæ tota referatur ad humanam miſeriam Fidelium oculis proponendam, omneſque ad vigilandum cohortandos, ne, cùm venerit Dominus horâ, quâ non putarint, inveniat eos dormientes.*

23. Pro ſequenti Rubricâ hæc ſunt bene notanda: *Abſolutio* aliquando fit, *ipſo corpore*, ſeu cadavere Defuncti realiter *præſente*; ſi hic Defunctus fuerit Sacerdos, ponitur ejus corpus cum capite versùs Altare: è contrà verò corpora aliorum Defunctorum, qui non ſunt Sacerdotes, poni debent cum pedibus versùs Altare. Et tunc, *præſente* phyſicè *corpore*, Subdiaconus, cum Cruce, ſemper ſtare debet ad caput phyſicum Defuncti; Celebrans verò ad reales ſepeliendi cadaveris pedes.

24. Dum proin præſens eſt Sacerdotis cadaver, Subdiaconus cum Cruce ſemper ſtabit Altare inter & corpus, quia ſic ſtabit ad caput phyſicum Defuncti; Celebrans verò ſemper ſe ſiſtet corpus inter & navim Eccleſiæ, vel Chori; quia ſic ſtabit ad reales ſepeliendi pedes. Si verò ſit præſens corpus alicujus, qui non eſt Sacerdos, licèt foret Diaconus, tunc Celebrans

lebrans ſemper ſtabit Altare inter & corpus; at Subdiaconus è contrà, ob rationem jam datam, ſtabit cum Cruce corpus inter & navim Chori vel Eccleſiæ.

24. Ità *Carem. Epiſc.* (etiàm ùt ſubſtat editioni Romanæ, ſub *SS. D. Bened.* XIV. 1752.) expreſsè ordinat l. 2. c. 11. §. 15. dicens; Si *fiat Abſolutio, PRÆSENTE CORPORE, SEU CADAVERE, QUO CASU Subdiaconus cum Cruce collocabitur ad* ipſum phyſicum *caput Defuncti, quicumque ille ſit, prout in Rituali Romano* habetur.

25. Et §. 24. idem *Carem. Epiſc.* ait: *Si* igitur ille, qui *defunctus* eſt, *ſit... Sacerdos*, & *CORPUS* ejus *SIT PRÆSENS, faldiſtorium Epiſcopi celebrantis parabitur ad* reales *pedes ejus* corporis præſentis; *non verò ad caput, ùt in Rituali Romano* præſcribitur, ſcil. quòd Celebrans ſtare debeat *ad pedes* corporis Sacerdotis, quod eſt præſens. Ex his hoc n. & n. præc. *Caremonialis Epiſc.* verbis videtur indubitanter patere, quòd ſubſiſtant ea, quæ n. 22. & 23. dicta ſunt. Sed nota: de hac Abſolutione non agunt Rubricæ Miſſalis Romani, quas explanamus, ſed tantùm de ſequenti:

26. Aliquando itàque Abſolutio fit, abſente, vel jam ſepulto cadavere Defuncti, coram ſolo *Tumulo*, ſeu *Lecticâ Mortuorum* (ùt ait Rubrica) & dicitur communiter *Caſtrum Doloris*; & tunc (ſive illud doloris Caſtrum repræſentet corpus abſens Sacerdotis, ſive non Sacerdotis) Subdiaconus cum Cruce ſe ſemper ſiſtit *ad pedes Tumuli*, id eſt, ad illam *Tumuli* partem, quæ eſt ab Altari remotior, ità ut ſemper cum Cruce ſtet Tumulum inter & navim Chori vel Eccleſiæ.

27. E contrà Celebrans ſemper ſtabit in capite loci, id eſt, Altare inter & Tumulum, ſive hic Tumulus corpus abſens non Sacerdotis repræſentet, ſive Sacerdotis. Ità *Carem. Epiſc.* ſuprà §. 24., dicens: *Aliàs*, id eſt; abſente corpore, *SEMPER*. adeoque qualecumque ſit corpus abſens, quòd per Tu-

tumulum repræſentatur, *parabitur* faldiſtorium Epiſcopi *ad caput*, id eſt, ad partem Altari viciniorem, *Lecti*, *ſeu Caſtri Doloris*.

28. Itâ etiam *Gavantus* lit. m. dicens: *Celebrans debet eſſe SEMPER inter Altare & Tumulum, ſeu Lecticam mortuorum ABSENTE CORPORE... PRÆSENTE verò CORPORE ſervatur Rituale* Romanum t. de Exequiis, dicens t. 36. §. 7. *Subdiaconus... accedit ad feretrum, & ſe ſiſtit ad caput Defuncti cum Cruce.*

Fateor: *Caſtaldus*, *Baruffaldus*, & *Merati* volunt, quòd Celebrans ſemper, etiam præſente Sacerdotis Corpore, ſtare debeat Altare inter & corpus; Subdiaconus verò cum Cruce corpus inter & Eccleſiæ navim; tum quia hæc eſt praxis omnium ferè Eccleſiarum; tum quia indecens foret, quòd, præſente corpore Sacerdotis, Subdiaconus cum Cruce ſtaret in loco principali, terga vertens Altari & Cruci; tum quòd verba Ritualis non ità rigorosè interpretanda ſint. Sed videat Lector, an hæc ſufficiant, ut ab aperto *Cærem. Epiſc.* & *Rit. Rom.* textu recedatur.

Rubrica autem Miſſalis Romani, quam explanare conamur, videtur de ea tantùm Abſolutione agere, quæ fit coram *Lectica* repræſentante cadaver abſens, qualecumque illud ſit; tum, quia ipſa utitur tantùm illi, *Lecticâ*, & *Tumulo*; tum quia Chorus immediatè incipit ℟. *Libera*, omiſsâ Oratione: *Non intres in judicium*, ut legunt veteres libri, quæ Oratio præmitti debet, præſente corpore, vide infrà n. 36. 43. & 45. Quæ autem in Abſolutione, præſente corpore, agenda ſint, Rubrica Miſſalis cenſetur ea ſupponere ex *Cærem. Epiſc.*, & *Rituali Romano*. Hæc à n. 22. ſunt benè notanda. Itàque

29. Rubr. n. 4. *Finitâ Miſſâ, ſi, abſente corpore, facienda eſt Abſolutio* (ſic dicta ab Oratione *Abſolve*, quæ ſub ea communiter dicitur, ait *Gavantus* lit. o.) *Celebrans*, factâ Cruci Altaris profundâ inclinatione,

&

& à miniſtris genu uno flexióne, *retrabit ſe ad cornu Epiſtolæ*, vel retrò Altare, vel alibi, juxtà capacitatem loci, *ubi exuitur Caſulâ* per Subdiaconum, vel alium; & , *depoſito Manipulo* (quem & Diaconus & Subdiaconus deponunt, *Cærem. Epiſc.* ſuprà §. 9.) *accipit*, adjutus à Diacono, vel alio, *Pluviale nigrum*. Ubi autem illud non eſt ad manum, maneat Celebrans ſinè Caſula in Alba & Stolâ in modum Crucis ante pectus diſpoſitâ. Miniſtri tunc etiam cum Manipulis Dalmaticam & Tunicellam deponunt.

30. Rubr. eod. n. 4. *Subdiaconus* (utique ille idem, qui aſtitit in Miſſa, *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 11. §. 14.) *medius inter duos Acolythos cum candelabris & candelis accenſis deferri Crucem ſicut in Proceſſionibus*, in quibus, an Crux taliter deferri debeat, ut imago Crucifixi terga vertat portanti; an verò ipſa imago debeat reſpicere Clerum ſubſequentem, inquiri hîc poſſet.

31. Certum eſt, quòd Crux ante Archiepiſcopum deferatur *imagine Crucifixi ad Archiepiſcopum ſequentem versâ*. Ità *Cærem. Epiſc.* p. 1. c. 15. §. 2. Quoad Cruces in aliis Proceſſionibus delatas nihil reperitur in Rubricis, nihil in dicto *Cærem.*, nihil in ullo S. R. C. Decreto; nihil quoque alibi eſt deciſum. Ritus aliſque ſunt diverſi, prout & praxis; proin quiſque ſuæ ſequatur Eccleſiæ morem.

32. Rubr. eod. n. 4. *Præcedentibus duobus aliis Acolythis, uno à dextris cum thuribulo & naviculâ incenſi, alio à ſiniſtris cum vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio. Sequitur Celebrans*, tectum habens bireto caput, *factâ priùs Altari*, deponendo biretum, & caput inclinando Cruci, *reverentiâ*; & *Diaconus* nudo capite *à ſiniſtris ejus* eidem Altari genu uno flectens, & ſecum ferens librum, niſi ab alio ſit delatus.

33. Rubr. eod. n. 4. *Subdiaconus cum Cruce ſiſtit ſe ad pedes*, id eſt, ad inferiorem, ſeu poſteriorem ab Altari partem *Tumuli, ſeu Lectica mortuorum contra*

 Al-

Altare, ſic, ut tum Subdiaconus, tum ipſa Crucis (quam dictus Subdiaconus tenet) imago reſpiciat Altare; *medius inter dictos Acolythos* ſimiliter facie verſus Altare, *tenentes luminaria.*

34. Subdiaconus itaque, medius inter duos Ceroferarios ſemper (abſente corpore) ſtat inter Eccleſiæ vel Chori portam, & ipſum Tumulum, idque ſive *Caſtrum Doloris* cadaver abſens Sacerdotis repræſentet, ſive alterius non Sacerdotis. Vide n. 27., & docent Ritualiſtæ paſſim; ſed tale ſe, & duos Ceroferarios cum candelabris inter & Tumulum relinquant ſpatium, ut Celebrans & Diaconus *Caſtrum Doloris* commodè tranſire poſſint.

35. Rubr. eod. n. 4. *Celebrans verò adveniens* deponit biretum, & ſtat *ex alia parte* Tumuli, ſcilicet *in capite loci* (en error, quia Rubrica per *loci caput*, prout opponitur *pedi Tumuli* repræſentantis corpus abſens, ſive Sacerdotis, ſive non Sacerdotis, intelligat, ſcil. locum) INTER ALTARE ET TUMULUM, ubi proinde Celebrans, abſente Corpore, ſe ſemper ſiſtit, ſed aliquantùm, ne terga directè vertat Altaris Cruci, *verſus cornu Epiſtolæ, ita ut Crucem Subdiaconi reſpiciat: à ſiniſtris ejus ſtat Diaconus, & prope eum alii duo Acolythi deferentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ.*

36. Rubr. eod. n. 4. *Interim*, tempore, quo hæc ita diſponuntur, *cantatur à Choro* ℟. *LIBERA ME, DOMINE, &c.; & circa illius finem Celebrans ponit ter incenſum in thuribulum, & benedicens illud more ſolito*, non dicit: *Ab illo benedicaris*, & manu ſignat formam Crucis. Vide ſ. 25. n. &

37. Rubr. eod. n. 4. *Miniſtrante Diacono naviculam* (qui interim, mediâ verſus Altare genu unius flexione, ad Celebrantis dexteram acceſſit) & cochleari, ſed ſine ullis oſculis ſuprà n. 19., ac prius dicente: *Benedicite Pater reverende.*

38. Rubr. eod. n. 4. *Et Celebrans finito per Cho-*

rum ultimo KYRIE ELEISON, incipit intelligibili, ſed gravi voce cantare: PATER NOSTER, hæc 2. verba tantùm ; & ſecretò proſequendo reliqua, dividens manus, quas hactenus junctas habuit, incipit dexterâ ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, aſperſorium de manu Diaconi ſinè oſculis.

39. Rubr. eod. n. 4. Et Celebrans, factâ Altari, ſe ſufficienter ad illud vertendo (quod commodè fieri poteſt, cùm ſtare debeat versùs cornu Epiſtolæ.) cum capitis inclinatione reverentiâ, comitante eodem Diacono à dextris (qui, dum Celebrans ſuam, antequàm diſcedat, Cruci facit capitis inclinatione reverentiam, genu uno flectit) & tenente ſiniſtrâ fimbriam anteriorem Pluvialis, dextrâ ſuper pectus poſitâ,

40. Rubr. eod. n. 4. Celebrans, circuiens Tumulum, aſpergit illum aquâ benedictâ, priùs ter à parte dextrâ (reſpectu Celebrantis, non verò reſpectu intrantis Eccleſiam). ſic, ut tres hi ductus fiant à latere Tumuli dextro ; ſcil. 1. in capite ſeu initio lateris dextri ; 2. in medio, & 3. in pede ſeu in fine ejuſdem lateris dextri. Et dein ter eodem modo à ſiniſtra Tumuli parte. Ità Merati n. 24. Vinitor p. 4. t. 9. n. 5.

41. Rubr. eod. n. 4. Cùm Celebrans tranſit ante Crucem, quam tenet Subdiaconus, profundè (N. B. hoc loco Rubrica præſcribit Celebranti profundam ſoli Cruci inclinationem, alibi ſolam capitis reverentiam) ſe ei inclinat ; Diaconus verò, ſe eidem vertens Cruci, genu uno flectit. Poſteà revertitur Celebrans ad priorem locum, &, reddito aſperſorio, de manu ejuſdem Diaconi accipit ſinè oſculis thuribulum, & eodem modo, quo ante diſceſſum Altari, & in via Cruci facta eſt reverentia, & quo Celebrans aſperſerat Tumulum, etiam eumdem incenſat.

42. Rubr. eod. n. 4. Et Celebrans rediens ad priſtinum locum, ſcilicet parùm versùs cornu Epiſtolæ, facit debitam Altari reverentiam ; Diaconus verò

 ſemper

ſemper genuflexionem) & vertit faciem ad Crucem Subdiaconi, ac eod. *Diacono tenente librum* apertum ante eum, paululum tamen à ſiniſtris ejus (ùt habetur in Rituali Rom.) *junctis manibus dicit* altâ voce: *ET NE NOS INDUCAS*, &c., & omnia alia, quæ in Rituali ac Miſſali hoc loco habentur uſque ad Orationem: *ABSOLVE QUÆSUMUS* (vel aliam convenientem) quæ concluditur: *Per Chriſtum Dominum noſtrum.* ℟. *Amen.*

43 Rubr. n. 5. *Deinde Celebrans, ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, faciens Crucem manu dexträ ſuper Tumulum, dicit:* *REQUIEM ÆTERNAM, &c.* ℟. *ET LUX PERPETUA, &c. Et, dicto per Cantores: REQUIESCAT IN PACE* in ſingulari, *&* ℟. *AMEN, præcedente Cruce, redit* Celebrans *cum aliis* ſecundùm conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ *ad Sacriſtiam. Si Officium*, ſeu Abſolutio *ſit pro pluribus Defunctis, omnia dicuntur in numero plurali.*

44. Si elevetur SS. Sacramentum, dum fit Abſolutio, neque Celebrans, neque Miniſtri debent genuflectere, nè ſacra interrumpatur actio; & rectiùs fieret, ſi in eâ elevatione campanulæ pulſatio omitteretur. Ità, *Gavantus*, *Vinitor*, & *Byſſus*.

45. Si autem corpus ſit præſens, antequàm Cantores intonent ℟. *Libera me, &c.*, priùs Celebrans recitet preces ex Rituali Rom. t. 36. §. 8. *Non intres in judicium cum ſervo tuo, Domine*; quæ verba ſemper immutata manent (quod tamen à pluribus non obſervatur) licèt adſit corpus feminæ defunctæ, aut plurium virorum vel fæminarum: Nam

46. *In depoſitione Defunctorum in verbis illis: NON INTRES IN JUDICIUM CUM SERVO TUO, DOMINE, QUIA NULLUS APUD TE JUSTIFICABITUR HOMO, quando eſt mulier, aut plures ſunt Defuncti, non poſſunt verba illa: SERVO TUO immutari in SERVA TUA, vel SERVIS TUIS Abſque ſarcæ Rubricæ læſione; & ſervandum eſt Rituale.* S. R. C. 31. Aug. 1697. apud *Merati* in Indice n. 518.

TITULUS DECIMUS QUARTUS

DE MISSA SOLEMMNI CORAM SS. SACRAMENTO patenter expoſito.

1. REgulas, & alia principia ad hanc materiam directè pertinentia, explanare conati fuimus p. I. II. t. XIV. à n. 1. uſque ad 12., quæ, proùt & totus ibi t. XIV., plurimùm conducunt ad Miſſam in Altari, in quo SS. Sacramentum eſt patenter expoſitum., ſolemniter ſuis cum Cæremoniis exactè celebrandam.

2. Hæc autem tantò alacriùs aggredior, tum quòd hoc tempore Miſſæ ſolemnes coram SS. Sacramento, ùt ante oculos videmus, cantentur ſæpiſſimè, tum quòd *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 12. §. 9. mandet, *ut omnes genuflexiones, & reverentiæ AD UNGUEM* in eis *obſervari debeant;* proinde hæc materia omnibus valde utilis eſt, & pluribus multùm neceſſaria. Itàque

3. Celebrans & Miniſtri in ingreſſu Presbyterii, ſeu Capellæ, ubi SS. Sacramentum palam eſt expoſitum, omnes caput denudare debent (quod, qui habent caputia, in Sacriſtia commodiùs facere poterunt) & bireta extradere; cùmque manibus junctis, & detecto capite ad Altare pervenerint, ad infimum illius gradum utroque genu cum profunda capitis inclinatione flectunt.

4. Hæc autem utroque genu cum dicta capitis inclinatione flexio fit ſolùm ab omnibus ſimul tum nunc, dum primò ad Altare accedunt, tum in fine Miſſæ, dum ab Altari ad Sacriſtiam recedunt. In progreſſu autem Miſſæ flectunt tantùm, niſi aliter ordinetur, uno genu, ut commodiùs ſurgant.

5. Reliqua, uſque ad incenſationem, fieri debent ùt ſuprà f. 20. n. 13. & ſeqq. Dicto igitur à Celebrante: *Oremus, auſer à nobis,* &c., aſcendunt, ſed

abſque genuflexione, ad Altare, & ibi genu uno flectunt: ſolus autem Celebrans manus, dum flectit, ponit ſuper Altare; Diaconus verò & Subdiaconus flectendo retinent eas ante pectus junctas, quod ſemper eſt obſervandum.

6. Celebrans, finitâ Oratione: *Oramus te Domine*, &c., imponit de more incenſum, factâ præviè, etiam à Miniſtris, genu unò flexione, quia aliquantulùm ab Altaris medio versùs cornu Evangelii recedit, quod ſemper obſervatur, dum in ſuppedaneo Altaris, in quo SS. Sacramentum eſt patenter expoſitum, incenſum eſt imponendum. *Merati* n. 7.

7. *Cærem. Epiſc.* l. 1. c. 23. §. 18. *Si SS. Sacramentum ſuper Altari expoſitum ſit, ſemper..., à Celebrante genuflexo thurificandum eſt triplici ductu. Quòdſi ipſum ſolum Sacramentum ſit thurificandum... numquàm debet... thus benedici, ſed ſimpliciter* ſtando *poni* debet *in thuribulum, & porrigi ſine oſculatione manûs...* §. 19. *Sed ſi thurificandum eſt Altare, ſuper quo poſitum ſit SS. Sacramentum apertum... tunc*, etiam ſtando imponitur, & *benedicitur thus* de more.

8. Ex eo autem, quòd *Cærem. Epiſc.* §. 19. loquatur tantùm de thuris benedictione, nihil verò dicat de oſculis cochlearis, thuribuli, & manûs Celebrantis, quæ in benedictione thuris, abſente SS. Sacramento, juxta Rubricas adhiberi debent ſuprà t. IV. n. 7., concludunt *Gavantus*, *Merati*, *Catalanus*, & varii Rituaiſtæ, quòd Diaconus numquàm in benedictione thuris poſſit conſueta adhibere oſcula, dum, ad in præſentia SS. Sacramenti Altare, vel quid aliud incenſandum, benedictioni thuris aſſiſtit.

9. Nihilominùs cum aliis (quos inter *Corſettus* de precib. 40. Hor. n. 17., Author *Cærem.* Prov. noſtræ f. 90. & 93., ac *Comitatûs Flandriæ* f. 72. n. 4.) oppoſitum videtur dicendum. Etenim dicta oſcula adhiberi debent, dum pro incenſando ſupr. t. IV.

n. 7.

n. 7. Altari, &c., benedictio thuris fit in abſentia SS. Sacramenti. Nullibi autem, *dum præſcribitur benedictio thuris ad, præter SS. Sacramentum patenter expoſitum, quid aliud incenſandum*, dicta oſcula prohibentur; quia hæc prohibitio nullibi oſtendi poteſt.

10. Proin & tunc oſcula cenſentur ſufficienter præſcripta. Accedit particula adverſiva *Sed*, quam *Cærem. Epiſc.* ſuprà n. 7. (prohibens oſcula, dum ſolum eſt incenſandum SS. Sacramentum) adhibet §. 19., dicens: *Sed ſi thurif. &c.*, ut n. 7. Inſuper

11. Diaconus & Subdiac. *in apertiſſima SS. Sacramenti præſentiâ* oſculari debent manum Celebrantis, dum hic cantatam poſt Epiſtolam, ille ante Evangelium ab eo benedicitur infrà n. 26. Quin & ipſe Celebrans in præſentia SS. Sacramenti oſculari debet librum Evangelii ſibi à Subdiacono delatum ibidem; idque ideo, quia illa oſcula aliunde ſunt præſcripta, & nullibi ſunt in præſentia SS. Sacramenti prohibita; adeoque & tunc à Rubricis, & *Cærem. Epiſc.* ſupponuntur præſcribi.

12. Item Diaconus *præſente SS. Sacramento*, ad Oblationem oſculari debet Calicem, & manum Celebrantis infrà n. 27. Quin & in fine Orationis Dominicæ idem Diaconus oſculari debet eandem Patenam, dum eam tradit Celebranti, prout & manum ipſius (ſicut & ipſe Celebrans oſculari debet Patenam) idque Rubrica ſuprà t. X. n. 3., & *Cærem.* ibid. cit. præſcribunt fieri debere præſente (prout tunc ſemper eſt præſens) SS. Sacramento.

13. Hæc omnia à n. 10. docent explicitè etiam hi Ritualiſtæ, qui n. 8. citati ſunt. Ac propterea ipſe *Merati* in hæc tandem verba (quibus noſtram videtur ſententiam amplecti, aut ſaltem ſuam in dubium vocare) concludit num. 11. dicens:

14. *Unde FORTE oſcula prohibentur SOLUM* (in impoſitione thuris, dum in Altari patenter expoſitum

eſt

eſt SS. Sacramentum) *quando fieri debet aliquid*, *QUOD SPECIALITER SACRAMENTUM EXPOSITUM TANTUM AFFICIT*. Ità *Merati*. Hoc autem fit, dum ſolum Sacramentum (& nihil aliud) eſt incenſandum, quo caſu non oſcula tantùm, ſed & ipſa (N. B.) prohibetur thuris benedictio ſuprà n. 7. Dum verò ſimul cum Sacramento incenſari debet Altare, vel Celebrans, vel Chorus, aut dum ſolummodò aliquid à Sacramento diſtinctum in ejus præſentiâ eſt thuriſicandum, tunc & præſcribitur thuriſicatio de more, & nullibi prohibentur oſcula aliundè præſcripta.

15. Proinde, quàmvis *Gavantus* n. 6. dicat: *Neque Diaconus oſculari quidquam debet in hac Miſſâ* (in qua patenter eſt expoſitum SS. Sacramentum) *quod tradi debet, neque manus item Celebrantis in traditione rerum OB APERTAM PRÆSENTIAM SS. SACRAMENTI*, tamen & ipſe *Gavantus* ibid. n. 10. cum Liturgiſtis admittenda eſſe tenet oſcula, de quibus n. 11. & 12.

16. Si ergo Diaconus, obtentâ ad cantandum Evangelium benedictione, *ob apertam SS. Sacramenti præſentiam*, oſculum manûs Celebrantis omittere non debeat; ſi idem Diaconus in fine *Pater noſter* Patenam, *quam Celebranti tradit*, oſculari debeat, prout & ipſam Celebrantis manum, etiam dum præter panem & vinum conſecratos (ut ſemper in fine Orationis Dominicæ in Altari exiſtunt conſecrati) expoſitum eſt patenter Venerabile; quare ob eamdem ejuſdem Sacramenti apertam præſentiam idem Diaconus oſculum cochlearis, quod paulò ante Evangelium Celebranti tradit ad thus benedicendum, prout & ejuſdem Celebrantis manus oſculum debet omittere? Ad hoc ſolidum deſideratur reſponſum.

17. Fateor: *Cerem. Pariſienſ.* p. 1. a. 4. apud *Merati* p. 4. t. 12. n. 17. in fine præſcribit: *In Miſſa*, expo-

expoſito palàm SS. Sacramento, *Celebrans benedicit de more incenſum, Diacono Miniſtrante ſine oſculis*. Sed ſicut, ob praxim Baſilicarum Urbis, *Merati* recedit à dicto Cærem. Pariſienſi, præſcribente n. 52, quòd Celebrans tùnc ter incenſare debeat SS. Sacramentum, *genuflexus in infimo Altaris gradu*; ità & in puncto de oſculis, ob hactenus dicta, recedendum videtur ab eod. Cærem.

18. Fateor; dum in Miſſà ſolemni *de Requiem* ad Offertorium thus imponitur, ut Altare & Celebrans incenſentur, & in Abſolutione poſt Miſſam ad Lecticam Defuncti thurificandam, præſcribitur quidem benedictio thuris, per hoc tamen non permittuntur oſcula. At non mirum; quia præfata oſcula (prout & omnia alia ſuprà n. 11. & 12.) in Miſſa pro Defunctis, & in Abſolutione poſt eam per Rubricas, & per *Cærem*. Epiſc. variis in locis poſitivè prohibentur. Vide tit. præc. n. 19.

19. Dum autem imponitur thus, ut Altare, vel quidquam aliud in præſentia SS. Sacramenti incenſetur, ſic quidem præſcribitur thuris benedictio in *Cærem. Epiſc.* ſuprà n. 7., ut tamen ordinaria, & aliàs præcepta nullibi poſitivè prohibeantur oſcula; quin è contrà hæc, & omnia de quibus n. 11. & 12., à dicto *Cærem.* ſuprà n. 7. per hanc particulam adverſivam *Sed* præſcribuntur ſufficienter, ùt ex dictis toto hoc tit. patet. Atque ità fit ſatis fundamento oppoſitæ ſententiæ n. 8.

20. Fateor: *Gavantum* n. 6. nititur probare, *oſcula in tali caſu eſſe* POSITIVE *prohibita*; ait enim: *Quod*, ſcil. Diaconum non poſſe adhibere oſcula, dum thus benedicitur ad Altare, SS. Sacramento præſente, incenſandum, EXPRESSE *dicitur in Cærem. Epiſc. l. 2. c.* 33. (§. 19.) ABSQUE OSCULO, *inquit Cærem.*, CO-CHLEARIS ET MANUS; *quidquid contrà ſcripſerit recentior*. Ità *Gavantus*.

21. Quis

21. Quis ſit ille recentior, neſcio; unum ſcio, quòd Cærem. Epiſ. loco per Gavantum citato agat tantùm de impoſitione thuris, quæ fit poſt Miſſam ante Proceſſionem, idque ut ſolum (& nil aliud) incenſetur SS. Sacramentum, quo caſu à Diacono non tantùm omittenda ſunt oſcula, ſed & à Celebrante omitti debet benedictio, ut habet Cærem. Epiſc. loco citato, addens: *Et ſinè* thuris *benedictione*, quæ verba *Gavantus* ſubticuit.) Vide etiam ſuprà n. 7. Adeoque præfatus *Cærem. Epiſc.* locus n. 20. *abuſivè* adducitur à *Gavanto* pro præſenti caſu.

22. Adhibitis itaque ſuâ incenſatione ante Introitum à Diacono oſculis, & thure benedicto Celebrans cum Miniſtris ſacris ſinè ulla genuflexione diagonaliter, ut ſuprà t. XII. n. 71, deſcendit *ad ſecundum Altaris gradum*, cavens, nè terga vertat Venerabili; ubi Diaconum inter & Subdiaconum in ſuppedaneo, juxta uſum Baſilicarum almæ Urbis, genu utroque flectens medius, accipit à Diacono thuribulum, &, præmiſsâ cum Miniſtris profundâ inclinatione, ter motu gravi, interpoſitâ inter quemlibet ductum brevi quietis morulâ, SS. Sacramentum lineâ rectâ, non hinc & inde, incenſat, Miniſtris ſacris aliquantùm elevantibus poſteriorem Planetæ partem.

23. Fateor, *Merati* ait, quòd *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 33. §. 26. præſcribat id faciendum *in infimo Altaris gradu.* Sed *Cærem. Epiſc.* ibidem agit (prout & inſtructio *Clementis* XI. & XII. n. 16. & 20.) de incenſatione ſolius SS. Sacramenti, idque extra Miſſam ad initium & finem Proceſſionis poſt Miſſam faciendæ, dum etiam prævіè ad incenſationem per dictum *Cærem.* præſcribitur imponendum ab Officiante ſinè benedictione thus *ante infimum Altaris gradum*, in quo proinde eſt & facienda ſubſequens SS. Sacramenti incenſatio. In noſtro autem caſu præſcribitur thus imponendum in Altaris ſuppedaneo ad incenſandum

infra

infra Miſſam cum SS. Sacramento Altari. Vide Merati p. 4. tit. 12. n. 29. & Hic inibi.

24. Incenſato itàque ter, in ſupremo gradu, SS. Sacramento, & factâ à Celebrante & Miniſtris profundâ inclinatione, omnes ſurgunt, & Celebrans, retinens dextrâ thuribulum, ac ſiniſtrâ ſuâ annulum, ſolus ſuppedaneum aſcendit, ac, factâ ab omnibus genu unò flexione, Altare incenſat. De Reliquiis vidè Append. ſeq. Obſervent autem omnes, ut, dum accedunt vel recedunt à medio Altaris, ſive per illud tranſeunt, ſemper unò genu flectant, & Celebrans extremitatem manus ſiniſtræ (quia dextrâ per thuribulum impeditur) ponat ſuper Altare.

25. Celebrans, reddens ad cornu Epiſtolæ thuribulum Diacono, eſt ab eodem, non duplici tantùm, ut, ob reverentiam SS. Sacramenti ter incenſati, fortè vellent aliqui, ſed triplici ductu incenſandus. Ità *Merati* n. 8. *Viſitat* p. 4. t. 5. n. 6., & alii paſſim. Unde *Cæremon. Epiſc.* l. 1. c. 23. §. 32. dicens: *Celebrans ſemper triplici ductu incenſatur, ſi nullus ſit EO MAJOR, cui triplex ductus debetur*, per illa *Eo major* non intelligit Crucem, aut SS. Sacramentum, ſed *Epiſcopum, aut alium Prælatum ſuperiorem*. Quærit autem juvenis Sacerdos, quo loco Celebrans ſtare debeat, dum à Diacono eſt incenſandus?

26. Rubr. ſuprà t. IV. n. 27., agens de Miſſa ſolemni non expoſito SS. Sacramento, ait: *in cornu Epiſtolæ* in fine ſuppedanei Celebrans ſiniſtro latere verſus Altare *incenſatur*. Ità & *Cæremon. Epiſc.* l. 1. c. 23. §. 7. & l. 2. c. 8. §. 35. & 64. Cùm autem, expoſito palam SS. Sacramento, nec per Rubricas, nec per *Cærem. Epiſc.*, nec per ullum S. R. C. Decretum aliter ſit ordinatum, nec etiam notabile inconveniens (ob quod Celebrans incenſandus locum, propter præſentiam Venerabilis, mutare deberet) videatur dari, cenſetur reſolvendum, quòd Celebrans,

finitâ

finitâ Altaris thurificatione, eodem in loco ſit incenſandus, præſente ſub Miſſa SS. Sacramento, quo abſente.

27. Confirmo: Quia Celebrans, cantato per Diaconum Evangelio, debet ab eodem ter incenſari, idque, juxta omnes, eodem in loco, ſive in Altari ſtet in præſentia ſive in abſentia SS. Sacramenti; nam incenſatio tam activa, quàm paſſiva eſt actus honorificus, cedens in gloriam & majeſtatem Dei, qui actus proin nullam continet indecentiam, adeoque in præſentia SS. Sacramenti fieri poteſt. Lotio autem manuum eſt actus vilis abſtergens maculas corporales, dedecens fieri in præſentia SS. Sacramenti, & ideò hæc (ut infrà dicetur) facienda præcipitur extra Altare, non verò illa.

28. Unicum, quòd obſtare poſſet (& ab ejus veritate totum videtur pendere) eſt, quòd Celebrans (ſi ſtans in ſuppedanei fine cum ſiniſtra versùs Altare incenſaretur) terga verteret SS. Sacramento; ſicut, dum, abſente eodem Venerabili, dicto in Altaris loco; & eodem corporis ſitu incenſatur, & lavat manus, terga vertit Altaris Cruci.

29. Sed hoc ultimum ſæpe ſub Miſſa permittunt, imò præſcribunt Rubricæ Miſſalis Romani, ſcilicet, quoties ſe Celebrans in medio Altaris vertit ad populum, quando quater dicit: *Dominus vobiſcum*, ſemel: *Orate fratres*, & cùm dat benedictionem. Terga autem ad SS. Sacramentum palam expoſitum vertere pro omni caſu inhibent Rubricæ, & *Cærem. Epiſc.* Hinc paſſiva incenſatio Celebrantis ſtantis in fine ſuppedanei cum ſiniſtra versùs Altare prohibetur, non ex parte incenſationis, utpote honorificæ, ſed ex parte Celebrantis, qui ſic verteret terga SS. Sacramento. Et ſic videtur fieri ſatis n. 26. & 27.

30. Et ideo *Gavantus* (quem in hoc ſequuntur paſſim omnes) docet n. 7. *Cùm incenſandus eſt Celebrans,*
 brans,

brans, reddito thuribulo in cornu Epiſtolæ, ut moris eſt, deſcendit per gradus Altaris laterales, & *ſiſtit ſe apud idem cornu, FACIE VERSA AD POPULUM, advertens, nè, dum movet ſe, terga vertat Sacramento;* ideo deſcendens ſe vertere debet per dextram; *& ibi à Diacono è contrà ſtante in plano Capellæ incenſatur; quod erit quoque obſervandum in altera incenſatione ad Offertorium, & ibidem lavabit manus. Eadem enim eſt ratio exeundi extra Altare* (ſcil. nè terga vertat SS. Sacramento, & in hoc videtur ſola paritas; non verò in natura actionis, ut ſupra n. 27.) *tam pro incenſatione, quàm pro ablutione manuum Celebrantis; & UTRUMQUE SERVATUR IN URBE.* Ità Gavant.

31. Illum autem Celebrantis, ut incenſetur, extra Altaris exitum *Rubrica*, & *Cæremoniale Epiſcoporum* præcipiunt ſufficienter implicitè, per hoc, quòd eumdem in *Cœna Domini* ſuprà p. I. II. t. XIV. n. 24., & in *Paraſceve* mandent ad lotionem manuum.

32. Celebrans ſub *Gloria*, *Credo*, &c. numquàm ſedere poteſt, ſed ſemper ſtare debet, ſuprà t. II. ante n. 29. Et ad populum dicens *Dominus vobiſcum, Orate fratres, Ite Miſſa eſt*, ac dans benedictionem, nè directè terga vertat SS. Sacramento, ſe movet versùs cornu Evangelii, renibus ad illud verſis; factâ priùs in medio Altaris genu unius flexione; &, reverſus ad medium Altaris, iterùm genuflectit, quod & toties faciunt Miniſtri, licèt oppoſitum quoad hoc ultimum, quia Miniſtri tunc ſe non movent loco, velit *Merati* n. 9. dicens: *Miniſtri* genu uno flectunt, *quando recedunt, vel accedunt ad medium Altaris; aliàs verò, ſi non moventur, non genuflectunt, V. G. ad ORATE FRATRES*, licèt Celebrans tunc flectat. Sed id apparet contrà Rubricam ſupr. t. II. n. 11. Vide ſuprà n. 6.

33. Finitis Orationibus, Subdiaconus, cùm cantavit Epiſtolam, oſculabitur more ſolito manum Celebrantis, & ab illo benedicitur. Cùm Diaconus ante Evan-

Evangelium, factâ de more cum oſculis ex parte Diaconi à Celebrante incenſi benedictione, petit benedici, Celebrans, præmiſsâ uno genu flexione, renes, ſeu tergum vertens per latus ſuum dextrum ad cornu Evangelii, benedicit Diaconum manum Celebrantis oſculantem. Celebrans, cantato Evangelio, perſiſtens in ſuppedaneo ad cornu Epiſtolæ, librum per Subdiaconum (qui in via ſoli Sacramento, juxta varios, quamvis id alii negent, per genu unius flexionem facit reverentiam) ſibi delatum oſculatur, & ibidem intra Altare more ſolito ter (vide ſuprà n. 25.) à Diacono incenſatur, manens ſtans eodem loco in præſentia SS. Sacramenti, *abſque eo*, ait *Merati* n. 11., *quòd deſcendat in planum*, ut ibi incenſetur.

34. Diaconus ad Offertorium, dum Celebranti tradit Patenam cum Hoſtia, & Calicem cum vino, priùs Patenam & pedem Calicis, dein oſculatur manum Celebrantis. Hic, dicto: *Veni Sanctificator*, antequàm ſe, pro impoſitione incenſi, aliquantulùm retrahat ad cornu Evangelii, genu uno flectit, ſicut & dum, impoſito & benedicto jam incenſo, & finitâ precatione: *Per interceſſionem*, &c., revertitur ad Altaris medium, genuflectere debet, non quia thurificabit Oblata, ſed quia, ad imponendum incenſum, recedit ab Altaris medio, & ad illud iteratò accedit. Suprà n. 6.

35. Incenſatis autem de more (ſed ſine genuflexione novâ) Oblatis, Celebrans & Diaconus (qui proinde ſub triſta SS. Sacramenti incenſatione non amovet Calicem de medio, quia nullum eſt effuſionis periculum) deſcendunt ad ſecundum (vide n. 22. & 23.) Altaris gradum, ubi genu utroque flectunt, & omnia fiunt, ut ſuprà n. 24. & 25., niſi quòd Celebrans ſub hac incenſatione dicat: *Dirigatur, Domine*, &c., ut t. VII. n. 47.

36. Tempore, quo Celebrans, ter SS. Sacramentum

tum incenſans cum Diacono genu utroque flectit in ſupremo Altaris gradu, Subdiaconus non manet cum Patena ſuo loco ſtans, ſed cum ea flectit in ultimo Altaris gradu verſus cornu Evangelii, donec ſeſe Celebrans & Diaconus elevant. Vide n. 45.

37. Finitâ à Celebrante Altaris incenſatione, omnia fiunt, ut n. 25., ac ſeqq. Et proinde Celebrans; ad cornu Epiſtolæ ſtans extra Altare facie verſus populum, ibidem ter à Diacono incenſatur. Et ſimiliter, eodem in ſitu perſiſtens facie verſus populum; lavat manus ſuas, eaſque extergit, quod hic ulteriùs enucleandum proponimus.

38. Rubr. ſuprà p. I. II. t. VII. n. 6., abſente in Miſſa SS. Sacramento, pro Miſſa privatâ ordinat, dicens: *Ad cornu Epiſtolæ* in ſuppedanei fine (adeoq. intra Altare) Celebrans ſiniſtro latere *ſtans* verſus Altare *lavat manus*. Idem pro Miſſa ſolemni præſcribit *Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 8. §. 64.

39. Aſt, præſente in Altari SS. Sacramento, Miſſale in *Paraſceve* præcipit: Officians *aliquantulùm* (*Cærem. Epiſc.* l. 2. c. 24. habet *Aliquantùm*) toto tamen corpore *EXTRA ALTARE in cornu Epiſtolæ lavat manus*.

40. Hinc notabilis patet differentia inter locum, ubi Celebrans, abſente in Altari SS. Sacramento, lavans manus ſuas, ſtare debeat, & ubi, eodem Venerabili præſente; proinde & nos eamdem practicare & docere debemus. Sed quærit juvenis Sacerdos, qualiter hæc. n. præc. verba: *Aliquantùm*, toto tamen Corpore, *extra Altare* ſint intelligenda?

41. *Cærem. Epiſc.* (quod in multis ſupplet, & exponit ea, quæ in Rubricis Miſſalis parcè nimis, & non ſatis adæquatè pro Miſſa ſolem. præſcribuntur) illud: *Aliquantùm extra Altare* l. 2. c. 26. §. 19. (ubi agit de caſu, quo Officians in Paraſceve eſt V. G. Eccleſiæ Canonicus, Epiſcopo tantùm præſente, vel abſente) ſic exponit: *Incenſato Altari, Celebrans extra cornu Epiſto-*

 la

la ſtans facie *VERSUS POPULUM... lavat manus.* Et l. 2. c. 23. §. 7. in Cœna Dom., finitâ in Miſſa Communione, præſcribit: *Epiſcopus... factâ reverentiâ cum genuflexione SS. Sacramento*, ob reſpectum ejuſdem, *retrahit ſe extra cornu Epiſtolæ, VERSA FACIE ad populum, ubi* ſic ſtans facie ad populum *lavat manus.*

42. Ob hæc Ritualiſtæ paſſim tradunt (eſtque praxis, teſte *Gavanto* ſuprà n. 30., in Urbe Româ) quòd in omni Miſsâ, in quâ patenter expoſitum eſt SS. Sacramentum, Celebrans manus ſuas lavare debeat, retrahendo ſe *extra cornu Epiſtolæ, versâ facie ad populum.* Vide n. 30. Atque hic modus, à *Cærem. Epiſc.* Rubricas Miſſalis exponente præſcriptus, pluriſmùm decens eſt, ac SS. Sacramento majeſtuoſus, & proin praxi mandandus.

43. Quòd autem idem *Cærem.* ſuprà n. 39. præſcribat lotionem manuum in *Paraſceve* faciendam *aliquantùm extra Altare in cornu Epiſtolæ*, & de illa faciei ad populum verſione taceat, hoc eſt commune omnibus libris, in quibus, dum diverſis in locis idem tractatur punctum, aliquid omittitur in poſterioribus vel mediis locis, & ea præſupponuntur ex prioribus, vel explicantur in poſterioribus, ùt fit hoc loco *in Cærem. Epiſc.*, & exemplum habes in Rubricis Miſſalis Romani, quod invenies in hoc libro p. I. II. t. I. n. 11.

44. Cætera omnia, à lotione manuum uſque ad ſumptam ſub utraque ſpecie Communionem; quin & uſque ad *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus Domino* incluſivè (quantùm ad ipſum ſpectat Celebrantem) fiunt, ùt ſuprà p. I. II. t. XIV. n. 21. & ſeqq. eſt explanatum. Et bene reflectendum, quid de digitorum ablutione ibidem dicatur n. 22. & ſeqq.

45. Subdiaconus, ſub incenſatione tenens Patenam, cum Celebrante ambulante non ambulat, quia id nullibi ei præſcribitur; è contrà id per *Cærem. Epiſc.*

ſuprà

ſuprà t. II. n. 13. prohibetur; genu tamen uno flectit, quoties id ſub eadem incenſatione facit Celebrans; quia hoc ei præſcribit Rubrica Miſſalis ſuprà eod. t. II. n. 11.

46. Diaconus, incenſato Celebrante, incenſat de more Chorum, quod, dum facit cum debitis ubique SS. Sacramento genu uno flexionibus, redit ad Altare. Tunc Subdiaconus, tenens Patenam, recedit parùm ad cornu Evangelii, &, factâ in ultimo Altaris gradu genu uno flexione, vertit ſe diagonaliter ad Diaconum, & ab eo duplici ductu incenſatus, redit cum Patenâ ad medium, ubi iterum genuflectit ut ſuprà.

47. Tum ipſe Diaconus tradit thuribulum Acolytho, genuflectit in infimo Altaris gradu, & ſurgens ſe facie versùs eumdem diagonaliter vertit, ac ab eo in plano bis incenſatur. Dein poſt genuflexionem aſcendit ad ſecundum Altaris gradum. Acolythus interea incenſat Ceroferarios & populum, ut t. VII. n. 34. & 35. expoſitum eſt.

48. Reliqua, quæ ad Diaconum & Subdiaconum, ſpectant, uſque ad *Ite Miſſa eſt* vel *Benedic. Domino*, communia ſunt aliis Miſſis ſolemniter cantandis, ut ſuprà t. VII. n. 36. & ſeqq.; hoc tantùm notato, quòd hi duo Miniſtri, quoties Celebrans genuflectit, & ipſi genuflectere debeant, ut latè oſtenſum eſt t. 12. n. 11.

49. Cantatis igitur à Celebrante Poſtcommunionibus, ac ultimo *Dominus vobiſcum*, Diaconus, præviâ genuflexione, ſic ſe vertit ad populum, ut ſe unà renes ſemi vertat ad cornu Evangelii (prout & actu tunc facit Celebrans) ne Sacramento terga vertat. Ex manibus junctis, erectoque capite, ſed oculis demiſſis, dum Chorus abſolvit: *Et cum ſpiritu tuo*, cantat: *Ite Miſſa eſt*. Quo finito, Celebrans, & Diaconus, uterque ſimul (Notet hoc bene ipſe Celebrans,

brans, quiſquis ſit, nè ſe citiùs vertat ad Altare) ſe vertunt ad Altare, & uno genu (quod & omnes Miniſtri parati faciunt) flectunt ac ſurgunt. Si autem cantandum ſit: *Benedicamus Domino*, omnia fiunt, ùt in aliis Miſſis ſolemnibus.

50. Dum Celebrans dicit Orationem *Placeat*, &c., Diaconus, ſtans in 2. gradu, recedit à medio Altaris versùs cornu Epiſtolæ, ubi genu utroque flectit in ſuppedaneo. Subdiaconus interim, facta in loco ſuo genu uno flexione, illicò aſcendit ad æqualem cum Diacono gradum versùs cornu Evangelii, ubi ſimiliter genu utroque flectit, vel librum, ſi ſit pro ultimo Evangelio deferendus, defert, ùt t. XII. n. 4. dictum eſt.

51. Celebrans, Oratione *Placeat*, &c., finitâ, oſculatur Altare, & omnia peragit, ùt p. I. II. t. XIV. n. 32. &c., dictum eſt. Datâ benedictione, ad quam omnes (præter Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, *Merati* n. 16.) genu utroque flectere debent, in loco ſuo, Subdiaconus ad Evangelii cornu ſequitur Celebrantem, ùt t. XII. n. 2. De Diacono vide ibidem n. 5.

52. Finito Evangelio, Celebrans revertitur ad Altaris medium, ſtans ibidem inter Diaconum à Dextris, & Subdiaconum à ſiniſtris. Omnes autem ibidem faciunt, ſinè capitis inclinatione, genu uno flexionem, & ſtatim Celebrans & Subdiaconus ſe vertunt versùs cornu Epiſtolæ; Diaconus verò versùs cornu Evangelii: ac ſic (caventes, nè terga vertant SS. Sacramento) deſcendunt in planum, ubi utrumque (cum capitis inclinatione, ùt in initio fecerunt) genuflectunt, ſurgunt, & diſcedunt, ac extra SS. Sacramenti conſpectum venientes ſua accipiunt bireta, quibus caput tegunt, & quo venerunt, ordine, pergunt junctis manibus ad Sacriſtiam.

APPENDIX

APPENDIX AD TIT. XIV. DE RELIQUIIS INCENSANDIS.

1. IN hac Appendice inquiritur, an, expoſito patenter SS. Sacramento in Altari, poſſint in eodem publicè exponi Sanctorum Reliquiæ aut Imagines? Proinde an illæ, ſi forent per Sacriſtam expoſitæ, poſſent ſub incenſatione in Veſperis ad *Magnificat*, in Laudibus ad *Benedictus*, & in Miſſa ad *Introitum*, & *Offertorium*, incenſato ter SS. Sacramento, ordinario more incenſari?

2. Rubricæ nullibi hanc difficultatem attingunt, proùt nec *Cærem. Epiſc.*. quàmvis ipſum l. 1. c. 23. §. 19. de facienda Altaris in præſentia SS. Sacramenti incenſatione expreſſè agat. Neminem quoque hactenus reperire potui, qui hanc quæſtionem ex profeſſo inſtituit.

3. Omnes quippe, quos legere potui, vel aſſerunt *explicitè*, in Altari, in quo palam SS. Sacramentum eſt expoſitum, incenſandas eſſe, dùm adſunt, Reliquias; adeoque ſupponunt eas adeſſe poſſe. Sic *Pinitor* p. 4. t. 5. n. 5. ait: *Poſt incenſationem SS. Sacramenti* Celebrans *ſurgens incenſat Sanctorum Reliquias, ſeu Imagines, & Altare more ſolito.* Ità & loquuntur Cærem. Prov. noſtræ f. 94. n. 4., *Du Moulin* c. 1. poſt n. 22., ac plures alii.

4. Vel id aſſerunt *implicitè* per hoc, quòd dicant, incenſationem Altaris, expoſito SS. Sacramento, debere fieri *de more*, Sic loquitur *Gavantus* p. 2. t. 14. n. 6., cum variis aliis, quorum ratio videtur, quòd SS. Reliquiæ & Imagines, juxta Rubricas ſupr. t. IV. n. 28., in Altari poni poſſint ac incenſari, abſente SS. Sacramento; ſed, illo in Altari palam præſente, nullibi Reliquiæ Sanctorum & Imagines in eodem poni prohibentur, aut incenſari; proinde utrum-

que in præſentia SS. Sacramenti apparet licitum.

5. *Vinitor* ſuprà t. VII., agens de precibus 40. Horarum, aït nullis templum tabulis aut tapetibus profanum quid exhibentibus ornari poſſe. Et *Gavantus* p. 1. t. 20. §. *Vaſa* dicit: *Cavendum, nè unquàm ſupra locum Sacramenti, præſertim ſi exponatur populo pro Oratione publicâ, vaſa Reliquiarum collocentur: decet enim ſedere Dominum in altiori loco ſupra* ſervos *ſuos*. Idem habet p. 4. t. 12. n. 8.

6. *Merati* autem, qui recentiùs ſcripſit, ſimpliciter ait p. 2. t. 14. n. 5.: exponendum in Altari eſſe *SS. Sacramentum... in loco eminenti parato decentiſſimo ornatu; SINE RELIQUIIS tamen, vel STATUIS SANCTORUM, ùt præſcribit INSTRUCTIO Clementis.* XI. 20. Jan. 1705. confirmata à *Clemente* XII. 1. Septembr. 1730.

7. Idem *Merati* tradit p. 4. t. 12. n. 6. §. *Altare... in quo eſt ponenda SS. Euchariſtia... non... placet in eo ponere Statuas cum Reliquiis Sanctorum, nè populus minimum quid diſtrahatur ab adoratione SS. Euchariſtiæ.*

8. Et p. 4. t. 8. n. 9. idem *Merati* ait: *Non* poſſunt in Altari, ſeu loco *El Sepulchro* appellato, poni *Reliquiæ Sanctorum, neque Imagines. Halden... Bauldry p. 4. c. 9. a. 1. n. 2. & Hippolitus à Portu, a. 3. Rubr. 8. in Annot. n. 2. Poni tamen poſſunt circùm Angelorum ſimulacra candelas manibus tenentia.* Inſtructio autem Apoſtolica, de qua *Merati*, prodiit Italicè, habens pro titulo:

9. *Iſtruzione, ed ordini da oſſervarſi nell' Orazione continua di Quarant' ore coll' eſpoſizione del SS. SAGRAMENTO per li biſogni di ſanta Chieſa, ſecundo la pia mente de' ſommi Pontefici conſermata, e pubbli-*	Inſtructio & ordo obſervandus, in Oratione continuâ 40. Horarum cum expoſitione *SS. Sacramenti* pro neceſſitatibus S. M. Eccleſiæ, ſecundùm piam mentem ſummi Pontificis confirmata, & de

novo

cata di nuovo per ordine di N. S. Papa CLEMENTE XII.	novo publicata ex ordinatione SS. D. Papæ *Clementis XII.*

10. Hæc inſtructio, ut refertur à *Merati*, habet n. 2.

Il ſantiſſimo Sagramento dovrà eſporſi nell' Altare maggiore (eccettuatene le Baſiliche Patriarcali, nelle quali ſi ſuol' eſpotre ſopra altro Altare)... ſopra l' Altare non vi ſi ponghino Reliquie de' Santi, o ſtatue de medeſimi (non eſcludendoſi però quelle degli Angeli, che faccino figura di candelieri) e multo meno vi ſi ponghino figure dell' Anime del Purgatorio di qualſiſia materia: il che ſi proibiſce anche in tutte l'Eſpoſizione particolari, ed in quelle, che tal volta ſi fanno per ſuffragio di quell' Anime.	Sacratiſſimum Sacramentum exponendum eſt in Altari majori (excipiendo Baſilicas Patriarchales, in quibus in alio Altari exponi ſolet)... ſupra Altare non ponantur Reliquiæ Sanctorum, nec eorumdem Imagines (exceptis Angelorum ſtatuis, quæ figuram repræſentant Ceroferariorum) & multò minus ibidem ponentur figuræ Animarum in Purgatorio de quacumque materia ſint. Hæ etiam in omni expoſitione particulari, & in ipſa, quæ in refrigerium illarum Animarum aliquando fiunt, prohibentur.

11. Et S. R. C. 2. Septembr. 1741. decrevit: *Sanctorum Reliquia non ſunt collocandæ ſuper Altari, in quo re ipsâ SS. Sacramentum publicè venerationi eſt expoſitum.*

12. Ex hiſce Inſtructionis Apoſtolicæ verbis, & ex S. R. C. Decreto videtur ſequi, quòd in Altari, in quo ratione precum 40. Horarum, SS. Sacramentum eſt palàm expoſitum, nec Sanctorum Reliquiæ, nec eorum Imagines valeant exponi; multò autem minùs figuræ Animarum in Purgatorio exiſtentium. Hæc quoque & in omni particulari SS. Sacramenti expoſi-

tione obſervanda eſſe, & prælaudata Inſtructio aſſerit, & dictum S. R. C. Decretum confirmat. Et ſic fieri videtur ſatis fundamento in oppoſitum allegato ſuprà n. 4.

13. Ac proin, ſi alicubi contingeret, quòd in Altari, expoſito ibidem publicè SS. Sacramento, abuſivè poſitæ forent Sanctorum Imagines vel Reliquiæ, Officians, incenſato ter SS. Venerabili, non poſſet dictas incenſare Reliquias vel Imagines, ſed immediatè procedendum foret ad ductum 8., & pergendum eſſet ad cornu Epiſtolæ; quia per hoc, quod excedatur, ponendò Reliquias, non debet à Celebrante ſecundò excedi, eas incenſando. Hæc ſub judicio Sapientiorum ſint dicta.

14. Dictorum autem ratio (quam *Merati* ſuprà n. 7, paucis attigit) eſſe videtur, quòd SS. Sacramento, dum palàm, & quaſi in throno ſuo exponitur, ſpecialis debeatur attentio, reverentia, & adoratio, ſenſuumque in ejuſdem præſentiâ prohibeatur diſtractio: per ſimiles autem Reliquias & Imagines in Altari prope Venerabile inter candelabra poſitas prius natum eſt minui, & poſterius cauſari. Et, ut addit *Catalanus* p. 1. ſ. 318. n. 3., populus non admodùm cautus putaret, eumdem illis tribui honorem, qui exhibetur Chriſto. Ad hæc dignentur attendere, qui Altaribus, in quibus exponi debet SS. Sacramentum, & nominatim, qui in *Cœna Domini* Altari ſeu loco, qui vocatur *El Sepolchrò*, ornandis præſunt.

ACCESSORIUM
DE BENEDICTIONE CUM OSTENSORIO DANDA.

1. IN *benedicendo populum cum SS. Sacramento* (quod in Remonſtrantia, ſeu in Oſtenſorio, vel in Pyxide

Pyxide includitur) *iſta modus* duplex à S. R. C. in Decreto apud *Merati* in Indice n. 725. *approbatur*; nimirùm primò: *Cùm Sacerdos ſtat ante populum, Oſtenſorium ante pectus tenet; tum elevat illud decenti morâ, non ſupra caput, ſed tantùm uſque ad oculos, & eodem modo illud demittit infra pectus*, permanens erecto ſemper corpore; & *mox iterum rectâ lineâ illud tollit uſque ad pectus*; Et hic abſolvitur prima Crucis cum Oſtenſorio linea, ſcilicet recta.

2. Pergit Decretum: *Et exinde*, ſcil. à pectore, incipiens transverſam cum Oſtenſorio Crucis lineam, *ad ſiniſtrum* ſuum *humerum* illud *ducit*, manens ſtans corpore, pedibus, ac facie immotus versùs populum; ſed ſola movens brachia lineâ rectâ (non curvâ inſtar arcûs) ad humerum ſuum ſiniſtrum; *&* ab eodem humero ſuo ſiniſtro *reducit* Oſtenſorium, manens immotus *ad dexterum* ſuum humerum lineâ ſimiliter rectâ, non autem, inſtar arcûs, curvâ: *&*, formatâ jam altera Crucis cum Oſtenſorio lineâ, ſcil. transverſâ, *rurſus* Oſtenſorium *ante pectus reducit, ibique aliquantulùm* illud *ſiſtit, quaſi peractâ ad omnes Mundi partes Cruce, & Sacramentum etiam venerandum omnibus prabet.*

3. *Tunc* Sacerdos (pergit idem decretum) movendo & vertendo totum corpus ac pedes, *gyrum*, ſeu circulum *perficiens* verſus cornu Evangelii, convertit ſe ad Altare, & *collocat Oſtenſorium ſuper* idem *Altare.* Et hic eſt primus, quem in verbis circivis n. 1. 2 & hoc 3. numero S. R. C. 21. Mart. 1676. præſcribit, modus, & practicatur à variis, præſertim à Regularibus, ait *Merati* p. 4. t. 12. n. 21.

4. *Servari etiam poteſt* (pergit idem Decretum) *alius modus deſcriptus in Cærem. Epiſc. l. 2. c. 33. ubi requiritur tantummodò, ut cum eodem Sacramento Celebrans producat ſignum Crucis.* Hæc Decreti verba ſic exponit *Merati* ſuprà: Poſtquàm Sacerdos reducit

Oſten-

Oſtenſorium ad latus dextrum, non debet illud rurſùs ante pectus reducere, ſed ſtatim ad cornu Evangelii ſe convertere, ſicut cùm dicit: *Orate fratres.* Et hic eſt communis Eccleſiarum Urbis uſus, ait *Merati* ſuprà. Cùm autem uterque hic modus per S. R. C. approbetur, in alterutro quiſque ſui conſuetudinem loci tutò ſequitur.

5. Cùm autem S. R. C. præſcribat, ut Sacerdos, benedicens populum, factâ Crucis cum Oſtenſorio lineâ priori ſuprà n. 1. in fine, debeat, formando lineam Crucis tranſverſam, idem Oſtenſorium à pectore ducere ad humerum ſuum ſiniſtrum, & inde ad dextrum, patet clarè, quòd ſub tota Celebrans benedictione poſſit ſola movere brachia ſua, & quòd corpus, maximè quoad pedes, & faciem, immotum debeat permanere.

6. Etenim, ſi Sacerdos, formando cum Oſtenſorio tranſverſam Crucis lineam, corpus ſuum, maximè quoad pedes & faciem cum eodem Oſtenſorio, verteret ad latus ſuum ſiniſtrum & inde ad dextrum (ùt abuſivè hincinde à variis fit.) nunquàm idem Sacerdos Oſtenſorium moveret ad latus ſuum ſiniſtrum, & inde ad dextrum (quod tamen S. R. C. explicitè requirit) ſed Oſtenſorium in tota tranſverſâ Crucis lineâ ſemper retineret ante pectus; & inſuper eadem tranſverſa Crucis linea non duceretur rectâ, quod in Cruce requiritur, ſed duceretur obligatâ lineâ per modum arcûs, ſeu medii circuli. Ad hæc bene reflectendum eſt, maximè à juvenibus Sacerdotibus.

PARS TERTIA
DE
DEFECTIBUS
IN CELEBRATIONE MISSARUM OCCURRENTIBUS.

1 S. *Thomas* p. 3. q. 83. a. 6. examinandum proponit: *Utrum poſſit ſufficienter occurri defectibus circa celebrationem hujus Sacramenti*, ſeu in Miſſæ Sacrificio *occurrentibus*, *ſtatuta*, ſeu Rubricas (ut nunc loquimur) *Eccleſiæ*, ac Pontificum Conſtitutiones, & S. R. C. Decreta hactenus edita *obſervando*? Et reſolvit S. Doctor affirmativè, aſſerens in Corp. Artic., *quod periculis ſeu defectibus* illis *dupliciter poſſit occurri*.

2. *Uno* (inquit) *modo* diligenter procurando, ut omnia & ſingula, ad validè ac licitè celebrandum neceſſaria, prævie adſint, & debitè in Miſſæ Sacrificio applicentur; ac ſic *præveniendo*, quantùm in ſe eſt, *ne ſcilicet periculum*, vel defectus aliquis in Miſſa *accidat*. Et ad hoc, velut ad omnium optimum, omni modo eſt, penitùs allaborandum. Hunc autem in finem præceſſerunt explanationes in partem I. & II., & ſubſequitur explanatio partis III.

3. Alio

3. *Alio autem modo*, pergit Angelicus, defectibus in Miſſæ Sacrificio occurri poteſt, *ſubſequendo*, *ſcilicet id*, *quod* jam, quomodocumque defectuosè, ſeu caſu ſeu culpâ, *accidit*, per ipſum Celebrantem, aut per alium Sacerdotem, meliori, quo fieri poteſt, modo *emendetur*.

4. Idque fieri poteſt (ait S. Doctor) dupliciter: primò *vel* opportunum *adhibendo remedium*, quod proin animo præparatum ex hâc p. III. dicendis habere oportet; etenim in occurrentia caſus, maximè ad Altare, non eſt tempus ſtudendi, ſed reſolvendi: ſecundò *vel ſaltem*, ſi remedium adferri non poſſit, & adſit culpa, *per pœnitentiam ejus*, *qui negligenter egit circa hoc Sacramentum.*

5. In hiſce autem defectibus ſeu præveniendis ſeu tollendis egregiè Sacerdotem inſtruunt Rubricæ Miſſalis Romani, nominatim hæ, quas nunc præ manibus habemus, præſertim circa illa, quæ ad panem & vinum, ad formam & Miniſtrum, ac ad ſpecies Sacramentales pertinent.

6. Collegit haſce de defectibus Miſſæ Rubricas ex ſacris Theologis, & in Miſſalem librum *Venetiis* A. 1557. impreſſum tranſtulit, neſcio quis, ait *Gavantus*; & in tantum non eſſent, niſi privatæ authoritatis. At hæ Rubricæ fuêre depoſt *S. Pii V.*, *Clementis VIII.*, & *Urbani VIII.*, aliorumque Pontificum juſſu recognitæ, in variis emendatæ; & , prout in Miſſali modò ſunt impreſſæ, authoritate Apoſtolicâ approbatæ.

7. Eædem proinde Rubricæ laudabili conſilio, ac commendabili ſtudio pro Sacerdotis, præſertim junioris, inſtructione brevibus explanantur, hinc inde nonnulla immiſcendo ſcitu utilia, & pro praxi ſubinde neceſſaria, quæ apud varios, etiam recentiſſimos Doctores approbatos, ac nominatim SS. D. *Benedictum* XIV. re & nomine Pontificem Maximum, ſparſim inveniuntur,

8. In-

8. Interim præ oculis ſemper habendum eſt, hoc Doctoris Angelici principium, quod habet ſuprà ad 2. Argumentum: *Ubi difficultas quædam, ſeu dubium aliquod occurrit*, quid ſit reſolvendum, quidve agendum aut omittendum, *ſemper eſt accipiendum illud, quod*, omnibus æquâ lance maturè ab ante conſideratis, *habet minus de periculo* peccati, & de irreverentia Sacramenti. Quia verò Sacramenta ſunt propter homines, in parallelo ponendæ ſunt indecentia ex parte Sacramenti, ac neceſſitas ex parte hominis, & videndum, quæ ex ipſis prævaleat.

TITULUS PRIMUS

RUBRICA INITIALIS.

1. RUbr. *Sacerdos* igitur Miſſam *celebraturus, omnem*, quantùm ſibi poſſibile eſt, *adhibeat* ad ſingula *diligentiam* & attentionem, *ne ſibi* tempore Miſſæ *deſit aliquid ex requiſitis ad Sacramentum Euchariſtia* tum validè tum etiam licitè *conficiendum*. Proin optima eſt diviſio, ait Gavantus, in defectus in Miſſâ ſubſtantiales & accidentales.

2. Rubr. *Poteſt autem defectus* ſubſtantialis, qui officit validitati Sacramenti, tripliciter *contingere*: primò *ex parte materiæ conſecrandæ*; *&* ſecundò *ex parte formæ adhibendæ*, *&* tertiò *ex parte Miniſtri conficientis* cum intentione faciendi, quod vera facit Eccleſia; quæ tria ſunt ad ſubſtantiam Sacramenti neceſſaria. Accedit enim verbum à Miniſtro cum intentione ad elementum, & fit Sacramentum. Hinc

3. Rubr. pergit: *Quidquid enim eſſentialiter requiſitum horum* trium *deficit*, *ſcilicet materia debita, forma cum* neceſſaria *intentione* proferenda, *& Ordo Sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his* tribus eſſentialibus *exiſtentibus, quibuſcunque aliis deficientibus, veritas* ſeu validitas *adeſt Sacramenti.*

4. Rubr.

4. Rubricæ verò defectus, à tribus numero 2. enumeratis diſtincti, ſunt defectus accidentales, qui in Miſſæ celebratione occurrentes, etſi ipſam veritatem, ſeu valorem Sacramenti non impediant; poſſunt tamen, aut cum peccato, etiam gravi, licèt nullus adſit, aut cum ſcandalo etiam peccaminoſo ex parte Celebrantis aſſiſtentibus dato, contingere, ut per decurſum in multis patebit. Hi defectus accidentales ad certum numerum reduci non poſſunt.

TITULUS SECUNDUS
DE DEFECTIBUS MATERIÆ.

1. RUbricæ: *Defectus* ſubſtantiales ex *parte materiæ poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex iis, quæ ad ipſam* materiam ex neceſſitate Sacramenti *requiruntur. Requiritur enim ad* valorem Sacramenti ex parte materiæ primò ut ſit verus *panis triticeus*, & ſecundò ut ſit verum vinum quoad ſubſtantiam, licèt non quoad modum generationis, de vite.

2. Hæc Rubrica eſt ex Concilio *Florentino* in Decreto *Eugenii IV.* deſumpta. Vinum porrò ex aqua immediatè divinâ virtute in *Cana Galilææ* productum (*Joannis* cap. 2.) ſi adhuc exiſteret, validè conſecraretur, quia eſſet *verum vinum de vite* quoad ſubſtantiam, quod ſufficit, quamvis tale non fuerit quoad modum generationis.

3. Rubr. dicit tertiò, ad valorem Sacramenti requiritur, *ut hujuſmodi materia conſecranda in actu Conſecrationis ſit coram Sacerdote* phyſicè ſeu ratione ſui, vel moraliter, ſeu ratione alterius, quo eam in communi æſtimatione hominum conſpicit; quid tamen ſit præſens *coram Sacerdote*, ut verè & propriè per illa *Hoc* & *Hic* demonſtretur.

4. Hinc, materia ſita tergo, aut poſt interjectum parietem,

parietem, ſub mappa, aut ſub Corporali latens, vel magno ſit intervallo diſtans, non cenſetur conſecrata. Rectè autem ex *Durando* & *Paludano* reflectit *Gavantus*, quòd certus in individuo terminus à ſolo Chriſto deſignari poſſit.

5. Conſecrantur autem Hoſtiæ contentæ in Pyxide clauſa, quæ poſita eſt ſuper Corporali, quamvis juxta Rubricas ſupra p. I. tit. VII. n. 8. & t. VIII. n. 53. Celebrans eam aperire debeat ſub Oblatione, & Conſecratione.

6. Ratio eſt, ait *Billuart* fol. 308. quia uſu communi venit, ut continens ordinarium, ſeu ad hoc communiter deſtinatum, ac ipſum contentum demonſtrentur per modum unius per pronomen *Hoc*. Sicut dicimus de Pecunia, quæ in crumena eſt incluſa: *Hoc eſt argentum*; & de vino, quod in poculo vinali ſeu in lagena eſt clauſum: *Hoc eſt vinum*.

7. Proinde ob moralem certitudinem, ait *Herinx* de Euchar. diſp. 2. q. 7. n. 4. cum Theologis & Ritualiſtis paſſim, non eſt facienda reconſecratio, ſi per oblivionem naturalem Pyxis ſub Oblatione vel Conſecratione manſerit clauſa, & de valore dubitari non poteſt, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 18. n. 2.

TITULUS TERTIUS

DE DEFECTU PANIS.

1. RUbr. n. 1. *Si panis non ſit triticeus*, ſed ex fabis, piſis, nucibus, amygdalis, hordeo, ſecali, confectus, *vel ſi* panis aliqualiter quidem ſit *triticeus*, utpote ſi *admixtus ſit granis alterius generis in tanta quantitate*, *ut verè non maneat panis triticeus*, ſed quòd ex tali permixtione (ait *S. Thomas* q. 74. a. 3.) mutetur ſpecies, panis exinde confectus non erit valida hujus Sacramenti materia.

2. Rubr. eodem n. 1. *Vel ſi ſit quidem panis tota*liter triticeus, *alioqui tamen ſit ſubſtantialiter in toto corruptus*, vel ſit confectus ex amido (*Gavantus* ex amylo; Belgicè *Styfſel*) quod componitur ex tritico prævié corrupto, ait *S. Thomas* ſuprà ad 4., vel denique ſi maſſa quidem ſit tota triticea, ſed non ſit cocta per modum aſſationis in furno, aut intra calidi ferri laminas, ſed cruda ſit paſta, vel frixa aut elixa in aquis, *non conficitur Sacramentum*.

3. *S. Thomas* q. 74. a. 7. ad 3. ait: *Admixtio aquæ naturalis ad farinam eſt de neceſſitate hujus Sacramenti, utpote conſtituens ſubſtantiam panis; unde ſi farina triticea admiſceretur aqua* artificialis, ut *roſacea*, *vel quicumque alius liquor, quàm vera* ſeu naturalis *aqua, non poſſet ex ea confici Sacramentum*. Rationem addit Angelicus: *quia non eſſet verus panis*.

4. Rubr. notat: *Si panis ſit confectus ex tritico, & ex aqua roſaceâ, vel alterius diſtillationis, dubium eſt*, an valida ſit hæc materia; & ex hoc dubio ſpeculativo oritur dubium practicum, *an cum* Hoſtia ſic confectâ validè celebretur, & nunc Sacramentum conficiatur.

5. Si hoc, vel aliud quodcumque fundatum de materiæ validitate dubium (V. G. ſi hoſtia ſit rubrâ *cinnabari* admixta, quâ epiſtolæ clauduntur) oriatur ante perfectam ejus materiæ Conſecrationem, faciendum eſt illud, quod Rubrica præſcribit infrà n. 8. Sed quid agendum, ſi Celebrans fundatè incipiat dubitare poſt peractam bonâ fide talis Hoſtiæ (de qua illud exortum eſt dubium) Conſecrationem? R. Celebrans debet, ſi poſſibile ſit, aliam conſecrare Hoſtiam certò validè conſecrabilem.

6. Et quidem, ſi dubium oriatur ſumptâ jam illâ Hoſtiâ dubiè conſecratâ, ſed ante ſumptionem ſanguinis certò validè conſecrati, debet illam Hoſtiam novam omninò abſolutè conſecrare, quia tunc idem foret

faciendum

faciendum, quod præſcribit Rubrica infrà n. 9. Si verò dubium oriatur ante illius Hoſtiæ dubiè conſecratæ ſumptionem, an tunc nova Hoſtia (quæ adhiberi debet) ſit *ſub formâ conditionatâ* conſecranda, an ſub *abſolutâ*, examinabitur in Append. poſt tit. IV.

6. Dictum eſt: *Si poſſibile ſit*; dum enim alia Hoſtia certò validè, & licitè (ut eſt in valde gravi neceſſitate panis fermentatus, vide infrà tit. IV. n. 2 & ſeqq.) conſecrabilis (idem eſt de vino) obtineri non poſſit, in Sacrificio pergendum erit; quia in ſuppoſito dubio (quod oritur durante poſt Conſecrationem bonâ fide peractam) non conſtat (juxta Rubricam) quòd materia ſit invalidè conſecrata.

7. Rubr. n. 3. *Si cœperit* panis triticeus *corrumpi, ſed non ſit* adhuc ſubſtantialiter *corruptus; ſimiliter ſi non ſit* (extra graviſſimam neceſſitatem) panis *azymus, ſecundùm morem Eccleſiæ Latinæ, conficitur* quidem Sacramentum (ut de fermentato, & azymo decidit *Florentinum*) *ſed* ſic voluntariè *conficiens* per ſe *graviter peccat*. Dixi *per ſe*, ob dicenda tit. ſeq. n. 8.

8. Rubr. n. 4. *Si Celebrans* poſt Oblationem, ſeu *ante Conſecrationem advertetit Hoſtiam eſſe* ſubſtantialiter *corruptam, aut* eam ſimpliciter *non eſſe triticeam, remotâ illâ Hoſtiâ* ineptâ, *aliam ponat* aptam, *&, factâ oblatione*, Hoſtiam exterius ſupra Patenam elevando, & oretenus dicendo: *Suſcipe ſancte pater, &c.* aut ſi hoc non velit (non enim eſt abſolutè neceſſarium, ſed liberum, ut patet ex ſenſu naturali & proprio illius particulæ ſequentis: *Saltem*) vel commodè non poſſit; *ſaltem mente conceptâ, proſequatur ab eo loco, ubi deſiit*. Si aliam Sacerdos Hoſtiam aptam invenire non poſſit, Miſſam dimittat. Vide tit. ſeq. n. [illegible]

9. Rubr. n. 5. *Si Celebrans id* (Hoſtiam non eſſe validè conſecrabilem) certò *advertetit poſt Conſecrationem*, *vel etiam poſt illius Hoſtiæ ſumptionem* (modò id advertat ante ſumptionem Sanguinis validè conſecrati)

poſitâ aliâ Hoſtiâ certò aptâ, *faciat illius oblationem*, ſaltem mente conceptam; *ut ſuprà n. præc.*; *& à Conſecratione*, quæ ſub forma & intentione abſolutâ ſinè conditione, etiam mente retentâ, pronuntiari debet, *incipiat ſcilicet ab illis verbis*; *QUI PRIDIE QUAM PATERETUR.*

10. Ex hiſce relatis Rubricæ verbis patet, quòd non oporteat incipere à verbis præcedentibus: *Quam oblationem tu Deus in omnibus*, &c., quibus à Deo Patre petimus, *ut nobis Corpus*, *& Sanguis fiat dilectiſſimi Filii tui*, &c., quamquàm nonnulli dictam invocationem ad Conſecrationis valorem cenſuerint omnino neceſſariam, quorum opinio velut communi Theologorum ſenſui, & variis Conciliis contraria, modò ſatis jacet ſepulta. De hoc longè & latè videri poteſt *Merati* hoc loco.

11. Rubr. eod. n. 5. *Et illam priorem* Hoſtiam invalidè conſecratam, *ſi non ſumpſit*, *ſumat ad cautelam poſt ſumptionem Corporis & Sanguinis*, & hoc eſt omnium optimum, *vel eam alicui* ſcilicet uni aut alteri ex parvulis vel adultis in ſtatu gratiæ exiſtentibus, quod maximè decet, *ſumendam tradat*, *vel alicubi reverenter conſervet*.

12. Cùm n. 9. Rubrica tam apertè dicat, ponendam eſſe & conſecrandam in caſu aliam Hoſtiam, non verò (quia ſupponit Rubrica, quòd Calix ſit validè conſecratus, ſed nondum à Sacerdote ſumptus) aliud vinum, vel priorem Calicem reconſecrandum; colligimus, quòd Sanguis Sacrificii in Rubricæ caſu juxta ipſam Rubricam priùs ſit validè conſecratus, quàm Corpus; proinde ad veram Calicis conſecrationem non videtur neceſſitate Sacramenti requiri, quòd (panis) ſit priùs validè conſecratus, antequàm vinum poſſet validè conſecrari.

13. Rubr. eod. n. 5. Si autem Sacerdos *ſumpſerit* Hoſtiam priorem invalidè conſecratam, nihil-

minus, quantùmvis non ſit ampliùs naturaliter jejunus, *ſumat eam* ſecundam Hoſtiam (idque ſtatim ab ejuſdem Conſecratione; non repetendo verba & ſigna intermedia, ùt patebit ex n. ſeq.) *quam*, ut perficeret Sacrificium, *validè conſecravit*. Rationem addit Rubrica deſumptam ex *S. Thoma* p. 3. q. 83. a. 6. ad 4.; *Quia præceptum de perfectione Sacramenti majoris eſt ponderis & momenti, quàm quòd à naturaliter jejunis* Euchariſtia *ſumatur*. Vide fol. 125. n. 8.

14. Rubr. n. 6. *Quòd ſi hoc* (quòd Celebrans Hoſtiam à ſe conſecratam advertat eſſe ineptam, adeoque invalidè conſecratam) *contingat poſt ſumptionem Sanguinis* validè à ſe conſecrati; *apponi debet rurſus novus panis* certò triticeus, *&* novum *vinum* certò tale *cum aquâ* naturali; *&, factâ priùs oblatione*, ſaltem mente, *ùt ſuprà* n. 8.; *Sacerdos conſecret* panem & vinum, *incipiendo ab illis verbis*: *QUI PRIDIE QUAM PATERETUR*, *ac ſtatim* poſt peractam utramque ſub forma & intentione abſolutâ Conſecrationem, *ſumat utrumque*; ſcilicet Corpus, & Sanguinem, *& proſequatur Miſſam*.

15. Binam hujus aſſertioni Rubrica eod. n. 6. addit rationem; prima eſt: *Nè Sacramentum remaneat imperfectum*; *&* ſecunda: *Ut debitus ſervetur ordo*; qui eſt, quòd Corpus priùs conſecretur & ſumatur, quàm Sanguis. Corpus enim Chriſti debet priùs exiſtere, antequàm ex eo fundatur Sanguis in Calice, in quo repræſentatur effuſio Sanguinis. Proinde Hoſtia, in qua Corpus Chriſti eſt vi verborum, priùs eſt conſecranda.

16. *Suarez*. tamen, *Gavantus*, *& alii* Doctores graves docent, prædictum ordinem non eſſe neceſſarium *neceſſitate Sacramenti*, ùt clarè patet ſuprà n. .. & 13., ſed tantummodò *neceſſitate præcepti*; quare conſecratâ Hoſtiâ poſt Calicem, *Gavantus* ſentit, conſecratus Sanguis diſtinctè in Corpore Chriſti,

 quod

quod ſufficere videtur ad integritatem Sacrifici Vide *Averſa* q. XI. ſec. 6. n. 8. ; & *Propoſitum* 83. a. 6. n. 192.

17. Rubrica, per lii *Ac ſtatim ſumat utrumque* ſu prà n. 14. ; ſimpliciter ordinat, quòd nulla omqu verba aut ſigna (adeoque ſive Miſſa dicatur in lo co publico, ſive in occulto celebretur) à Conſecra tione uſque ad ſumptionem ſint repetenda, ſed qu omnia nudè ſint omittenda, *licèt* illa verba & ſigna *ſint dicta & facta cum Hoſtia invalidè conſecratâ ſuper Calicis materiam validè conſecratam.*

18. Proinde prædicta verba & ſigna (in quibus alii omne ſententiæ ſuæ robur ponunt, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 3.) numquàm viden tur reiteranda, *etiam dum ea ſunt dicta & facta cum Hoſtia validè conſecratâ ſuper Calicis materiam invalidè conſecratam* ; aliàs enim dari poſſet (& difficulter vi detur dabilis) ſolida diſparitas tit. ſeq. n. 15.

19. Rubr. n. 7. *Si Hoſtia conſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, ut vento, aut miraculo* (V. G. ſi ſub ſpe cie carnis, aut parvuli Corpus Chriſti appareat, S. *Thomas* infrà) *vel ab aliquo animali accepta, & nequeat* Hoſtia illa uſpiam *reperiri, tunc altera* Hoſtia ſub for ma & intentione abſolutâ *conſecretur* ; idque, juxt omnes, ſub præcepto gravi (quoad caſum miracu dicimus : cum *S. Thoma* p. 3. q. 82. a. 4. ad 3. d conſilio ; *quia ea, quæ miraculosè fiunt*, ait S. Doctor *legibus* humanis per ſe *non ſubduntur*) *ubi eo loco in cipiendo* : QUI PRIDIE QUAM PATERETUR, *ſed ejus* Hoſtiæ *priùs oblatione*, ſaltem mente, *ut ſu* n. 8. De Sanguine agetur infrà tit. X. §. 9. n. 2 & ſeqq.

20. Sed quid ſi utrumque diſpareat ſimul, ſcilic & Corpus, & Sanguis Chriſti? R. utrumque ſi gillatim (in caſu miraculi ſub Conſilio) eſſe cum no pane & vino, ut ſuprà, reconſecrandum. Pa

ex verbis *S. Thomæ* ſuprà in caſu miraculi dicentis: *conſulendum tamen* (extra caſum proinde miraculi videtur eſſe mandandum) *eſſet Sacerdoti, quòd iteratò Corpus & Sanguinem Domini conſecraret & ſumeret.*

21. Hoſtiæ ſæculo XI. grandiores fuerunt. Sæculo autem XII. ad hanc, quâ nunc habentur, magnitudinem (Vide p. I. II. t. 1. n. 18.) ſunt redactæ; Vetutiſſima apud nos earum figura eſt circularis, ùt pàtet ex Decreto *S. Zephyrini* Papæ (obiit anno æræ vulgaris 219.) in quo Hoſtiam appellat *Coronam, ſive oblata ſpherica figura.* In utraque Eccleſiâ ab antiquo ſacræ Chriſti Crucifixi, vel Reſurgentis figuræ eiſdem impreſſæ fuerunt, de quibus SS. D. *Benedictus* XIV. l. 1. c. 6. n. 5.

22. Sed licetne Miſſam dicere cum parva Hoſtiâ, quâ laici ſolent communicare, ſi deſit major? *Averſa, Viniter*, aliique apud *La Croix* l. 6. p. 2. n. 362., proùt & SS. D. *Benedict.* XIV. l. 3. c. 17. n. 9., ſecluſo omni ſcandalo affirmant., etiamſi non adſit celebrandi neceſſitas, ſed ſola devotio; Populi autem admiratio, ſi timeatur, facillimè prævenìri poteſt.

TITULUS QUARTUS
DE DEFECTIBUS VINI.

1. Rubr. n. 1. Poteſt etiam in vino defectus contingere ſubſtantialis, puta: *Si vinum ſit factum penitùs acetum, vel penitùs putridum* (tunc enim, ait *S. Thomas* p. 3. q. 74. a. 5. ad 2., ſubſtantia vini eſt totaliter corrupta) *vel de uvis acerbis ſeu non maturis expreſſum* (& dicitur *Omphacium*. Belgicè *Verjuys*, quod nondum, ait Doctor Angelicus ſuprà ad 3., habet ſpeciem vini) *vel ſi ei admixtum ſit tantum aquæ, ut vinum* plenè ſeu ſubſtantialiter *ſit corruptum;* Item ſi ſit vinum aduſtum, vel liquor ex piris, pomis,

&c., expreſſus, vel ex aqua & melle decerptus, licèt quoad ſaporem pariter & odorem à vino de vite vix decerni poſſit, *non conficitur Sacramentum.*

2. Rubr. n. 2. *Si vinum cœperit aceſcere, vel corrumpi*, ſeu, ùt loquitur Doctor Angel. ſupr. ad 2., ſi ſit tantùm in via corruptionis, *vel fuerit aliquantulùm acre, vel muſtum de uvis tunc expreſſum* (quia hoc habet ſpeciem vini ait *S. Thomas* ad 3.) *vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis, conficitur Sacramentum.*

3. Et ratio horum omnium eſt, quòd habeatur vinum de vite ſubſtantialiter. Admixtio autem aquæ naturalis ad vinum non eſt de neceſſitate Sacramenti. *S. Thomas* p. 3. q. 74. a. 7. ad 3. Addit autem Rubrica: *Sed ſic* cum tali vino accidentaliter imperfecto, aut aquâ roſaceâ vel nullâ aquâ mixto, voluntariè ſine ſufficienti causâ *conficiens* Sacramentum, *graviter peccat.*

4. Si tamen ùrgeat neceſſitas celebrandi, & non ſit in poteſtate aliud habere vinum, non peccat Celebrans, licèt vinum ſit aliqualiter acidum, vel acre aut tenue; quàmvis enim, ait *Merati*, tali vino uti ſit contra reverentiam Sacramenti; ea tamen irreverentia non imputatur Celebranti, ſed ei, qui tale vinum ponit, aut poni mandat, qui vel ipſe fortè vinum illud viro honeſto erubeſceret offerre in conſortio amicabili ad bibendum. De vino congelato, an validè poſſit conſecrari, vide infrà Tit. X. §. 3.

5. Rubr. n. 3. *Si Celebrans ante Conſecrationem Sanguinis* Chriſti, *quàmvis poſt Conſecrationem* ejus *Corporis, advertat aut vinum, aut aquam, aut utrumque non eſſe in Calice, debet apponere vinum cùm aqua; &, factâ oblatione*, ſaltem mente, *ùt ſuprà* tit. præc. n. 8., debet illud vinum *conſecrare, incipiendo ab illis verbis: SIMILI MODO, &c.*

6. Rubr. n. 4. *Si* Celebrans *poſt verba Conſecrationis*

Calicis, licèt immediatè ante ſumptionem Corporis, *adverıat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquam* (caſus refertur contigiſſe in Actis SS. 6. Mart. f. 564. n. 109. in vita *B. Coletæ*) *depoſitâ aquâ in aliquod vas, iterum vinum cum aqua ponat in Calice, & illud ſub forma &* intentione abſolutâ *conſecret, reſumendo à verbis prædictis : SIMILI MODO.* Sed an repetenda ſint verba & ſigna, de quibus tit. præc. n. 17., patebit ex dicendis.

7. Rubrica autem Miſſalis Pariſienſis hoc loco ſic diſtinguit : *Si poſt verba Conſecrationis* Calicis ; *ſed ante commixtionem particulæ* (quæ fit immediatè ante *Agnus Dei*) Sacerdos *advertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquam*; tunc, *depoſitâ aquâ in aliquod vas*, hæc Rubrica præſcribit faciendum id idem, quod Rubrica Romana ordinavit n. præc.

8. *Si* autem *poſt* dictam *commixtionem id* Celebrans *advertat*, pergit & ordinat Rubrica Pariſienſis, *aquam non effundat, ſed vinum apponat in majori quantitate, offerat, conſecret ut ſuprà; & proſequatur. Si poſt ſumptionem Corporis* id advertat, *ſimiliter faciat.* Ità Rubr. Pariſ. n. 4. & 5. Et tranſire poſſet, dum aliud vas, in quo aqua cum particula conſecratâ foret immittenda, haberi non poteſt, & adeſt major quantitas vini. Si autem non niſi minor quantitas vini obtineri poſſet, tunc præſtaret, ob dicta n. 1., aquam cum particula conſecratâ ebibere, deinde novum vinum & parum aquæ apponere, conſecrare, & tunc in Miſſa proſequi.

9. Dum autem aliud vas eſt ad manum (quia Concilium *Florentinum* in Decreto pro Inſtruct. *Armenor.* dicit, quòd Eccleſia vino ante Conſecrationem *aquam modiciſſimam*, & Rubrica ſuprà p. I. II. t. VII. n. 23. *parum aquæ*, ſoleat admiſcere) minus de irreverentià Sacramenti hoc caſu videtur eſſe periculum, ſequendo Rubricam Romanam, quæ non diſtinguit, quàm ſequendo Pariſienſem. Vide *Merati* hoc

 loco

loco n. 6. §. *Modicum.* Interim notandum, quòd, conformiter ad dicta tit. præc. n. 8., aqua illa in aliud vas depoſita, maximè dum ei immixta eſt particula Hoſtiæ conſecratæ, poſt ſumptionem Sanguinis reverenter à Celebrante ſit ſumenda.

10. Pro n. ſeq. notet junior Sacerdos, quòd dum liquorem è Calice hauſtum tenet in ore, & deprehendit non fuiſſe vinum, ſed meram eſſe aquam, non debeat illum liquorem ejicere; quia fortè particulas Hoſtiæ ſacræ eidem adhærentes ſimul ejiceret: ſed potiùs deglutire, quàmvis per hoc naturale frangatur jejunium: quia ſic ex duabus inconvenientiis minor eligitur; proinde debet ſubinde, de novo verum vinum cum aqua apponere, & facere ea, quæ numeris ſeqq. præſcribuntur, acſi foret naturaliter jejunus. Ità Ritualiſtæ paſſim cum Theologis.

11. Rubrica tempore *S. Pii* Papæ V. opinionem *D. Thomæ* p. 3. q. 83. ar. 6. ad 4. amplexa (ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 7.) ſtatuit n. 5. *Si* Celebrans *hoc* (aquam ſolam, & non vinum eſſe in Calice) *advertat poſt ſumptionem Corporis, vel* poſt *hujuſmodi aqua* ſumptionem, *apponat aliam Hoſtiam iterum conſecrandam, & verum vinum cum aqua in Calice,* & *offerat*, ſaltem mente, *utrumque.*

12. Rubr. eod. n. 5. *Et* utrumque pariter ſub forma & intentione abſolutâ *conſecret, &* (N. B. hoc loco non additur *Statim*, ut tit. præc. n. 14., & infrà n. 17.; ac proinde repetenda ſunt ſigna & verba media inter Conſecrationem & ſumptionem; & tunc) *ſumat* Corpus & Sanguinem, *quàmvis non ſit* ampliùs naturaliter *jejunus.* Ratio hujus ultimi ex *S. Thoma* data eſt tit. præc. n. 13.

13. *Quòdſi arguas.... Si venenum in Calice deprehenditur, etiam ſumpto Corpore, ſatis eſt aliud ſolummodò vinum iterum conſecrare, & ſtatim ſumere* (vide infrà tit. X. §. 3. n. 8.) *Ergo pari modo, dum reperitur eſſe*

meram

meram aquam. Reſpondet *Soto S. Thomæ* diſcipulus, qui hoc ſibi 4. d. 13. q. 24. n. 6. objiciendo propoſuit, *Negando conſequentiam.*

14. Et diſparitatem dat idem *Soto*, dicens: *Quia, ubi erat vinum, erat legitima Conſecratio; quare verba & Cruces, non erant repetenda, quia legitimè erant facta; Ubi verò eſt mera aqua, numquam fuit Sanguis cum Corpore. Scotus ait, ſatis eſſe vinum tantùm conſecrare, & ſumere ſinè verbis & ſignis, quia illa non ſunt de eſſentia Sacramenti.* Pergit autem *Soto*:

15. *Reſpondetur autem, quòd, licèt non ſint de eſſentia, ſunt tamen de præcepto Eccleſiæ, & plurimùm habentia ſignificationis, & Myſterii, dum commodè ſervari poſſunt, ſervanda ſunt*, Ità *Soto*; ſed videat indifferens Lector, an per haſce *Soti* rationes ſufficienter infringatur pertinax illa paritas t. præc. n. 17. & 18.

16. Licèt itàque Rubrica n. 11. tempore *Clementis* VIII. non fuerit immutata, ſed ſic manſerit; eidem tamen Rubricæ in favorem ſententiæ *Scoti* 4. d. 8. q. 3. (cui etiam favet *S. Bernardus* Epiſt. 69.) addita ſunt ipſiſſima ferè (ait *Gavantus* hoc loco n. 5.) *Scoti* verba, ùt ſequitur:

17. Rubr. eod. n. 5. *Vel, ſi Miſſa celebretur in loco publico, ubi plures adſint,* (id autem fit ùt plurimùm) *ad evitandum ſcandalum* aſtantium *poterit* Celebrans *apponere vinum cum aqua, &, factâ oblatione,* ſaltem mente, *ùt ſuprà* t. præc. n. 8., illud ſub forma & intentione abſolutâ *conſecrare, AC STATIM SUMERE, & proſequi CÆTERA.* Et hoc eſt magis practicum, ait *Gavantus* ſuprà, & tradit etiam Rubrica Pariſienſis ſuprà n. 8. his verbis: *Si poſt ſumptionem Corporis, SIMILITER FACIAT.*

18. Nam Capite *Paſtoralis*, & Cap. *Presbyter* de Sacram. non iterand. aſſerunt duo Pontifices: *In talibus nihil eſſe iterandum, ſed cautè ſupplendum, quod incautè fuerat prætermiſſum*, Vide t. præc. n. 11. Interim

tertim tutò ubique quis ſequitur Rubricam.

19. *Ea verò* Rubricæ *verba* n. 17. *STATIM SUMERE* (ſic loquitur SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 17. n. 7.) *oſtendunt omittendas eſſe preces*, ac Cruces, quæ fiunt à Conſecratione uſque ad ſumptionem, *& quæ præſentem eſſe Hoſtiam indicant*, *quæque multos impulerunt*, *ut docerent*, *non ſatis eſſe vinum ſumtaxat denuò apponere*, *ſed novam Hoſtiam*, *novumque vinum apponi oportere*.

20. Quidſi Sacerdos per ignorantiam, inadvertentiam, perturbationem, &c., dictum defectum ſupplere omiſerit, donec, Miſſâ jam finitâ, ab Altari receſſit? Rt. *Herincx* cum Theologis & Ritualiſtis paſſim: *Nullatenus debet iterum conſecrare*; *imò non poteſt*: *quia tunc eſt moraliter diſtincta actio*.

21. Rubr. n. 6. *Si quis percipiat ante Conſecrationem*, *totum vinum eſſe acetum*, *vel aliàs* ſubſtantialiter *corruptum*, *idem ſervetur*, *quod ſuprà* t. praec. n. 5. & ſeqq., *acſi deprehenderet non eſſe poſitum vinum*, *vel ſolam aquam fuiſſe appoſitam in Calice*. Quid ſit faciendum, dum poſt Conſecrationem Calicis dubitatur, an liquor, Calici infuſus, fuerit ſubſtantialiter vinum, an non, dicetur in Appendice ſeq.

22. Rubr. n. 7. *Si autem Celebrans ante Conſecrationem Calicis adverìat non fuiſſe* à ſe *appoſitam* in Calice *aquam*, *ſtatim ponat eam* aquam (ad quod obligatur ſub mortali juxtà Concilium *Trullan.* can. 32. anno 692.) *& proferat verba Conſecrationis* eo tempore, quo ſunt proferenda.

23. Quidſi aqua, quod rarum, haberi non poſſet? ℞. Si jam Sacerdos, dum id advertit, conſecravit Corpus, conſecrare debet & Sanguinem; quia minus habet de periculo conſecrare vinum ſinè aquâ, quàm poſt validam Corporis Conſecrationem ſolius vini ſinè aqua Conſecrationem omittere: fortiùs namque ligat perfectio Sacrificii ſubſtantialiter inchoati,

quàm

quàm mixtio aquæ cum vino. Vide n. 29.

24. Rubr. eod. n. 7. *Si Sacerdos id* aquam vino deeſſe, *advertat poſt Conſecrationem Calicis, nullo modo* aquam *apponat* ſpeciebus vini conſecrati; *quia* aqua *non eſt de neceſſitate Sacramenti*, prout & docet *S. Thomas*. Sed quidſi poſt inceptam Calicis formam, V. G. poſt dicta hæc verba: *Hic eſt enim Calix Sanguinis* id advertat? R. Poteſt pergere formam inchoatam complendo ob rationem n. præc. datam.

25. Rubr. n. 8. *Si materia, quæ eſſet apponenda, ratione defectûs vel panis, vel vini, non poſſet ullo modo haberi? Si id*, reſpondet ſibi Rubrica, *ſit ante Conſecrationem Corporis, ulterius procedi non debet* (non poteſt) unde hîc *Non debet* importat prohibitionem ſtrictè dictam; & quidem ſub gravi.

26. Rubr. eod. n. 8. *Si poſt Conſecrationem Corporis, aut etiam vini, deprehenditur defectus* eſſentialis *alterius ſpeciei, alterâ jam* validè *conſecratâ, tunc, ſi nullo*, aut non niſi difficillimo *modo* ſpecies non conſecrata *haberi poſſit, procedendum erit, & Miſſa abſolvenda, ita tamen, ut prætermittantur verba & ſigna, quæ pertinent ad ſpeciem deficientem*. In hoc tamen caſu, & in ſimili poſſet loco vini botrus uvæ maturus in Calice comprimi, & aquâ miſceri. Can. *Cùm omne* 7. diſt. 2. de *Conſecrat.*

Menſura vini pro Miſſæ Sacrificio nullibi eſt determinata, ſed relinquitur diſcretioni Celebrantis. Non poteſt eſſe exorbitans, ne videatur ſatisfieri gulæ, nec nimis parva, quia exactè adimplendum eſt illi *Bibere* quod plus eſt, quàm guſtare.

27. Rubr. eod. n. 8. *Quòdſi expectando aliquamdiu* (proinde non per 24. horas, aut mediam diem, ſed *aliquamdiu*, id eſt, per duas, plus minuſve, horas) *haberi poſſit* materia, quâcum ſuppleri debet? *Expectandum erit*, ait Rubrica, *ne Sacrificium remaneat* eſſentialiter *imperfectum*. Sed quidſi panis obtineri non poſſit, niſi fermentatus?

28.

28. Quàmvis, ut numeroſa communitas Miſſam in Paſchate audiat, alioquin tunc Miſſam non auditura; vel ut moribundus Viaticum accipiat, aliàs ſinè eo moriturus, non liceat celebrare in fermentato, dum panis azymus obtineri non poteſt: Varii tamen, quos inter *La Croix* n. 537. reſpondent, quòd in caſu, ut perficiatur Sacrificium, quod aliàs maneret eſſentialiter imperfectum, Sacerdos fermentato, ſi abſit ſcandalum, uti poſſit. Nam præceptum divinum, de complendo eſſentialiter Sacrificio Miſſæ, videtur humanæ prævalere legi de non adhibendo pro Latinis fermentato, ſed azymo, dicente *S. Thoma* p. 3. q. 83. ar. 6. ad 2.

29. *MAXIME autem PERICULOSUM circa hoc Sacramentum eſt, quod eſt* CONTRA PERFECTIONEM nominatim eſſentialem *HUJUS SACRAMENTI, quia hoc* voluntariè facere *eſt immane ſacrilegium. MINUS autem eſt illud, quod pertinet ad qualitatem* panis triticei, an ſit azymus, an verò fermentatus. *Et ideo*, juxta ratiocinium Doctoris Angelici, *ſi Sacerdos poſt* validam Calicis *Conſecrationem* cognoſcat Hoſtiam invalidè, eò quòd non ſit triticea, à ſe conſecratam, & panem obtinere non poſſit, niſi fermentatum, in eo per ſe foret conſecrandum.

30. Sed quidſi defectus eſſentialis occurrat in pane & vino ſimul? De hoc Rubrica nihil habet. ℟. tamen SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 8. *Si Sacerdos id*, utramq. materiam eſſe ineptam, *advertat ante Conſecrationem, afferri ſibi jubeat materias idoneas, quæ, ſi non reperiantur, Miſſam omittat.*

31. *Si verò id*, defectum eſſentialem in pane & vino, *advertit* (pergit SS. Dominus) *poſt prolata Conſecrationis verba, quia invalida eſt Conſecratio, omittat pariter Miſſam; nihil enim egit: nec quidquam prætereà eſt, quod ſuppleri oporteat, ut bene advertit Averſa* q. 10. (lege q. 11.) ſect. 16. §. 4.

32. Si

32. *Si autem id advertit poſt ſumptionem* (addit idem SS. Pontifex) *utriuſque materiæ invalidè conſecratæ, cùm jam* naturaliter *jejunus non ſit neque neceſſitate urgeatur ad miſſam celebrandam, recitet, ad vitandum ſcandalum, Orationes, quæ Communionem conſequuntur; omiſſis iis verbis, quæ Sacramenti perceptionem ſignificant, ac, facta benedictione ad populum, legat Evangelium S. JOANNIS.*

33. Aliqui tamen volunt, quod Sacerdos poſt Conſecrationem, ſed ante ſumptionem, advertens utriuſque ſpeciei, ſeu materiæ invaliditatem (cùm jus habeat celebrandi, quod per invalidam utriuſque materiæ ineptæ conſecrationem innocenter ex parte ſuâ factam non amiſit), poſſit, & quandoque debeat, dum ſine gravi ſcandalo vel infamiâ Miſſam interrumpendo de Altari diſcedere non poteſt, veram Hoſtiam & verum vinum accipere, offerre, conſecrare, ac ſumere.

34. Imò, juxta *Præpoſitum* q. 83. a. 6. n. 162. ſemper id facere debet, non quidem ex præcepto divino perficiendi Sacrificium, quod non fuit eſſentialiter inchoatum, ſed ex lege Eccleſiaſticâ, vi cujus Sacerdos non poteſt diſcedere à Miſſa notabiliter inchoatâ, niſi, dum licitè poteſt (ut in hoc caſu poteſt) ſacrificavit. Vide infrà t. V. n. 17.

35. Petit Juvenis, quale in Miſſa vinum ſit præferendum, *album*, an *rubrum*? In vino quidem *rubro* ritè Sacrificium perficitur. Imò *Concil. Prov.* IV. Eccleſiæ *Benevent.* 1374. ſancivit, ut *rubro* vino Celebrans utatur, dum commodè haberi poteſt; *Cùm magis vinum rubeum, quàm album Sanguini conformetur.* Idem præſcribunt Statuta Synodi *Meldenſis.*

36. Propter purificatoria tamen, & alia linteamina, præſertim Corporalia, quæ ſubinde vino aſperguntur, & maculas inde concipiunt, quæ nullâ; aut

aut vix ullâ ampliùs arte elui poſſunt, vino *albo* uti conſultius eſt; imò ordinat *S. Carolus Borrom.*, *ut Sacerdotes eo, dum poſſunt, utantur*. Et hæc eſt communis ferè praxis omnium Eccleſiarum.

APPENDIX DE HOSTIA ET CALICE DUBIE CONSECRATIS.

UT Tit. III. & IV. præcedentes, ac V. & X. ſubſequentes meliùs percipiantur, notandum, quod Hoſtia & Calix poſſint eſſe dubiè conſecrati, cauſato dubio vel ex parte materiæ tantùm, vel ex parte formæ tantùm, vel ex parte utriuſque ſimul; idque vel cum relatione ad eumdem Sacerdotem, qui defectum ſupplere debeat, vel cum relatione ad diverſum. En ecce exempla:

2. Poſt Conſecrationis verba debitè prolata accurrens Sacriſta ait, plures in arte verſatos fundatè dubitare, an Hoſtia verè fuerit panis triticeus validè conſecrabilis; idem dicit de vino. Hoſtia & Calix ſunt dubiè conſecrati ex parte materiæ tantùm reſpectu ejuſdem Sacerdotis; erit autem reſpectu diverſi, ſi Sacriſta adveniens invenerit Celebrantem poſt prolata Conſecrationis verba factum impotentem, ità ut alius Sacerdos Sacrificium, ſaltem dubiè eſſentialiter inchoatum, perficere debeat.

3. Sacerdos ad *Pater noſter* perveniens fundatè dubitat, an in forma Hoſtiæ dixerit li *Meum*, ſine quo forma eſt certò invalida. Item certus eſt, quòd in forma Calicis ſolummodò dixerit: *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, omiſſis omnibus aliis, de quibus fundatè dubitat, an ingrediantur eſſentiam formæ, Hoſtia & Calix erunt dubiè, ſeu, ut loquitur Rubrica infrà t. X. §. 3. n. 24. in fine, *Semiconſecrati ex parte* formæ tantùm reſpectu ejuſdem; Erit verò reſpectu diverſi,

diverſi, ſi, ſtante dubio, Celebrans ad *Agnus Dei* fiat impotens, ùt n. præced.

4. Celebrans, inchoato indubitanter Canone, invenitur ad Altare mortuus; ſed nec ex miniſtello, nec aliunde ſciri poteſt aut præſumi, an facta ſit, vel non ſit utriuſque ſpeciei Conſecratio. Hoſtia & Calix erunt dubiè, ſeu ſemiconſecrati ex parte formæ tantùm reſpectu diverſi. Ex his faciliter deduci poſſunt caſus, in quibus Hoſtia & Calix dubiè ſunt conſecrati ex parte utriuſque.

Quid facto opus in hiſce caſibus?

5. Quoad caſum n. 4. propoſitum vide infrà t. X. §. 2. n. 25. & ſeqq. ac interim reflecte, an, conformiter ad dicenda hoc loco, ibidem rectè reſolvatur. Itàque dum dubium eſt ex parte materiæ tantùm, ùt t. III. n. 5. & t. IV. n. 21. oportet, ad perficiendum Sacrificium, aliam neceſſariò, dum poſſibile eſt, materiam aſſumere, ſcilicet vinum de vite validè & licitè conſecrabile, idem eſt de Hoſtia. Dicta autem materia eſt conſecranda.

6. Sed quomodo? An *abſolutè*, dicendo: *Volo hunc Calicem conſecrare*, & ſic ſimpliciter proferre formam? An verò, oportet addere hanc, vel ſimilem (ſaltem tacitè, ſeu mente retentam) conditionem: *Si prior Calix non fuerit validè conſecratus?* Idem dic de Hoſtia.

7. Ad hoc debitè reſolvendum, inquirendum eſt *primò*, pro qua parte ſtet Rubrica (quia qui hanc ſequitur, tutò procedit) an ſcilicet ipſa in caſu præſcribat, aut ſaltem permittat Conſecrationem *abſolutam*, an verò *conditionatam*; ſi autem Rubrica caſum non ſufficienter clarè decidat, recurrendum *ſecundò* ad S. Thomæ principium p. 3. q. 83. art. 6. ad 2. in cujus illa ex duabus jam dictis Conſecrationibus erit præferenda, quæ habet minus de periculo peccati, & de irreverentia Sacramenti.

8. Pro primo notandum, quòd, quotieſcumque Rubrica loquitur de Conſecratione faciendâ, eam

præſcribendo, aut permittendo, ſemper agat de Conſecratione *abſolutâ*, niſi expreſsè Rubrica addat, vel ex circumſtantiis clare ſubintelligat conditionem.

9. Sic Rubrica t. III. n. 9. poſt Conſecrationem Hoſtiæ corruptæ præſcribit novam Conſecrationem, utique *abſolutam*: nam hanc Hoſtiam novam poſt Conſecrationem Rubrica ſimpliciter vocat *Corpus Chriſti*. Item t. III. n. 14. poſt Hoſtiæ corruptæ & Sanguinis ſumptionem, de novo pane & vino dicit Rubrica: *Conſecret* utrumque Sacerdos, utique *Abſolute*. Et t. IV. n. 6. 12. 17. & 21. agit Rubrica de Conſecratione, utique *Abſolutâ*, prout & t. V. n. 13.

10. Rubrica autem infrà t. V. n. 18. & 20. ait: *Si verò valde probabiliter dubitat ſe aliquid ſuper materia apta eſſentiale in forma Conſecrationis omiſiſſe, iteret ſuper eadem materia dubiè conſecrata formam ſub explicita, vel ſaltem ſub tacita, utique hac vel ſimili conditione*: SI HIC CALIX NON FUERIT PRIUS VALIDE CONSECRATUS.

11. Rubrica infrà t. X. n. 21. & 32. & ſeqq. ait: *Si obierit Celebrans ſemiprolatâ formâ eſſentiali Sanguinis*, de qua dubitatur, an ſit talis; non tantùm ibidem unum præſcribit modum, ut n. præc., ſed hunc duplicem: primò Sacerdos ſupplens *ſuper eundem Calicem* ſemi, ſeu dubiè conſecratum *repetat integram formam*: licet autem Rubrica non addat, tamen ex ſubjecta materia, & ex n. præc. (quia eſt idem in ſubſtantia caſus) ſubintelligit: *Saltem ſub tacita conditione*, ut ſic conſulatur reverentiæ Sacramenti; quia forte Calix iſte eſt validè conſecratus, proin ſub conditione eſt reconſecrandus.

12. Secundus modus eſt hic: *Vel poſſet ſuper alium Calicem*, in quo purum vinum cum aqua infundi debet, *integram formam proferre* abſolutè. Sic neceſſariò intelligenda eſt hæc Rubrica; nam hunc alium Calicem Rubrica poſt Conſecrationem ſimpliciter vo-

cat

cat *SANGUINEM à ſe conſecratum.* Vide t. III. n. 11., ubi Rubrica Hoſtiam novam poſt Conſecrationem ſimpliciter vocat *Corpus Chriſti*; & infrà tit. X. §. 2. n. 34.

13. Hoc autem dici non poſſet, ſi alius Calix foret conditionatè conſecratus: tunc enim hic poſterior eſſet reſpectu Conſecrantis tam dubiè conſecratus, quàm prior. Adeoque ſecundus Calix non poſſet à Rubrica vocari (ſic tamen vocatur) ſimpliciter *Sanguis*, ſed dici deberet Calix *dubiè* ſeu *ſemiconſecratus*, prout à Rubrica vocatur prior Calix. Inſuper Rubrica ſupponit Sacrificium conſumptum, ſeu perfectum, antequàm Celebrans ſumat *Calicem relictum ſemiconſecratum*, ut patebit ampliùs.

14. Infrà t. X. §. 3. n. 5. ait Rubr. *Si aliquid venenoſum ceciderit in Calicem.... aliud vinum.... denuò eſt conſecrandum*, utique abſolutè. Et ibidem n. 15. ait Rubr. *Si aliquid venenatum contigerit Hoſtiam conſecratam; tunc alteram conſecret* abſolutè. Ibidem n. 13. ait Rubr. *Si contingat totum Sanguinem poſt Conſecrationem effundi.... Si... nihil omnino remanſerit, ponat iterùm aquam & vinum, & conſecret* utique abſolutè, & ſinè ulla conditione.

15. Hæc ſunt omnia loca, in quibus Rubrica de perficiendo agit per Reconſecrationem Sacrificio. Ex iis autem omnibus patet, quòd Rubrica nullibi umquàm præſcribat, aut permittat *Conſecrationem conditionatam* ſuper materia, de qua certò conſtat, quòd ſit purus panis, aut purum vinum. Nunc itàque reſtant ſolvendi caſus n. 2. & 3. propoſiti.

16. Et quidem, ſi dubium ex parte formæ tantùm; de quo ſuprà n. 9., patet clarè ex Rubrica ſuprà n. 10. & 11., quòd (quia materia eſt validè & licitè conſecrabilis, imò jam dubiè conſecrata) ſuper materia ſic dubiè conſecratâ debeat proferri forma integra, *ſaltem*, id eſt, ſi non ſub explicita, ad

minùs *ſub tacita conditione.*

17 Vel, ſi perficiendum eſt Sacrificium ab alio Sacerdote (quod etiam aliqui extendunt ad eumdem, dum id ſinè ſcandalo fieri poteſt) poſſet ille alius ſuper aliam materiam (quæ certò eſt purus panis vel purum vinum) proferre integram formam abſolutè & ſinè ulla conditione, etiam mente retentâ. Ità Rubrica ſuprà n. 12.

18. Si autem dubium oriatur ex parte materiæ tantùm, de quo ſuprà n. 2., tunc certum eſt, quòd Sacrificium debeat perfici, quia conſtat, quòd Sacrificium ſit eſſentialiter inchoatum per unius ſpeciei validam, aut ſaltem dubiam Conſecrationem. Sed quia illa ſpecies, quæ ante Conſecrationem eſt dubiè panis, aut dubiè vinum, per Conſecrationem bonâ fide peractam facta eſt dubiè Corpus, & Sanguis Chriſti, orto dubio ex parte materiæ, non poteſt dicta materia dubia pro ſecundâ vice ullo modo licitè conſecrari, ideò aſſumenda eſt alia, de qua certò conſtet eſſe purè panem, aut purè vinum, eaque de novo eſt conſecranda per integram formam eſſentialem. Reſtat igitur reſolvendum, an id fieri debeat *conditionatè*, an verò *abſolutè*.

19. Caſum nullibi clarè expreſſum habemus in Rubrica, quæ nuſquàm explicitè agit de Hoſtia aut Calice dubiè conſecratis, orto dubio ex parte materiæ tantùm, ùt patet ex locis Rubricæ ſuprà à n. 9. uſque ad n. 15. Id tamen ex Rubrica habemus, quòd (ut ſuprà n. 15. dictum eſt) ipſa nullo modo præſcribat aut permittat proferri formam conditionatam ſuper materiam, de qua certò conſtat, quòd ſit purus panis aut purum vinum, adeoque ſi hoc fiat, fiet ſinè Regula in Rubricis fundatâ.

20. Inſuper & hoc habemus ex Rubrica, quòd, dum dubium de valida Calicis Conſecratione oritur ex parte formæ tantùm, tunc adhiberi poſſit (ſuprà n. 12.)

n. 12.) alius cum puro vino Calix, ſuper quem forma integra eſt abſolutè proferenda, utpote qui Calix (quoad ſuum contentum) per illam formam (ut ait Rubrica infrà t. X. §. 2. n. 33.) fit ſimpliciter *Sanguis Chriſti*; ac proinde integrè conſecratur, prout Calix ille alius diſtinguitur contra priorem Calicem, quem Rubrica vocat *Semiconſecratum*. Ille igitur alius Calix non potuit fuiſſe *conditionatè* conſecratus. Vide ſuprà n. 5. & 6.

21. Ex his jam argumentor à ſimili: Dum dubium de Calice oritur ex parte formæ tantùm, & quando tunc adhibetur novus Calix, de quo certò conſtat, quòd contineat novum & purum vinum, hic Calix, ſecundùm Rubricam, & omnes Ritualiſtas, conſecrandus eſt *abſolutè*: ergo dum dubium de Calice oritur ex parte materiæ tantùm, & quando tunc ſimiliter adhibetur alius Calix, de quo pariter certò conſtat, quòd contineat purum vinum, hic ſimiliter eſt *abſolutè* conſecrandus; utpote qui vi illius Conſecrationis ſimpliciter fieri debet *Sanguis Chriſti*. Proindè Calix iſte vi illius Conſecrationis debet eſſe *integrè*, & non *ſemi* tantùm conſecratus. Ità quoque diſcurre de Hoſtia. Diſparitatem ſolidam, dum dabilis eſt, cuperemus videre.

22. Si quis tamen hiſce, quamvis ſufficientibus, nollet eſſe contentus, ei principium opponimus juxtà n. 72 deſumptum ex S. *Thoma* p. 3. q. 83. a. 6. ad 2. Ibi Doctor Angelicus ait: *Ubi difficultas* ſeu dubium *occurrit*, (an N. G. Conſecratio panis & vini hìc & nunc à Sacerdote facienda, *conditionatè* fieri debeat, an *abſolutè*) ibidem *ſemper eſt accipiendum* ſeu faciendum *illud, quod habet minus de periculo* peccati & irreverentiæ Sacramenti; proindè hoc loco eſt inquirendum, ex qua de duabus illis Conſecrationibus minus de peccato & irreverentiâ reſultet; & hæc in via S. *Thomæ*, quæ in jure naturæ fundatur, eſt amplectenda.

23. Omninò autem certum eſt & indubitabile, quòd Sacrificium neceſſariò perficiendum, quando aliter perfici non poteſt, quàm à Sacerdote, qui non eſt naturaliter jejunus; ab eo perfici debeat; quia præceptum divinum de integritate Sacrificii magis obligat, ait Doctor Angelicus ibidem ad 4., & Rubrica t. III. n. 13., quàm præceptum Eccleſiaſticum jejunè communicandi. Vide t. VII. n. 27.

24. Aſt, quando Sacrificium, neceſſariò perficiendum, compleri poteſt dupliciter, ùt in caſu præſenti, uno ſcilicet modo per Sacerdotem, qui non eſt naturaliter jejunus, & alio modo per ſic jejunum, tunc per ſe ſecundus modus eſt eligendus, ac ſimpliciter præferendus.

25. Et ità tradit Rubrica infrà t. X. §. 2. n. 9. præſcribens quidem confectionem Sacrificii *per non naturaliter jejunum*, ſed *in caſu* dumtaxat *neceſſitatis*, ſeu quando aliter fieri non poteſt, pro quo eodem neceſſitatis caſu id ſimiliter, & non aliter, permittit *S. Thomas*. Ad hoc erat reflectendum.

26. Itàque hic duo ſunt oſtendenda: *Primò*, quòd perficiens in caſu Sacrificium per Conſecrationem *abſolutam*, communicet naturaliter jejunus; qui verò illud perficit per Conſecrationem *conditionatam*, communicet non jejunus, aut ſaltem exponat ſe periculo proximo communicandi non jejunè. *Secundò*, quòd in Conſecratione *conditionatâ* habeatur multum; at in *abſoluta* parum habeatur, adeòque minus de periculo peccati & de irreverentia Sacramenti, ùt ſuprà n. 7. & 22. eſt expoſitum.

27. Oſtenditur primum quoad *abſolutam* Conſecrationem: Ego poſt Hoſtiam, vel Calicem à me conſecratos, ſufficienter inſtruor, alterutrum ex parte materiæ eſſe dubiè conſecratum. Quid faciam? Materiam novam certò aptam *abſolutè* conſecrabo, & ſic certò verum Corpus, vel Sanguinem Chriſti reſpectiv-

pectivè elevabo, & ſuo tempore ſumam, ac dein Corpus vel Sanguinem dubiè conſecratum, & tunc me purificabo. Evidens itàque eſt, quòd per Conſecrationem *abſolutam*, & Sacrificium (ſive ſit dubium de materia Hoſtiæ, ſive de Calicis materiâ) perficiam, & Corpus ac Sanguinem Chriſti naturaliter jejunus ſumam...

28. Oſtenditur utrumque quoad *conditionatam* Conſecrationem. Alter eodem planè in caſu novam materiam aptam conſecrat *conditionatè*: habet ipſe duas Hoſtias, vel duos Calices ſemi conſecratos, ſeu dubiè continentes Corpus & Sanguinem Chriſti; quia planè neſcit Celebrans, quænam ex duabus Hoſtiis, an prior, an poſterior ſit conſecrata. Idem eſt de Calice reſpectivè... Quocumque autem modo, vel ordine duas illas Hoſtias, aut duos Calices ſumat, ſemper vel Sanguinem communicabit non jejunus, vel ſe periculo exponet proximo id faciendi.

29. Deinde ſi neutram ex duabus Hoſtiis, vel Calicibus *conditionatè* conſecratis elevet, cauſabit ſcandalum; ſi alterutram ſpeciem elevet, quia fortè ob dubium non continet Corpus vel Sanguinem Chriſti, exponit ſe periculo proximo, tum quòd præſentes committant idololatriam ſaltem materialem, tum quòd ipſe omnes falſificet preces & Cruces, quæ à Conſecratione ad ſumptionem fient cum Hoſtia vel Calice dubiè conſecratis. Quomodò enim verè dicere poterit: *Hæc commixtio... Corporis & Sanguinis*, ſi fundatè dubitet, an particula, quam injicit, aut Calix, in quem particula injicitur, verè contineat Corpus aut Sanguinem Chriſti?...

30. Inſuper non eſt major ratio, cur Hoſtia poſteriùs *conditionatè* conſecrata frangatur, quàm prior, aut cur Calix poſteriùs *conditionatè* conſecratus ſumatur ante priorem, vel è contrario; denique illa *conditionata* Conſecratio puri panis, aut puri vini nulli-

bi eſt in ſe, ſeu formaliter, nullibi eſt virtualiter, ſeu æquivalenter à Rubricis præſcripta, aut permiſſa, idque indubiè ob enumerata n. præc. incommoda, multaque alia.

31. Oſtenditur ſecundum quoad Conſecrationem *abſolutam*. Quia per eam præveniuntur omnia incommoda n. 29. enumerata; & nullum poteſt in Conſecratione abſolutâ allegari notabile inconveniens; atque ideo per Rubricas ſufficienter præſcribitur. Unum, quod ſciam, opponi poſſet; quòd *abſolutè* conſecrans periculo ſe exponat proximo bis conſecrandi & ſumendi Corpus aut Sanguinem Chriſti.

32. Sed & id ſæpè præſcribit Rubrica t. III. n. 14. t. IV. n. 9. & t. X. n. 3. item n. 6. 7. & 12. Et quidem t. X. n. 3. præſcribitur ſecundi Calicis Conſecratio *Abſoluta*, per quam ſcil. *Sanguis* Chriſti ſimpliciter ponitur, & Calix integrè conſecratur, licèt prior Calix fuerit *ſemi* ſeu dubiè conſecratus.

33. Itaque binæ iſtæ Conſecrationes duplicis materiæ ejuſdem ſpeciei, ſcilicet quarum una dubia eſt, & altera certa, prout & earum ſumptiones, non officiunt unitati Sacrificii, nec ullum important inconveniens, *quia ad idem Sacrificium ſpectant*, ut in ſimili loquitur Rubrica infrà t. VII. n. 2.

34 Hæc in unum collecta, benevole Lector, maturè conſidera, ac *periculum peccati & irreverentiæ Sacrificii*, quod vides utrimque ſubeſſe, æquâ lance pondera: hoc attentè peracto, tunc, ubi & quando difficultas illa tibi occurrit, materiam aptam de novo allatam conſecra *conditionatè*, ſi ex nunc talem Conſecrationem judices (quod difficulter crediderò) *habere minus de periculo*. Econtrà tutò conſecra *abſolutè* (prout conſecrandum judicant Viri plures in Rubricis & Theologiâ verſati) ſi de Conſecratione *conditionatâ* tuleris judicium oppoſitum. Sic practicans ſequêris doctrinam *S. Thomæ*, & in occurrentia casûs omnia fient ſinè ulla vel minimâ perturbatione.

TITULUS QUINTUS.
DE DEFECTIBUS FORMÆ.

1. RUbr. n. 1. *Defectus ex parte formæ poſſunt contingere, ſi* in pronuntiatione ejuſdem *aliquid deſit* ſeu omittatur *ex iis, quæ ad integritatem* eſſentialem vel accidentalem *verborum in ipſa Conſecratione* ad tranſſubſtantiationem faciendam *requiruntur. Verba autem Conſecrationis, quæ* ex voluntate Chriſti *ſunt forma hujus Sacramenti* certò valida & licita, *ſunt hæc* pro Hoſtia: *HOC EST ENIM CORPUS MEUM.*

2. Lii *Enim* (quod in S. Scriptura nec in forma Corporis habetur, nec in forma Sanguinis) *apponitur in hac formâ ſecundùm conſuetudinem S. Romanæ Eccleſiæ à B. Petro Apoſtolo derivatam: Et hoc propter continuationem ad verba præcedentia,* & *ideo non eſt de forma* eſſentiali, *ſicut nec verba præcedentia formam. S. Thomas* p. 3. q. 78. a. 2. ad 5. Idem dicendum, ait SS. D. *Benedic.* XIV. l. 3. c. 15. n. 15., de voce EST; ea enim ſubintelligi poteſt, quantùm ad Conſecrationis validitatem; illicitè tamen utraque vel alterutra omitteretur.

3. Rubr. eod. n. 1. *Et* pro Calice forma certò valida ac licita eſt hæc: *HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, MYSTERIUM FIDEI; QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.*

4. In hac Calicis formâ lii *Qui*, dum dicitur *Qui pro Vobis*, ex intentione Spiritûs ſancti refertur, non ad lii *ſanguinis mei*, ſed ad lii *Calix*, ita ſcilicet, ut ſenſus litteralis & genuinus à Spiritu S. intentus hujus formæ ſit: *Qui Calix effundetur.*

5. Id clarè patet ex Textu originali Græco *Lucæ*

22., in quo, prout Spiritus S. ad litteram ſancto *Lucæ* dictavit, habetur: *Calix Sanguinis effuſus.* Ubi evidenter patet, quòd lii *effuſus* referri non poſſit ad lii *Sanguinis*, ſed quòd vi litteræ referendum ſit ad lii *Calix:* Vide *Herincx* diſp. 3. n. 15. Ex his verbis deduci poteſt efficaciſſimum pro Tranſſubſtantiatione argumentum, quod formatur ſequenti modo:

6. Ille liquor, juxta omnes, tam Catholicos quàm Acatholicos, qui pro Apoſtolis à Chriſto effuſus eſt, fuit realiter & ſubſtantialiter Sanguis Chriſti; ſed, teſte *S. Lucâ* in originali textu, Calix, quem Chriſtus in ultima Cœnâ in manu habuit, eſt pro Apoſtolis effuſus, ſcilicet ratione liquoris contenti, ſicut *Rebecca* Gen. 24. dicitur effudiſſe hydriam, & ſeptem Angeli phialas ſuas *Apocal.* 16. Ergò Calix iſte, quem Chriſtus in ultima Cœnâ in manu habuit, eſt (ratione liquoris contenti) realiter & ſubſtantialiter Sanguis Chriſti.

7. Hoc argumento, quia *Beza*, & *Calvinus* ineluctabiliter ſtringebantur, ideò hi tam aſtutè, quàm infideliter Latinum Textum ità exhibuerunt, ut lii *Qui* ad *Sanguinem* debeat, & non poſſit referri ad *Calicem*. Vide ſupr. p. I. II. tit. VIII. n. 72.

8. Rubr. eod. n. 1. *Si quis autem aliquid* omittendo *diminueret*, *vel* addendo aut tranſponendo *immutaret de forma* eſſentiali *Conſecrationis Corporis & Sanguinis*, *&* *in ipſa verborum* diminutione vel *immutatione verba idem* eſſentialiter *non ſignificarent*, *non conficeret Sacramentum*. Proinde cognito ſive ante, ſive poſt ſumptionem in alterutra vel utrâque Formâ errore ſubſtantiali, faciendum eſt id, quod infrà n. 12. & ſeqq. præſcribitur.

9. Rubr. eod. n. 1. *Si verò* Celebrans *aliquid* in Forma, ſive Hoſtiæ ſive Calicis, deliberatè *adderet*, omitteret, aut variaret, *quod ſignificationem* eſſentialem *non mutaret*, ſed accidentalem, *conficeret quidem*

Sacramentum, & nihil foret ſupplendum, *ſed* per ſe *graviſſimè peccaret*. Vide n. 2.

10. Hinc SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 15. ait: *Si loco vocis HOC dicatur ISTUD, valida quidem, ſed illicita erit Conſecratio; ſecùs verò, ſi diceretur ILLUD; nam* lii *ISTUD rem præſentem* (clariùs apud Hiſpanos) *ſignificat, ſecùs verò* lii *ILLUD. Item invalida eſt Conſecratio, ſi diceretur: HIC EST CORPUS MEUM, ut* lii *HIC* ex mente loquentis *eſſet adverbium; non enim exprimeretur Tranſſubſtantiatio. Secùs, ſi per grammaticum errorem diceretur HIC pro HOC.* Ità SS. Patres, & *Natalis Alexander* infrà n. 24.

11. Rubr. n. 2. *Si Celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea, quæ in Conſecratione communiter dicuntur, non debet* ipſe *proptereà turbari. S. Thomas* p. 3. q. 82. a. 6. ad 5. (volens omnes evellere ſcrupulos, qui interdum in Sacerdotis animo oboriuntur) hanc affert rationem: *Non enim, qui multa dicit, recolit omnia, quæ dicit.* Hinc tutò Celebrans poteſt pergere:

12. Vel, ut ſuæ omninò conſulat quieti (ait *Merati* p. 3. t. 7. n. 1. §. *Intentione conditionatâ*), quærere debet à miniſtro Miſſæ, an Hoſtiam & Calicem elevaverit, ut inde quaſi à poſteriori arguat, ſe verè protuliſſe formam Conſecrationis, ſi talis elevatio ſecuta fuerit; admittat verò rationem dubitandi, ſi non elevaverit dictam Hoſtiam & Calicem; tunc proinde locum haberet illud, quod dicitur infrà n. 17.

13. Rubr. eod. n. 2. *Si tamen certò ei* Celebranti ante ſumptionem *conſtet, ſe omiſiſſe aliquid eorum, quæ*, extra omne dubium, *ſunt de neceſſitate Sacramenti, id eſt, Formam* integram *Conſecrationis* Corporis vel *Sanguinis, ſeu partem* indubitanter & certò eſſentialem, tunc *reſumat* (debet, ut perficiatur Sacrificium, reſumere) *ipſam* ſinè ulla conditione, etiam mente retentâ, integrè *formam* n. 1. & 3. poſitam, *& cætera proſequatur per ordinem.*

14. Porrò non debet in hoc caſu neceſſariò inchoari ab his verbis: *Qui pridie*, vel *Simili modo*, ut t. IV. n. 5. & 6., ac t. X. §. 2. n. 34. Ratio eſt quia Rubrica hoc loco id non præſcribit, ſed reſumendam ſolum aſſerit ipſam formam; ſcilicet: *Hoc eſt enim*, &c.; vel *Hic eſt enim*, &c.

15. Si autem Celebrans materiam, V. G. panem, defectu formæ eſſentialis, à ſe eſſe invalidè conſecratam cognoſcat tantùm poſt illius materiæ nulliter conſecratæ ſumptionem, tunc faciendum eſt id, quod ſuprà t. III. n. 14. & 15. dictum eſt: *Quia eadem eſt ratio* (ait ex *Suareſio Gavantus*) *ineptæ materiæ, & materiæ aptæ ſine valida forma.*

16. Quid ſi defectus eſſentialis certò fuerit in utraque Forma? Rſ. Idem ob eamdem ex *Suareſio* & *Gavanto* rationem dicendum, quod, dum utraque materia eſt inepta, dictum eſt t. IV. n. 25., & ſeqq. Hæc confirmat SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 16, aſſumens ſequentia *Suareſii* verba in ſua:

17. *Si omiſſum eſt aliquod verbum eſſentiale, vel talis facta ſit mutatio, quæ neceſſarium Formæ ſenſum abſtulerit*, & hoc ſciverit Celebrans ante ſpeciei illius ſumptionem, *iteranda eſt Conſecratio*, *VEL IN UTRAQUE FORMA* (en ecce clarè caſus noſter) *ſi in ambabus talis defectus acciderit, vel ſolùm in una, ſi in ea tantùm inventus fuerit defectus.*

18. Rubr. eod. n. 2. *Si verò valde probabiliter dubitat* dubio facti, *ſe aliquid eſſentiale omiſiſſe* (V.G. dubitat Sacerdos valdè probabiliter *de hoc ſuo facto*, an dixerit illi *Meum*, ſine quo forma Conſecrationis panis certò eſt invalida) vel ſi ſic dubitet *dubio juris*, V. G. certus eſt ſe tantùm dixiſſe: *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, & ſe ſequentia: *Novi & æterni*, &c., omiſiſſe; de hoc ſuo facto certus eſt:

19. Sed, quia non eſt ità exploratum, propter gravem, quæ adhuc viget inter Theologos contro-

verſam

verſiam, an conſecrata ſit, an non ſit, ſpecies vini, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 13. n. 15. (Vide La Croix p. 1. n. 124.) valde probabiliter dubitat *dubio juris*, an verba omiſſa ſint pars eſſentialis formæ.

20. Ex utroque hoc dubio *Facti* & *Juris* reſultat ſequens in Celebrante dubium practicum: *An hæc Hoſtia, vel an hoc vinum verè & ſe ſint validè conſecrata?* Stante hoc dubio, ait Rubr. eod. n. 2. *iteret* (debet iterare) *formam* integram ſuper pane vel vino ſic dubiè ex parte ſolius formæ conſecratis; idque non *abſolutè*, ſed ſub explicita, aut *ſaltem ſub tacita conditione*, quam vide infra n. 25.

21. Rubr. eod. n. 2. *Si autem ea formæ verba, de quibus dubitat, an ſint omiſſa, certò non ſunt de neceſſitate Sacramenti* (V. G. fundatè dubitat, an in forma Corporis vel Sanguinis Chriſti omiſerit illud *Enim*) *non reſumat formam*, nec aliquid de ea, *ſed procedat ulterius*, quia valida eſt Conſecratio.

22. Petit Sacerdos junior, quare Rubrica n. 20. dicat tantùm: *Iteret formam* ſuper pane vel vino ex parte formæ dubiè ſolùm conſecrato, & cur non addat hanc disjunctivam: *Vel poſſet ſuper alium* (panem vel ſuper alium) *Calicem* &c., ſicut eam particulam disjunctivam *Vel* addit Rubrica infrà t. X. §. 2. n. 35.? Videtur enim, inquit Juvenis, idem planè caſus eſſe tum hic, tum ibi, ſed cum hac ſolâ, ut apparet, differentia, quòd defectus ibidem debeat ſuppleri ab alio Sacerdote, ſed hoc loco defectus ſit ſupplendus per ipſum Celebrantem; hæc autem differentia nihil videtur immutare in intrinſecis Sacramenti.

23. Juſta eſt Sacerdotis petitio, & rectum apparet ratiocinium ejus. Hinc R., quòd in præſenti caſu defectus ſit occultus, &, per ſe loquendo, oriatur ex culpa vel gravi vel levi; ſcilicet vel ex malitia, ex diſtractione, vel ex inadvertentia culpabili Celebrantis; proinde novus panis & novus Calix cum

novo

novo vino, non poteſt commodè ſinè ſcandalo, infamiâ, aut perturbatione, tum Celebrantis, tum populi adſtantis adhiberi.

24. Illa omnia locum non habent in caſu, quo Celebrans ad Altare moritur, aut impotens fit, & alius ſupplere debet, de quo agit Rubrica infrà t. X. §. 2. n. 35. Et hæc apparet ratio (ſi quis meliorem habet, illam adducere poteſt) cur Rubrica hoc loco abſtineat ab hac disjunctivâ: *Vel poſſet ſuper alium Calicem, &c.*, & cur eam tit. X. exprimat.

25. Nihilominùs *Natalis Alexander* Theol. Dogmat. & Moral. l. 2. de *Sacram. Euchar.* c. 1, a. 4. Regulâ 9. docet (ùt refert SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 15.) quòd in caſu (quo Celebrans de Forma Calicis tantùm dixit: *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, & certò ſcit ſeſe cætera omnia omiſiſſe, ac proptereà dubitat, an Calix ſit conſecratus) *ſuper novum vinum iteranda forent* SUB CONDITIONE (utique hac: *Volo conſecrare hoc vinum, ſi prius non ſit validè conſecratum*; etenim aliam non ſcio allegabilem. Vide Append. præc. n. 6.) *verba omnia & ſingula* Formæ, *ùt ſunt in Canone Miſſæ; caterùm religioſâ veneratione Sacerdoti ſumendam eſſe ſpeciem, ſuper quam protulerit ſola verba:* HIC EST CALIX SANGUINIS MEI. Ità Natalis.

26. Verùm, præterquàm quòd Rubrica *conditionatam novi vini, quod noſcitur certò eſſe tale, Conſecrationem* nullibi præſcribat, nec uſpiam permittat, ſed tantùm *conditionatam priorum ſpecierum validè conſecrabilium, ſed dubiè ex parte ſolius forma conſecratarum reconſecrationem*, dicendum, quòd conditionata illa Conſecratio non videatur permiſſa, niſi adſit juſta cauſa & neceſſitas, quæ hoc loco nulla apparet. Quinimò vinum novum, quod indubitanter noſcitur eſſe purum vinum, *ſub conditione* conſecrare, nimis multum videtur habere de periculo irreverentiæ

Sa-

Sacramenti. Vide Appendicem præc. n. 22. & ſeqq.

27. Nam ſic neuter Calix certò; ſed uterque planè & totaliter reſpectu Celebrantis erit dubiè conſecratus: & ſic ſinè ulla juſtâ causâ, & ſinè ulla neceſſitate exponet ſe Celebrans periculo proximo ſumendi Sanguinem non jejunè, & Sacramentum multis irreverentiis aliis.

28. Pone enim, ſeu ſuppone in caſu, quem affert *Natalis Alexander*, priorem Calicem, ſeu prius vinum eſſe validè conſecratum, ùt plures, etiam graves Theologi, tenent, aſſerentes formam eſſentialem Calicis conſiſtere in hiſce ſolis verbis; *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, & SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà declarat ſeſe ad hoc propenſum, tunc novum vinum *conditionatè* conſecratum erit & manebit vinum, ùt certum & evidens apparet ex conditione appoſitâ non evacuatâ. Celebrans itaque ſumens poſt Hoſtiam conſecratam hoc novum vinum manens vinum, & deinde priorem Calicem validè conſecratum (ùt id præſcribit *Natalis Alexander*) ſumet Sanguinem non jejunus, falſificabitque hæc verba: *Hæc commixtio... Corporis & Sanguinis*, &c, &c.

29. Inſuper *Merati* p. 3. t. 7. n. 1. §. *Intentione* videtur rectè cum Theologis docere: *Intentione conditionatâ* (cujus impletio non eſt à nobis naturaliter cognoſcibilis) in Conſecratione Corporis & Sanguinis; *uti non debet* (non poteſt) *Sacerdos*, *niſi quando*, *facto diligenti examine*, *dubitat*, *an* vera *Hoſtia vel* verum *vinum*, ſuper quibus debet proferre Formam conditionatam, *fuerit conſecratum*, ſeu quando habetur dubium ex parte ſolius formæ.

30. *V. G.* (pergit *Merati*) *quando ob mentis evagationem, aut alias cauſas Sacerdos certus non eſt, ſe verba Conſecrationis protuliſſe. In tali caſu*, ac in ſimilibus, in quibus dubium reſultat ex parte formæ tantùm, *poteſt iterum SUB CONDITIONE conſecrare eadem*

Hoſtia

ex hac propoſitione falsâ, qualis eſt omnis, quæ ab Eccleſia, aut à ſummo Pontifice proſcripta eſt: 12. *Valet Baptiſmus collatus à Miniſtro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi exterius obſervat; intùs verò in corde ſuo apud ſe abſolutè reſolvit:* NON INTENDO QUOD FACIT ECCLESIA, damnatâ ab *Alexandro* VIII. die 7. Sept. 1690., non conficit Baptiſmi, ità ſic eodem modo ſacrificans non conficit Euchariſtiæ Sacramentum, ſed uterque ſacrilegium committit enormiſſimum.

3. Si autem eum fictionis commiſſæ (timendum tamen, ut id tam inſtantaneè fiat) verè pœniteat ante ſumptionem, poteſt debitè contritus (dum ſine ſcandalo, infamiâ, &c. non valet abrumpere, & ab Altari recedere) reſumere formam utramque, non ex virtute aut vi præcepti perficiendi Sacrificii, quia illud nondum eſt eſſentialiter inceptum, ſed vi præcepti divini naturalis non fingendi falſum in hoc Miniſterio, & conſequenter non perſeverandi in fictione, nec ſumendi potum & cibum per modum Sacramenti, quod non eſt; nec dandi aliis occaſionem adorandi cultu latriæ panem & vinum. Ità ex *Sarrezio Gavantus* vide t. III. n. 33.

4. Rubr. eod. n. 1. Item ſecundò: *Si aliqua Hoſtia ex oblivione remaneant in Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua Hoſtia lateat* Celebrantem, licèt alioquin Hoſtia illa vel vinum ſit ſufficienter, imò aliter præſens, Sacerdos vinum iſtud, aut Hoſtias illas non conſecrat. Rationem addit Rubrica: *Cùm non intendat* Sacerdos *conſecrare* vinum, niſi quod adeſſe novit & videt; neque etiam Hoſtias, *niſi quas* pariter adeſſe novit & *videt* in ſe, vel incluſas in Pyxide (vel vaſe ordinario) licèt ſub Conſecratione maneat propter inadvertentiam clauſa. Vide t. II. n. 5.

5. Hinc SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 18. n. 4. & 6. proponit hunc caſum: Sacerdos Æditruo de-

declaravit in Sacriſtia, ſe particulas populo diſtribuendas conſecraturum; & Æditus Pyxidem attulit, cùm Sacerdos legeret Evangelium, eamque poſuit ad partem Epiſtolæ, neque id tamen Sacerdos advertit. Quæritur, an particulæ ex verbis, quæ profert Sacerdos ſuper Hoſtiam, cenſendæ ſint conſecratæ, & populo diſtribuendæ?

6. Et quidem memoriâ repetendum eſt, Conſecrationem eſſe faciendam ſuper petrâ ſacrâ, ac Sacerdotem validè quidem, ſed illicitè conſecrare particulas poſitas extra petram ſacram, ſiquidem eas conſecrandi intentionem haberet. Itàque (pergit SS. Dominus) res eò redit, an fundatè præſumi poſſit Sacerdotem habuiſſe intentionem particulas illas conſecrandi.

7. Quidam negant poſſe præſumi Sacerdotem voluiſſe illicitè conſecrare materiam locatam extra petram ſacram, ùt videre eſt apud *Dianam.* Aliis èconträ haud ità durum videtur præſumere eam intentionem conſecrandi; etſi enim illicita eſt intentio conſecrandi materiam, quam Sacerdos novit eſſe extra petram ſacram; non tamen illicita eſt intentio conſecrandi materiam omnem, quæ præſens eſt, etiamſi incautè in eo loco poſita non fuerit, quo eam locatam oportuit; atque ea eſt *Gamachæi* Doctoris Sorbonici ſententia. Verùm

8. Qui affirmativè ſentiunt, ad ſummum aſſequi poſſunt, ùt probent id *Speculativè* eſſe probabile, quod non ſatis eſt hac in re; nam *Innocentius* XI. hanc condemnavit: *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tutiore.* Quapropter concludendum, particulas non eſſe populo tribuendas, ſed aſſervandas, ut in alia Miſsâ *conditionatè* conſecrentur, quod prudenter advertit Patavinus Clerus in Append. ad reſolutiones caſuum anno 1708. Ità SS. Dom.

9. Rubr. eod. n. 1. *Item tertiò: Si quis habeat*

ex hac propoſitione falsâ, qualis eſt omnis, quæ ab Eccleſia, aut à ſummo Pontifice proſcripta eſt:

2. *Valet Baptiſmus collatus à Miniſtro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi exteriùs obſervat; intùs verò in corde ſuo apud ſe abſolutè reſolvit:* NON INTENDO QUOD FACIT ECCLESIA, damnatâ ab *Alexandro* VIII. die 7. Sept. 1690., non conficit Baptiſmi, ità ſic eodem modo ſacrificans non conficit Euchariſtiæ Sacramentum, ſed uterque ſacrilegium committit enormiſſimum.

3. Si autem eum fictionis commiſſæ (timendum tamen, ut id tam inſtantaneè fiat) verè pœniteat ante ſumptionem, poteſt debitè contritus (dum ſine ſcandalo, infamiâ, &c. non valet abrumpere, & ab Altari recedere) reſumere formam utramque, non ex virtute aut vi præcepti perficiendi Sacrificii, quia illud nondum eſt eſſentialiter inceptum, ſed vi præcepti divini naturalis non fingendi falſum in hoc Miniſterio, & conſequenter non perſeverandi in fictione, nec ſumendi potum & cibum per modum Sacramenti, quod non eſt; nec dandi aliis occaſionem adorandi cultu latriæ panem & vinum. Ità ex *Suarezio Gavantus* vide t. III. n. 33.

4. Rubr. eod. n. 1. *Item* ſecundò: *Si aliqua Hoſtia ex oblivione remaneant in Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua Hoſtia lateat* Celebrantem, licèt alioquin Hoſtia illa vel vinum ſit ſufficienter, moraliter præſens, Sacerdos vinum iſtud, aut Hoſtias illas non conſecrat. Rationem addit Rubrica: *Cùm non intendat* Sacerdos *conſecrare* vinum, niſi quod adeſſe novit & videt; neque etiam Hoſtias, *niſi quas* pariter adeſſe novit & *videt* in ſe, vel incluſas in Pyxide (vel vaſe ordinario) licèt ſub Conſecratione maneat propter inadvertentiam clauſa. Vide t. II. n. 5.

5. Hinc SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 18. n. 4. & 6. proponit hunc caſum: Sacerdos Æditum de-

declaravit in Sacriſtia, ſe particulas populo diſtribuendas conſecraturum; & Æditus Pyxidem attulit, cùm Sacerdos legeret Evangelium, eamque poſuit ad partem Epiſtolæ, neque id tamen Sacerdos advertit. Quæritur, an particulæ ex verbis, quæ profert Sacerdos ſuper Hoſtiam, cenſendæ ſint conſecratæ, & populo diſtribuendæ?

6. Et quidem memoriâ repetendum eſt, Conſecrationem eſſe faciendam ſuper petrâ ſacrâ, ac Sacerdotem validè quidem, ſed illicitè conſecrare particulas poſitas extra petram ſacram, ſiquidem eas conſecrandi intentionem haberet. Itàque (pergit SS. Dominus) res eò redit, an fundatè præſumi poſſit Sacerdotem habuiſſe intentionem particulas illas conſecrandi.

7. Quidam negant poſſe præſumi Sacerdotem voluiſſe illicitè conſecrare materiam locatam extra petram ſacram, ùt videre eſt apud *Dianam*. Aliis èconträ haud ità durum videtur præſumere eam intentionem conſecrandi; etſi enim illicita eſt intentio conſecrandi materiam, quam Sacerdos novit eſſe extra petram ſacram; non tamen illicita eſt intentio conſecrandi materiam omnem, quæ præſens eſt, etiamſi incautè in eo loco poſita non fuerit, quo eam locatam oportuit; atque ea eſt *Gamachæi* Doctoris Sorbonici ſententia. Verùm

8. Qui affirmativè ſentiunt, ad ſummum aſſequi poſſunt, ùt probent id *Speculativè* eſſe probabile, quod non ſatis eſt hac in re; nam *Innocentius* XI. hanc condemnavit: *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tutiore.* Quapropter concludendum, particulas non eſſe populo tribuendas, ſed aſſervandas, ut in alia Miſsâ *conditionatè* conſecrentur, quod prudenter advertit Patavinus Clerus in Append. ad reſolutiones caſuum anno 1708. Ità SS. Dom.

9. Rubr. eod. n. 1. *Item tertiò: Si quis habeat*

coram ſe undecim Hoſtias, & intendat conſecrare ſolùm decem, non determinans quas decem intendit (quæ indeterminatio, ſeu non determinatio eſt merè interna) *in his 3. caſibus* jam enumeratis (licèt habeatur totus ritus externus seriò peractus, quo apparet, quòd Sacerdos velit & intendat omnes conſecrare) tamen *non conſecrat*, & pro ratione addit Rubrica: *Quia requiritur* interna, quæ ſola in his 3. caſibus deeſt, *intentio*; & quidem determinata conſecrandi hanc vel illam materiam. Unde in hoc ultimo caſu non eſt major ratio, cur illa vel illa ex undecim Hoſtiis non ſit conſecrata; adeoque nulla.

10. Rubr. eod. n. 1. *Secus* dicendum eſt, ſi Celebrans, *putans quidem* Hoſtias *eſſe decem*, cùm ſint undecim vel plures, *tamen omnes* abſolutè & ſinè ulla excluſione *voluit conſecrare, quas coram ſe habebat: nam tunc omnes erunt conſecrata*; quia hoc caſu error erit merè ſpeculativus, ſeu materialis dumtaxat, non vitians intentionem; cùm materia tota (ſcilicet undecim aut plures Hoſtiæ) ſit determinata, & incluſa intrà terminum intentionis.

11. Rubr. eod. n. 1. *Atque ideo quilibet Sacerdos talem ſemper intentionem habere deberet, ſcilicet conſecrandi eas omnes* Hoſtias, *quas ante ſe ad conſecrandum poſitas habet.* Ad hanc Rubricæ admonitionem quilibet Sacerdos, qui plures eſt conſecraturus Hoſtias, ſedulò reflectere deberet.

12. Si Sacerdos in Miſſa, poſt conſecratam majorem Hoſtiam, ante Conſecrationem Calicis advertat appoſitas fuiſſe minores Hoſtias conſecrandas, de quibus nullam prorſus umquàm intentionem habuit, aut incidentiam, non poteſt ſuper has minores repetere formam, quia ſic poneret duo Sacrificia & eadem die bis celebraret; nam parvæ illæ Hoſtiæ nullo modo poſſunt eſſe referibiles ad Hoſtiam majorem, utpote quæ jam eſt perfectè & comple-

tè

tè conſecrata: hinc diſparitas facilè dari poteſt infrà pro t. X. §. 2. n. 28. & ſeqq.

13. Rubr. n. 2. *Si Sacerdos, putans ſe tenere unam tantùm Hoſtiam, poſt Conſecrationem invenerit fuiſſe duas ſimul junctas*, ambæ iſtæ Hoſtiæ ſunt verè ab ipſo conſecratæ. Ratio eſt, quia illud Sacerdotis *putare* in præſenti caſu importat privatam ſeu ſpeculativam ſolummodò deceptionem, & minimè tollit intentionem, quæ moraliter ſeu practicè ineſt circa hanc præſentem materiam; adeoque circa utramque Hoſtiam. Hinc reſolvit Rubrica, quòd *in ſumptione* Celebrans *ſumat ſimul*, & per modum unius *utramque* Hoſtiam.

14. Rubr. eod. n. 2. *Quòd ſi* celebrans *deprehendat poſt ſumptionem Corporis & Sanguinis, aut etiam poſt ablutionem* (adeoque licèt ipſe non ſit ampliùs naturaliter jejunus) *reliquias aliquas relictas*, & *ſive in eadem, ſive in præcedenti Miſsâ conſecratas, eas* ſtatim, id eſt, quouſque ab Altari non diſceſſit versùs Sacriſtiam, *ſumat* (nè depoſt irreverenter tractentur) *ſive parva ſint, ſive magna*, ſublatâ omni diſtinctione ;

15. Rubrica eod. n. 2. dat pro ratione: *Quia hæ* reliquiæ etiam magnæ *ad idem Sacrificium ſpectant*. Id extendit *Sylvius* p. 3. q. 80. a. 8. ad fragmentorum ſumptionem, poſtquàm Celebrans Euchariſtiam in fine Miſſæ ſuæ aſſiſtentibus miniſtravit.

16. Cum qua *Sylvii* doctrinâ, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 17. n. 3., conſentit Rubrica n. 14. aſſignata. Quin & *Clerus Patavinus* 1708. reliquiarum conſecratarum ſumptionem Sacerdoti permittit etiam dum ad Sacriſtiam reverſus eſt, modò nondum ſit ſacris exutus veſtibus, & quidem prudenter, ait SS. Dominus ſuprà n. 5.

17. En *Cleri Patavini* verba: *Sumptio harum reliquiarum poſt Miſſam relictarum eſt complementum ipſius actionis, & Sacrificii, quod moraliter cenſetur durare, donec*

donec concurrant hæc duo: Et quòd adſint talia fragmenta ex ipſo inadvertenter relicta, & quòd nondum ſacris veſtibus exutus ſit, dummodò non ſtudiosè, aut aliquo impedimento detentus diu diſtulerit eas exuere, ſed unico contextu, ùt fieri ſolet, ab Altari ad Sacriſtiam recta perrexerit, & ibi ſacra menſæ reliquias, paramenta Miſſæ depoſiturus, inveniat.

18. Sed hæc *Cleri Patavini* ratio videtur aliquibus inſufficiens; ſi enim, inquiunt, Sacrificium, aſſumptis in Sacriſtia SS. veſtibus, non dicitur inchoari; ùt quid continuabitur, nondum depoſitis ibidem iiſdem SS. veſtibus? Proin videtur ſumptio particularum in Sacriſtia eſſe Communio ſecunda per ſe prohibita. Et ſic, ſecundùm aliquos, de SS. fragmentis in Sacriſtia inventis idem videtur dicendum, quod de integra Hoſtiâ aſſerit Rubrica numero ſeqq. Interim fiat in caſu, ùt judicabitur.

19. Rubr. n. 3. *Si verò*, non fragmenta, ſed *relicta ſit Hoſtia integra*, ſive parva illa ſit, ſive major, eaque *conſecrata* (Hic caſus non commentitius eſt, ait SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà, nec impoſſibilis) *eam* Celebrans *in Tabernaculum cum aliis reponat. Si hoc fieri nequit, ſequenti Sacerdoti ibi celebraturo, in Altari ſupra Corporale decenter opertam, ſumendam unà cum altera, quam eſt conſecraturus, relinquat.*

20. Rubr. eod. n. 3. *Vel, ſi neutrum horum fieri poſſit*, Celebrans dictam Hoſtiam conſecratam, quæ relicta eſt, *in ipſo Calice ſeu Patena decenter conſervet, quouſque* ipſa *vel in Tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur. Quòdſi non habeat, quomodò honeſtè conſervetur, poteſt eam ipſemet*, licèt non ſit naturaliter *jejunus*, *ſumere*. Quia tunc in hac ſumptione eſt minimum de periculo irreverentiæ Sacramenti.

21. Rubr. n. 4. *Si intentio*, quam habet Sacerdos, *non ſit actualis in ipſa Conſecratione, propter evagationem mentis, ſed* ſolummodò *virtualis*; *cùm* ipſe Celebrans

accedens

accedens ad Altare intendat facere, quod facit Eccleſia, conficitur Sacramentum, etſi curare debet Sacerdos, ut, quantùm ſibi poſſibile eſt, *etiam actualem intentionem* ſub Conſecratione *adhibeat*.

22. Hæc Rubricæ verba: *Conficitur Sacramentum* extendit *Gavantus* cum variis paſſim etiam ad caſum, quando multæ particulæ de ſcitu & viſu Celebrantis in Altari ponuntur, *debitè* præſentes intra ipſius viſum, & demonſtrari poſſunt per *Hoc*, & *Hic*; de quibus conſecrandis actualem formavit intentionem in initio Miſſæ, ſi in actuali Conſecratione, non recordetur *actualiter* illarum Sacerdos, ſed illius tantùm Hoſtiæ majoris, quam in manibus habet; tunc etiam omnes erunt conſecratæ, quia de iis, tempore Conſecrationis, intentionem habuit *virtualem*; quæ non fuit interrupta, & ad valorem Sacramenti, juxta ſanam Theologiam, ſufficit.

23. Guttæ tamen vini, quæ vel in Calicis pede, vel extra cuppam eidem adhærent, non ſunt conſecratæ, niſi poſitivè conſtaret de expreſſâ, ſed ſacrilegâ, Sacerdotis intentione: Hinc hæ guttæ per ſe haberi debent tamquàm non conſecratæ, & ſimpliciter purificatorio ſunt abſtergendæ. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. cap. 17. n. 7.

24. Si Sacerdos, hauſto Sanguine, in Calice guttas inveniat hinc inde diſperſas, etſi quidam putent, eas tamquàm non conſecratas habendas eſſe, & extergi poſſe purificatorio, utpote ſeparatas à Sanguine, qui fuit in fundo Calicis, nec cum eo facientes quid unum; tamen tutius eſt eas conſiderare tamquàm conſecratas, ac per ſubſequentem unire & abſumere purificationem, SS. D. *Bened.* XIV. ſuprà.

TITULUS OCTAVUS
DE DEFECTIBUS DISPOSITIONIS ANIMÆ.

1. Rubri. n. 1. *Si quis Sacerdos ſuſpenſus, excommunicatus, degradatus, irregularis, vel*

aliàs Canonicè, licèt planè occultè, *impeditus*, hæreticus, & quantùmvis malus, ac quocumque crimine innodatus; cum debita intentione, & cum aliis ad valorem Sacrificii requiſitis, Miſſam *celebret*, *conficit quidem* SS. Euchariſtiæ *Sacramentum*, & Sacrificium perficit, & prodeſt ex opere operato eis, pro quibus oblatum eſt. Ità decidit Concil. Conſtantienſe ſeſſ. 8. c. 15. contrà *Wiccleſſum* & *Joan. Hus*.

2. Hoc ipſum oſtendit *S. Thomas* p. 3. q. 82. de malis Presbyteris art. 5. Sacerdos enim non propriâ virtute, ſed Sacramentum conficit ut Chriſti miniſter, in cujus perſonâ conſecrat; nec deſinit eſſe ſervus Chriſti, ſi malus fiat: nam Chriſtus ſervos habet bonos & malos. Idem docet *S. Thomas* art. 7. & 8. de hæreticis, degradatis, &c. Quia poteſtas validè conſecrandi à ſolo pendet Charactere, qui in Ordinatione indelebiliter animæ imprimitur. Unde dum redeunt tales ad unitatem Eccleſiæ, de novo Miſſam celebrant; ſinè nova reordinatione.

3. Rubr. eod. n. 1. *Sed taliter* Celebrans *graviſſimè peccat, tam propter* ipſum Sacramentum, quod ſacrilegè conficit, & propter ſacram *Communionem*, *quam indignè ſumit*, *quàm propter executionem Ordinum*, *qua ſibi erat* (dum eſt Cenſurâ innodatus) *interdicta*, niſi mortis, magnæ infamiæ, aut ſcandali gravis vitandi gratiâ debitè diſpoſitus celebret, quia leges Eccleſiæ (ſecluſo contemptu, &c.) non obligant tanto cum incommodo.

4. Ut itàque tales licitè extra neceſſitatem celebrent, & abſolutio requiritur à Cenſurâ, quâ illi ſunt ligati, & ſtatus gratiæ, qui ſit acquiſitus per Sacramentum Pœnitentiæ actu ſuſceptum; at quia per Sacramentalem abſolutionem non tollitur corporis immunditiès, poteſt dari caſus (juxta *Soto*, *Sylvium*; *Natalem Alexandrum*, & alios apud SS. D. *Benedictum* XIV. l. 3. c. XI. n. 10. & 12.) in quo non

tantùm

tantùm decet, ſed & debeat ſic à mortali Sacramentaliter abſolutus aliquantulum à Celebratione abſtinere. Vide infrà t. IX.

5. Pro ſequenti Rubrica debitè intelligendâ Sacerdos notet *primò* : Tunc non habetur *copia Confeſſarii*, dum non adeſt aliquis, aut *moraliter*, ſpectatis maturè omnibus circumſtantiis, adeſſe non poteſt, qui Celebraturum à mortali valet & vult abſolvere: Vel, ſi talis adſit, qui valet, & vult; ei tamen Celebraturus ob fundatum, quod habet, frangendi ſigilli periculum, aut ob aliud graviſſimum damnum, quod inde ſequeretur, confiteri non poteſt.

6. Notet *ſecundò* : Tunc habetur *Neceſſitas urgens celebrandi*, quando vel perficiendum eſt Sacrificium, de quo infrà t. X, §. 2. n. 7. & ſeqq.; vel ex officio foret celebrandum, ut populus die Dominicâ aut Feſtivâ audiat Miſſam, vel ut detur morituriенti Viaticum, modò tribus hiſce in caſibus *moraliter* non adſit alius, vel adeſſe non poſſit. Item ; Si Miſſa ſinè gravi periculo, ſcandalo, aut ſui infamiâ omitti non poteſt. Hæc omnia in caſûs occurrentiâ rectè ſunt penſanda, & benè videndum, an iniquitas occultè aliquando non mentiatur ſibi.

7. Hinc Rubr. n. 2. *Si quis* Sacerdos, *habens copiam Confeſſoris* (ut n. 5. eſt expoſitum) *celebret in peccato mortali*, à quo ſcit ſeſe per Sacramentum Pœnitentiæ actu ſuſceptum non eſſe abſolutum, *graviter peccat*, idque in omni caſûs occurrentia, & quantùmvis etiam ſibi perfectè contritus videatur.

8. Rubr. n. 3. *Si quis autem* Sacerdos *in caſu neceſſitatis* verè urgentis, *non habens copiam Confeſſoris*, ſcienter *in peccato mortali abſque contritione celebret*, ſemper *graviter peccat*.

9. Rubr. eod. n. 3. *Secus*, id eſt, Sacerdos exiſtens actu in peccato mortali, non peccat graviter, ſi, occurrente hâc duplici circumſtantiâ; Urgente ne-

neceſſitate, & abſentiâ Confeſſarii (ùt id n. 5. & 6. eſt expoſitum) debitè *conteratur*; atque ità ſinè prævia Confeſſione Sacramentali, ſed cum voto quàm primùm ſic confitendi, celebret.

10. *Temeraria* tamen *ea eſt propoſitio* (verba ſunt SS. D. *Benedicti* XIV. l. 3. c. XI. n. 5.) *qua ſtatuit, ſatis eſſe attritionem, etiam quæ talis cognoſcitur. Scilicet neceſſaria eſt contritio, aut ſaltem attritio, quam Sacerdos ſinè culpa probabiliter exiſtimavit contritionem.*

11. Rubr. eod. n. 3. *Debet tamen* Sacerdos, qui, exiſtens in ſtatu peccati mortalis, Miſſam ſinè prævia Sacramentali Confeſſione celebravit (idque ſive habuerit, ſive non habuerit copiam Confeſſoris; Item, ſive fuerit, ſive non fuerit in neceſſitate celebrandi; item tertiò ſive contritus fuerit, etiam contritione per ſe juſtificante, ſive nullo modo contritus, vel attritus) *cùm primùm poterit*, id eſt, poſt Miſſam ſic celebratam, intrà triduum, ſi poterit (licèt intrà quindenam & ampliùs non intenderet, vel non poſſet celebrare) ſub gravi Sacramentaliter *confiteri*, ſic ut triduum, dum intrà illud tempus, Confeſſio Sacramentalis, ſive ex malitia, ſive ex neceſſitate, non eſt peracta, ſit terminus ulteriùs ſub gravi urgendæ ſemper obligationis; non verò extinguendæ. Ità Theologi.

12. Hinc hæc Rubricæ verba: *Cùm primùm poterit*, ſeu *Quàm primùm confiteatur*, ùt loquitur *Tridentinum*; non important nudum conſilium, ſed ſtrictum ſub mortali præceptum, ùt patet ex damnatione propoſitionis 38. ab *Alexandro* VII., in qua aſſeritur id eſſe *conſilium* dumtaxat, *& non præceptum* grave. Et ex hac 39. ab eodem Pontifice damnatâ: *Illa particula QUAM PRIMUM intelligitur, cùm Sacerdos ſuo tempore* (id eſt, quando iterum celebrabit, quàmvis poſt notabile tempus) *confitebitur*, colligunt Rituaiſtæ, & Theologi hoc præceptum Sacramentaliter confitendi citiſſimè, adeoque intrà triduum, (ſive, ùt loquitur

oquitur *Styarts* in dictas propoſitiones, *ſimul ac fieri* *oteſt*) eſſe adimplendum.

13. Rubr. n. 4. *Si in ipſa celebratione Miſſæ*, intellige poſt Conſecrationem (aliqui tamen id etiam extendunt ad ante Conſecrationem, infrà n. 18. & 19.) *Sacerdos recordetur, ſe eſſe in peccato mortali*, à quo ſcit ſe non eſſe Sacramentaliter abſolutum, ſi nondum deſuper contritionem elicuerit, *conteratur*, id eſt, debet conteri, ſaltem inchoativè, antequàm pergat, & completivè antequàm conſecret, vel ſumat) *cum propoſito* (hoc loco Rubrica non addit, ùt n. præc. ſed, juxta plures, ſubintelligit ipſa hanc particulam: *Cùm primùm poterit*; idque conformiter ad expoſitionem n. 11. datam) *confitendi* ſacramentaliter, *& ſatisfaciendi* juſtitiæ divinæ. Hæc Miſſalis Rubrica manavit ex S. *Thoma* doctrinâ p. 3. q. 83. a. 6. ad 2. qui inſuper dicit: *Et ſic non indignè, ſed fructuosè* poterit *ſumere* hoc *Sacramentum*.

14. Rubr. n. 5. Si Sacerdos poſt Conſecrationem *recordetur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum, ſimiliter conteratur*, modo, quo d n. præc. expoſitum eſt, *cum propoſito* Sacramentaliter confitendi, & humiliter *petendi abſolutionem* à peccatis & cenſurâ. Quia eadem eſt ratio hoc & præc. n. ait Doctor Angelicus ſuprà, additque: *Et ſic per inviſibilem Pontificem JESUM Chriſtum abſolutionem conſequetur quantùm ad hunc actum, quòd pergat divina myſteria*; atque ità excommunicatus aut ſuſpenſus, Miſſam contritus perficiens, non incurret irregularitatem; quod bene notandum.

15. Illa particula, quam habet Rubrica n. præc. *Conteratur cum propoſito*, non afficit eum, qui celebrare incepit in loco interdicto, neſciens locum eſſe interdictum, niſi cauſam dederit Interdicto, aut eidem culpabiliter coöperatus fuerit; alioquin enim talis non eſt ſubjectus alicui cenſuræ, ob quam conteri

teri deberet; cùm nullam commiſerit culpam.

16. Rubr. eod. n. 5. *Ante Conſecrationem autem in ſupradictis* (utique n. 13. & 14.) *caſibus* (quando alicujus prædictorum Celebrans ſit memor, ait *S. Thomas* ſuprà) *ſi non timeatur ſcandalum* aut infamia, *debet* (Doctor Angelicus aſſerit: *tutius putarem, maximè in caſu... excommunicationis*) vel confiteri, ſi commodè poteſt, vel, ſi non poſſit, *Miſſam inceptam deſerere.*

17. Ob hanc appoſitam conditionem: *Si non timeatur ſcandalum*, Doctor Angelicus, & ex eo Rubrica, ne videantur aërem verberaſſe, ſupponunt dari poſſe caſus, in quibus Celebrans ſinè gravi ſcandalo, & ſui infamiâ Miſſam inceptam poſſit ante Conſecrationem deſerere, tum dum in peccato mortali, tum dum excommunicatus, ſuſpenſus, &c. celebrat.

18. Nonnulli caſum quidem admittunt, dum Sacerdos in excommunicatione, ſuſpenſione, &c.; minimè verò dum in mortali celebrat. Et ideo (quia à Rubrica nolunt recedere) cum *Quarti* hæc Rubricæ verba: *In ſupradictis caſibus* ſtrictè interpretantes, ea reſtringunt ad ſolùm numerum Rubricæ quintum ſuprà n. 14. de Celebrante excommunicato, &c; non verò ad numerum Rubricæ quartum ſuprà n. 13. de Celebrante in mortali. Atque ità juxta Rubricam deſerenda non foret Miſſa ob ſolam ſub ea ante Conſecrationem peccati mortalis Sacramentaliter non remiſſi memoriam, modò conteratur.

19. Verùm dicta Rubricæ reſtrictio, cum excluſione numeri Rubricarum quarti, nimium videtur contorta contra obvium verborum ſenſum, & contra textum S. Thomæ, ex quo Rubrica videtur deſumpta; maximè cùm Rubricæ primitùs fuerint ſinè numeris impreſſæ, ut patet ex antiquioribus Miſſalibus, quæ ſunt ad manum. Inſuper differentia inter Celebrantem in mortali, & cum cenſura, maximè

dum

dum eſt occulta, eſt difficulter dabilis; proin caſus videtur practicè admittendus, quoad utrumque. Sed priùs

20. Nota primò, in hoc omnes convenire, quòd Sacerdos, etiam veſtibus ſacris in Sacriſtia indutus, gravi ſe peccato aut excommunicatione ligatum recordans, debeat confiteri, dum ſinè notabili ſcandalo (prout ſæpius fit) poteſt. Ità *Scotus* 4. d. 9. q. 1., *Gavantus*, & alii, quia ſacra actio nondum eſt incepta. Et tunc maximè decet exuere ſe ſacris veſtibus (ſaltem Caſulâ & Stolâ) quæ pœnitentis ſtatui Sacramentaliter confitentis non conveniunt.

21. Nota ſecundò, certum videri, quòd Celebrans, dum, Miſsâ jam inchoatâ, faciliter poteſt Confeſſarius accedere ad Altare, V. G. Diaconus, qui ſit Confeſſarius, dum cantatur *Gloria*, *Proſa*, *Credo*, &c., aut dum fit Concio, vel etiam in Miſſa privatâ, dum miniſter, coràm quo ſolo celebrat, eſt Confeſſarius, tenetur confiteri. *S. Bonaventura* 4. d. 13. *Silveſter* Verbo *Eucharistia* 2. q. 6.

22. Itaque hiſce ſeclusis, ſi quis bonæ famæ, & vitæ alioquin exemplaris, de quo apud neminem aliqua facilè oriri poteſt mala ſuſpicio, publicè celebrans, ad Epiſtolam vel Evangelium ſe in ſtatu peccati mortalis, aut excommunicatum eſſe recordetur, quid faciet?

23. Inſinuet ſe ob exonerationem omnino neceſſariam (quæ datur corporis & animæ; & ad veritatem dicti ſufficit, quòd una ex duabus verè ſubſiſtat) quam nullatenus uſque ad finem Miſſæ differre poteſt, vel invitum cogi Miſſam inceptam deſerere, talis Celebrans videtur eſſe in caſu *S. Thomæ*, & Rubricæ, dicentis: *Debet Miſſam inceptam deſerere*, utique quia practicabitur in caſu ſinè ullo ſcandalo, ſinè ſui infamiâ, & ſinè populi, præſertim dum pauciſſimi adſunt, admiratione.

24. Id

coram ſe undecim Hoſtias, & intendat conſecrare ſolùm decem, non determinans quas decem intendit (quæ indeterminatio, ſeu non determinatio eſt merè interna) *in his 3. caſibus* jam enumeratis (licèt habeatur totus ritus externus ſeriò peractus, quo apparet, quòd Sacerdos velit & intendat omnes conſecrare) tamen *non conſecrat*, & pro ratione addit Rubrica: *Quia requiritur* interna, quæ ſola in his 3. caſibus deeſt, *intentio*; & quidem determinata conſecrandi hanc vel illam materiam. Unde in hoc ultimo caſu non eſt major ratio, cur illa vel illa ex undecim Hoſtiis non ſit conſecrata; adeoque nulla.

10. Rubr. eod. n. 1. *Secus* dicendum eſt, ſi Celebrans, *putans quidem* Hoſtias *eſſe decem*, cùm ſint undecim vel plures, *tamen omnes* abſolutè & ſinè ulla excluſione *voluit conſecrare, quas coram ſe habebat: nam tunc omnes erunt conſecratæ*; quia hoc caſu error erit merè ſpeculativus, ſeu materialis dumtaxat, non vitians intentionem; cùm materia tota (ſcilicet undecim aut plures Hoſtiæ) ſit determinata, & incluſa intrà terminum intentionis.

11. Rubr. eod. n. 1. *Atque ideo quilibet Sacerdos talem ſemper intentionem habere deberet, ſcilicet conſecrandi eas omnes* Hoſtias, *quas ante ſe ad conſecrandum poſitas habet.* Ad hanc Rubricæ admonitionem quilibet Sacerdos, qui plures eſt conſecraturus Hoſtias, ſedulò reflectere deberet.

12. Si Sacerdos in Miſſa, poſt conſecratam majorem Hoſtiam, ante Conſecrationem Calicis advertat appoſitas fuiſſe minores Hoſtias conſecrandas, de quibus nullam prorſus umquàm intentionem habuit, aut incidentiam, non poteſt ſuper has minores repetere formam, quia ſic poneret duo Sacrificia & eadem die bis celebraret; nam parvæ illæ Hoſtiæ nullo modo poſſunt eſſe referibiles ad Hoſtiam majorem, utpote quæ jam eſt perfectè & comple-

nocte, quidam ab ortu ſolis diem incipiunt; Eccleſia tamen Romana, in ordine ad jejunium, & ad feſta in populo, *diem à media nocte incipit*. Atque hinc deducit Doctor Angelicus, & eſt in ſubſtantia idem, quod habet Rubrica, ùt ſequitur:

4. Rubr. n. 1. *Si quis non eſt naturaliter jejunus poſt mediam* (licèt poſt aliquot minuta dumtaxat) *noctem* (ineunte ſæculo XI. conſuetudo nondum invaluerat, ut per horologia nocturnæ horæ indicarentur; & ideo Synodus *Salegunſtadienſis* ſtatuerat, nè quis Miſſam celebraret, qui poſt galli cantum, licèt hic cantus hyberno tempore mediam noctem non rectè indicet, bibiſſet) *etiam poſt ſumptionem ſolius aquæ, vel alterius potûs, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quantumcumque parva quantitate* (vide neceſſariò, n. 15.) *non poteſt* (ſub mortali can. *Nihil* cauſâ 7. q. 1.) *communicare, nec celebrare.*

5. Neque ex hoc ultimo inferri poteſt, quòd hæc Rubrica rem levem prohibeat ſub gravi; ſed rem gravem vetat ſub gravi. Non enim Rubrica minimum potum aut cibum, poſt unum aut aliud inſtans à media nocte, directè prohibet ſub mortali; ſed ſancit ſub gravi, nè quis ſumat Corpus & Sanguinem Chriſti (ſanè res hæc eſt graviſſima) poſt ſumptum à media nocte vel minimum cibum aut potum.

6. Non autem ſic ſub gravi prohibita eſt ſumptio Euchariſtiæ poſt commiſſum (licèt non remiſſum) peccatum veniale. Atque hinc patet diſparitas inter jejunium ſpirituale à peccatis, & naturale à cibo & potu, quòd in priori, non verò in poſteriori, detur pro ſumenda Euchariſtiâ parvitas materiæ. Vide S. Thomam p. 3. q. 80. a. 8. in Corp.

7. Sed quid agendum, ubi dies naturalis non poteſt diſtingui à media nocte in mediam noctem, ùt fit propè polos, ubi per ſex menſes eſt continuò dies & nox ſucceſſivè? ℞. cum S. R. C. Decreto ſu-

prà

prà p. 1. t. XV. n. 7., quòd media nox deſumi debeat à momento medio inter initium ceſſationis laboris, & inchoationem ejuſdem laboris.

8. Rubr. n. 2. *Si autem Celebraturus ante mediam noctem cibum aut potum ſumpſerit, etiamſi poſtmodùm non dormierit, nec cibus aut potus ſit digeſtus*, legendo poſt mediam noctem debito tempore Miſſam, *non peccat* (ut ait S. *Thomas* ſuprà ad 5.) *quantùm ad rationem hujus præcepti*, quàmvis poſſit peccari etiam graviter, ſi fuiſſet notabiliter intemperans) *ſed ob perturbationem mentis, ex qua devotio tollitur*, facilè peccatur venialiter; & ideò *conſulitur aliquando* ante dormitionem aut digeſtionem *abſtinendum* à Celebratione Miſſæ. Imò quandoque ob ſcandalum, aut aliud grave inconveniens, per notabile eodem die tempus expectare deberet à legendâ publicè Miſsâ.

9. Pro ſequentibus Sacerdos prænotet, quòd jejunium naturale ad hoc Sacramentum prærequiſitum *importet*, ait S. *Thomas* ſuprà ad 4., *privationem cujuſcumque praaſſumpti per modum cibi aut potûs*. Proinde, ut dictum jejunium naturale frangatur in ordine ad impediendum hujus Sacramenti ſumptionem, requiruntur à Theologis paſſim hæc quatuor:

10. *Primò*, ut promiſcuè ſumatur ab extrinſeco. *Secundò*, ut id, quod ſumitur, per ſtomachum digeri aut alterari poſſit. *Tertiò*, ut ſumatur, non per modum ſalivæ vel reſpirationis, ſed per modum cibi vel potûs. *Quartò*, ut ſumatur poſt mediam noctem. Et de his quatuor judicandum eſt ſecundùm communem Eccleſiæ exiſtimationem. An autem ſumptio tabaci, tum *pipalis*, tum *naſalis*, tum etiam *maſticationis*, frangat jejunium naturale, & licitè ante Miſſam aut Communionem vel in Templo ſumi poſſit, inquiritur t. X. §. 1. n. 30.

11. Rubr. n. 3. *Si exiguæ aliquot reliquiæ cibi*, à cæna veſpertinâ inhærentes dentibus, ac *remanentes*

(ſecùs

(ſecùs ergo dic, ſi eas ex ore exſpuat, & dein aſſumat) *in ore*, poſt mediam noctem caſualiter *transglutiantur*, *non impediunt Communionem*. Rationem dat Rubrica: *Cùm non transglutiantur per modum cibi*, *ſed per modum ſalivæ*.

12. Nota etiam particulam *Caſualiter*, quæ additur ex *S. Thoma* eod. a. 8. ad 4. Hinc Cardinalis *de Lugo* diſp. 15. ſect. 2. n. 36., & varii apud *Merati* reſolvunt, quòd jejunium naturale ſolvatur, ſi quis à dentibus aliquid reliquiarum linguâ ſuâ extraheret, nec exſpueret, ſed voluntariè ac mediatè deglutiret.

13. *Hæc opinio* (ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 12. n. 6.) *ſanè meliùs cum ea reverentiâ congruit, quam tantum Sacramentum poſtulat, & cum D. Thomæ Doctrinâ*. Addit autem idem SS. Pontifex: *Non deſunt tamen, qui negent hoc modo frangi naturale jejunium* eâ ratione, *quia id, quod deglutitur, antecedentis cænæ complementum eſt, non verò nova comeſtio*. Plures tamen (quos inter *Paludanus* apud *Gavantum*) in hoc non conſentiunt, quia id non poteſt dici *trajectio per modum ſalivæ*, ſed comeſtio libera.

14. Qui verò, antequàm ſe ſomno dant, ſibi aliquid ſacchari in os injiciunt, quod paulatim liqueſcens in ſtomachum poſt mediam noctem delabitur, jejunium naturale ſolvunt. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà. Secùs dic, ſi quis aliquid in lingua guſtet, ut ſaporem probet, nec deglutiat tamen, ſed ſtatim exſpuat. Idem dicendum foret de iis, qui taliter in lingua guſtant vina; ex decentia tamen debet quis à talibus abſtinere, qui vult celebrare. Ità ex *S. Antonino* refert SS. Dominus ſuprà.

15. Rubr. eod. n. 3. Idem, quod ſuprà n. 11., idque ob eamdem rationem, *dicendum*, ſcilicet non impedire ſumptionem S. Communionis, *ſi* à quoquam *lavando* manè *os*, *deglutiatur ſtilla aquæ* PRÆTER INTENTIONEM, etiamſi ſtilla illa aquæ in ſalivam

ſalivam non ſit converſa. Ad hoc reflectat Confeſſarius, & ſine ſcrupulo permittat dubitantibus, an manè ſeſe lavando guttulam aquæ *præter intentionem* deglutierint, legere Miſſam, aut ire ad S. Communionem; cùm eam Rubrica permittat ſcientibus ſeſe id *præter intentionem* feciſſe.

16. Rubr. n. 4. *Si quis plures Miſſas in una die celebret, ut in Nativitate Domini* (& pro *Hiſpania* ac *Portugallia* die 2. Novembris, & dum legitimam quis habet facultatem unâ die in duabus Eccleſiis binandi) in 1. & 2. Miſsâ totus Sanguis ſumi debet diligentiùs per hoc, quòd poſt unum alterumve hauſtum parùm inclinet Calicem ſuper Patenam, & fere uſque ad ejus labium deducat remanentes guttas, & eas tunc omnes, quantùm poteſt, faciliùs ſumat. In prima autem & 2. Miſsâ non poteſt fieri purificatio Calicis. S. R. C. 15. Sept. 1702.

17. Sed, hauſto ſic diligentiùs Sanguine, illicò Calicem ponit ſuper Corporale, & eum Patenâ, & ipſam Patenam pallâ tegit, ac dicit: *Quod ore*, &c; Deinde, ait Rubrica eod. n. 4., *in unaquaque* ſeu in prima & ſecundâ *Miſsâ abluat* vino *digitos*, quibus SS. Sacramentum tetigit, *in aliquo vaſe mundo* ad hoc in Altari prope Corporale verſùs cornu Epiſtolæ poſito, interim dicens: *Corpus tuum*, &c.

18. Et, abſterſis purificatorio digitis, vas illud (quod ordinariè eſt vitreum) tegit; ac reponit loco ſuo, prout & purificatorium ponit juxta Corporale, & tunc velo tegit anteriùs Calicem. Atque ità Celebrans manebit poſt primam & ſecundam Miſſam naturaliter jejunus, & nulla fiet irreverentia particulis conſecratis, ſi quæ in Calice maneant.

19. In fine autem 1. & 2. Miſſæ, ac ad priorem medietatem ſecundæ ac tertiæ non eſt flectendum, ait S. R. C. 20. Julii 1686., & 2. Auguſti 1698.,

in

in tranſitu, aut acceſſu ad Calicem, licèt in eodem aliquid veriſimiliter de Sanguine manſerit; & ideò in 2. & 3. Miſsâ ad Offertorium poni non poteſt Calix ſuper tobaleam, ſeu Altaris mappam, ſed tenendus eſt ſuper Corporale versùs cornu Epiſtolæ, aut ſupponenda eſt ei palla.

20. Calix non poteſt in 2. & 3. Miſsâ ad vini pro Miſſæ Sacrificio infuſionem extergi purificatorio; ſed Celebrans illud cum ſua ſiniſtra adhibeat ad labrum Calicis in effuſione vini, quod ipſe cautè imponat, nè guttæ aliquæ ad labia Calicis reſiliant; quem nullatenus ab intus abſtergere poteſt. Vide t. VII. n. 23.

21. Rubr. eod. n. 4. *Et in ultima tantùm* Miſſa percipiat ex Calice purificationem hoc modo: Sumpto Sanguine, miniſter capit vas prædictum, & in Calicem infundit vinum: quo Celebrans in prima & 2. Miſsâ abluit digitos; quo hauſto, facit ſolitam ſuper Calicem cum vino & aquâ digitorum ablutionem. Ità *Caſtaldus* l. 3. ſec. 2. c. 4. n. 7.; dein Calicem, Patenam, ac tunc vas illud purificatorio extergit. Aliqui fortè parùm aliò, ſed forſan non meliori modo practicant.

22. Quidſi in prima Miſſa, purificationem ſumendo, Sacerdos imprudenter quidem, ſed præter intentionem fregerit jejunium ſuum naturale? A 2. & 3. Miſsâ omninò eſt abſtinendum. Ità *Innocentius* III. cap. *Ex parte de Celebrat. Miſſarum*, quem ſequuntur omnes. Qui in Natali Domini unam tantùm intendit Miſſam dicere, ſi ſit ante auroram, poterit primam; ſi depoſt, poterit tertiam aſſumere, numquàm ſecundam ſolam.

23. Caſus, quibus à non jejuno naturaliter Sacerdote, vel Laico reſpectivè SS. Euchariſtia ſumi licitè poſſit, ſunt ſequentes. Primò dum Sacrificium Miſſæ eſt perficiendum. Ità Rubrica t. III. n. 15.

& infrà t. X. §. 2. n. 8. dummodò tamen aliter fieri non poteſt. Vide Appen. ante t. V. n. 28.

24. Secundò dum poſt purificationem reliquiæ SS. Hoſtiarum ſumuntur t. VII. n. 14. & ſeqq. Tertiò quando Sacramentum fundatè timetur injuriosè ac indecenter tractandum ibid. n. 5. Et quidem tunc poterit etiam, abſente Sacerdote, à Laico non jejuno, ſi alius non adſit, ſumi: Quia jejunium naturale requiritur ad reverentiam Sacramenti, ſed ſinè præjudicio majoris irreverentiæ, & præſertim, ſi timeatur incurſus hoſtium Fidei Catholicæ.

25. Quartò *Si Sacerdos poſt Conſecrationem inceptam* (*S. Thomas* loquitur p. 3. q. 83. a. 6. ad 2.) *recordetur ſe aliquid comediſſe, vel bibiſſe; nihilominùs debet perficere Sacrificium, & ſumere Sacramentum* non jejunus: *Si verò ante Conſecrationem illius ſit memor*, ait idem S. Doctor, *tutius reputarem, quòd Miſſam inceptam dèſereret, niſi grave ſcandalum timeretur*. Vide t. VIII. n. 16. & ſeqq.

26. Quintò *Infirmi, qui ſtatim communicandi ſunt, etiam poſt cibum, ſi de eorum periculo non tantùm* certò conſtat, ſed etiam dum *dubitatur*, ait Doctor Angelicus p. 3. q. 80. a. 8. O. *ne ſinè Communione diſcedant: quia neceſſitas legem non habet: unde dicitur de Conſecrat. Can. PRESBYTER diſt. 2. INFIRMUM STATIM COMMUNICET, NE SINE COMMUNIONE MORIATUR*. Ità *S. Thomas*.

27. Ulteriùs SS. D. *Benedictus XIV*. l. 7. de Synodo Diœceſ. cap. 12. ait: *Poſſe vac interdum debere Epiſcopum conſtituere, ne Parochi renuant SS. Euchariſtiam iteratò deferre ad ægrotos, qui, etiamſi perſeverante eodem morbi periculo, idem ſæpius per modum Viatici, cùm naturale jejunium ſervare nequeunt, percipere cupiunt*. Ad hoc reflectendum.

28. Sextò illi, qui damnati ſunt ad mortem, ſi executio ſententiæ ad ſequentem diem transferrè non poſſit.

poſſit, Et quàmvis nec jus Canonicum, nec *S. Thomas n. 26.*, loquantur de taliter ad mortem damnatis; eorum tamen ratio: *Nè ſinè Communione diſcedant, aut moriantur*, dictos reos comprehendit.

29. Et caſus poteſt hinc inde eſſe valde practicus, V. G. ſi veſperi damnatus ad mortem alterâ die, horâ ſextâ aut ſeptimâ manè juxtà conſuetudinem loci S. Communionem ſumpturus, horâ quartâ vel quintâ præviè aliquid inadvertenter ſumpſerit, per quod fractum eſt jejunium naturale: An huic reo ardenter deſideranti, præſertim dum ab anno & annis non communicavit, negabis S. Communionem? Sententiam de danda *Baruffaldus t. 26. n. 40.*, & ſeqq., citans pro ſe plures Authores, tenet tamquàm certam; quia reis illis datur Euchariſtia per modum Viatici, quibus, alioquin ſatis ſecundùm corpus miſeris, ſecundùm animam, quantùm eſt poſſibile, eſt favendum. Vide n. 36.

30. Pro ſeptimo caſu quæritur, an Sacerdos, qui non eſt naturaliter jejunus, poſſit celebrare, ut graviter infirmo detur Viaticum, ſi alioquin ipſe ſit ſinè ſacra Communione moriturus? SS. D. *Benedictus XIV. l. 8. c. 12. n. 8.* reſpondet *fidenter negativè*. Rationem allegat: quia infirmo iſti deeſt copia SS. Euchariſtiæ.

31. Si objicias: Infirmo non deeſt copia SS. Viatici, dum ipſum confici debet ſinè Confeſſione Sacramentali ab eo, qui, conſtitutus in peccato mortali, non habet copiam Confeſſarii. Ità SS. D. *Benedictus XIV. l. 8. c. 12. n. 9.* Ergo nec deeſſe videtur copia SS. Viatici, dum ipſum confici debet ab eo, qui non eſt naturaliter jejunus. Idque à fortiori, quia jejunium ſolâ lege Eccleſiaſticâ; Confeſſio verò Sacramentalis in caſu requiritur, ut probabilior habet ſententia, jure divino.

32. Diſparitas videtur eſſe, quòd juxta *Tridenti-*

num & mentem Eccleſiæ, Contritio in caſu ex voluntate Chriſti ſuppleat defectum Confeſſionis. Nihil autem ex ſenſu aut conſuetudine Eccleſiæ habetur, quod pro SS. Euchariſtiâ conſecrandâ, ut detur per modum Viatici infirmo, ſuppleat ex mente Chriſti, vel Eccleſiæ defectum jejunii.

33. Si inſtes. Poteſt moribundus ſæpius, non ſervato naturali jejunio, communicare in eadem infirmitate ſuprà n. 27. Ergo & poteſt Sacerdos, qui non eſt naturaliter jejunus, celebrare, ut Viaticum detur infirmo, qui alioquin ſinè eo morietur.

34. Ad hoc reſponderi poſſet, quòd hoc privilegium Eccleſia concedat infirmo, non autem Sacerdoti, cui ſimiliter non concedit celebrare ſinè ſacris veſtibus, aut in fermentato, &c., ad hoc ut infirmus præceptum divinum adimpleat, à quo tunc cenſetur excuſatus, eò quòd nullus adſit, qui ritè adminiſtret juxta legem Eccleſiæ, ob reverentiam Sacramenti, aliaſque graves cauſas, ſancitam. Et hæc eſt communior ſententia.

35. Omnes equidem admittunt, quòd Sacerdos, poſt ſumptum manè bonâ fide cibum aut potum, prævidens ſe eâdem die certò occidendum, vel alio ex capite infallibiliter moriturum, poſſet celebrare, ut ſeipſum, alioquin ſinè Viatico moriturum, communicet; nam Sacerdos in caſu non tantùm conſideratur ut Celebrans, ſed & comparatur infirmo in articulo mortis conſtituto.

36. Quinimò aliqui ſic benignè mentem Eccleſiæ interpretantur, ut Miſſam legere indulgeant Sacerdoti non jejuno, ad alteri Viaticum, illud alioquin non recepturo, miniſtrandum, præſertim ſi ab annis multis infirmus non communicarit, & illud ipſe ardenter poſtulet, at ſpem omnem in eo tentationibus obrutus collocet.

37. Hoc opus charitatis à Sacerdote præſtitum

non

non auderent iidem condemnare; quin & ipſi vellent, ut in ſimilibus circumſtantiis conſtituti ſibi practicaretur. Quòd autem Eccleſia nil circa hoc determinaverit (ùt fecit ſuprà num. 27.) eſt, quia *Pro rarò contingentibus non conſtituuntur Leges.* Diſparitas autem inter Celebrantem ſinè Altari, ſinè veſtibus ſacris, ſinè Calice, aut in fermentato, &c. eſt, quòd hi ritus ſint 1. claſſis ad majeſtatem Sacrificii multum conducentes; jejunium verò naturale ſit ritus dumtaxat 2. claſſis; adeoque quòd ſinè prioribus Miſſa licitè dici non poſſit niſi in graviſſima neceſſitate; ſinè jejunio autem in valde gravi, qualis habetur in caſu. Electio ſit penes legentem.

38. Rubr. n. 5. *Si praceſſerit pollutio nocturna, qua cauſata fuerit ex pracedenti cogitatione, qua ſit peccatum mortale, vel evenerit propter nimiam crapulam* ſimiliter graviter malam, licèt peccatum hoc, mediâ Confeſſione Sacramentali, ſit quoad reatum culpæ debitè remiſſum; nihilominus quia Abſolutio Sacramentalis non tollit fæditatem corporalem, & mentis evagationem, ſed ipſa in ſimilibus manet; ideo *abſtinendum eſt* illâ die *à S. Communione, & Miſſæ Celebratione*, idque ob reverentiam tanto Sacramento debitam.

39. Rubrica tamen eod. n. 5. addit ſequentem exceptionem: *Niſi aliud Confeſſario videatur*, aut neceſſitas celebrandi ad evitandum ſcandalum, vel alia cauſa aliud exigat; tunc enim talis licitè communicare, & Miſſam celebrare poterit: imò quandoque, ſi urgeat gravis neceſſitas (V. G. manè eſt conſecranda Pyxis, ut magna multitudo, modò expectans, communicet, quæ alioquin conſecrari non poſſet) debebit, non obſtante corporis immunditiâ, aut hebetudine mentis, Miſſam celebrare.

40. Rubr. eod. n. 5. *Si dubium eſt, an in pracedenti*, quæ nocturnam pollutionem cauſavit, vel in

concomitante, aut pollutionem ſubſequente *cogitatione fuerit peccatum mortale*, *conſulitur* (licèt præmiſſa ſit Confeſſio & Abſolutio Sacramentalis, quæ practicè ob dubium de peccato mortali eſt præmittenda) à S. Communione; & Miſſæ celebratione illâ die *abſtinendum*, idque ob rationem n. præc. datam. Addit autem Rubrica: *Extra tamen caſum neceſſitatis*, in quo deberet Sacerdos celebrare.

41. Rubr. eod. n. 5. *Si autem certum eſt, non fuiſſe in illa cogitatione*, ex qua cauſata eſt pollutio, *peccatum mortale, vel nullam* prorſus prævié *fuiſſe cogitationem* malam, *ſed* pollutionem illam nocturnam *eveniſſe* merè *ex naturali cauſâ, aut ex diabolica illuſione*; ſi quoque certò non acceſſerit cogitatio concomitans aut ſubſequens pollutionem ſimiliter mala, *poteſt* licitè *communicare, & Miſſam celebrare.*

42. Rubr. eod. n. 5. addit ſequentem exceptionem: *Nisi ex illa corporis commotione TANTA evenerit perturbatio mentis, ut*, ſpectatis omnibus ſpectandis, à Communione, & Miſſæ Celebratione *abſtinendum videatur.*

Supponit itàque Rubrica, quòd n. 41. aliqua adfuerit mentis perturbatio, tamquàm effectus ſimilium diabolicarum illuſionum quaſi inſeparabilis, quâcum permittit eadem Rubrica Celebrationem, & Communionem ùt omnino licitam.

43. Hæc Rubrica de pollutione nocturnâ ùt plurimùm deſumpta eſt ex D. *Thoma* p. 3. q. 80. art. 7., qui ferè totum hauſit ex *S. Gregorii* Magni Epiſtolâ ad ſanctum *Auguſtinum* Anglorum Epiſcopum, ùt refert *Gavantus*. Qui plura de hac materiâ deſiderat, adeat Theologos, ad quos potiùs, quàm ad Rubriciſtas, hanc materiam, prout & præcedentem de jejunio naturali, ſpectat exactè examinare.

TITULUS

TITULUS DECIMUS
DE DEFECTIBUS IN IPSO MINISTERIO OCCURRENTIBUS.

Ob copioſam, quæ ſeſe Titulo X. offert, explanandi materiam, eumdem, majoris claritatis gratiâ, in tres dividimus Paragraphos: Complectitur autem

§. 1. *Defectus in præviis ad Miſſam.*

1. RUbr. n. 1. *Poſſunt etiam defectus*, potiſſimùm accidentales, tum graves, tum leves, *occurrere in miniſterio ipſo* (ut t. VI. n. 1. dictum eſt) ſcilicet, *ſi aliquid ex requiſitis ad illud* miniſterium debitè, & ut plurimùm licitè peragendum *deſit.* Rubrica autem hoc loco affert caſus graviores, in quibus ſæpius accidit peccatum mortale, niſi excuſet ignorantia, oblivio, aut neceſſitas. Et quidem

2. Rubr. eod. n. 1. pro primo defectu ponit: *Ut, ſi celebretur in loco non ſacro, vel in* loco *non deputato ab Epiſcopo.* Olim non poterat Miſſa (ſi gravem neceſſitatem excipias) celebrari, niſi in Eccleſia ab Epiſcopo conſecratâ; hodie autem ſufficit, Eccleſiam aut Oratorium publicum ab aliquo Sacerdote de conſenſu Epiſcopi eſſe benedictum. Quin etiam ſatis eſt Oratorium, licèt ſit privatum, & non benedictum, modò ad ſolum hunc uſum authoritate legitimâ ſit deputatum, & ab Epiſcopo debitè conſignatum.

3. Eſtque grave peccatum, ſi ſecùs fiat, niſi notabilis valde neceſſitas celebrandi in locis privatis, vel etiam ſub dio factum excuſet. Vide *Herincx* de Sacrif. Miſſæ n. 10. An autem & quomodò hæc Rubrica ſtet cum Concilio *Tridentino* ſeſſ. 22. in Decreto *de obſervandis & evitandis in celebratione Miſſæ*, & an per ſubſequentes Pontifices in eadem ſit aliquid immuta-

tum, videri poteſt apud SS. D. *Benedictum* XIV. de Sacrif. Miſſæ lib. 3. toto Cap. 6.

4. Solent autem in deputatione privati Oratorii variæ præſcribi conditiones, quas Sacerdos, dum caſus ſeſe offert, ſcire debet, & eas ad amuſſim obſervare. Solùm appono ea, quæ habet SS. D. *Benedictus* XIV. ſuprà c. 4. n. 2. *Solet ſummus Pontifex Brevia expedire Oratorii privati, quibus poteſtatem facit* UNICAM IN EO MISSAM *celebrandi ſingulis diebus.* *Excipit tamen* Pontifex *quaſdam dies, ac præſertim Natalem Chriſti Domini, quibus vetitum eſt, nè in privato Oratorio Miſſa celebretur.*

5. Proinde alteri Sacerdoti non licet eâdem die eodem in Oratorio alteram Miſſam legere, proùt licitum non eſt ibidem celebrare diebus in Indulto exceptis. Ratio eſt; quia tale Oratorium pro ſecunda & aliis eodem die Miſſis, proùt & pro diebus exceptis, *nec* eſt locus *ſacer*, *nec ad Sacra deputatus.* Aliud foret, ſi in Indulto expreſsè concedatur facultas legendi eâdem die ab altero Sacerdote ſecundam, tertiam, &c. ibidem Miſſam, de quo Sacerdoti ſecundò celebranti ritè conſtare debet.

6. *Alia etiam* (pergit SS. Dominus) *expedire ſolet* Pontifex *Brevia, in quibus in gratiam eorum, qui morbo implicitι domo pedem efferre non poſſunt, concedit poteſtatem celebrandi Miſſam in privato Oratorio, etiam in diebus ſolemnioribus, atque etiam in Natali Domini* JESU. *Orta deinde controverſia eſt, num terna in die Natalis Chriſti Domini Miſſa in privato Oratorio celebrari poſſint, an verò unica tantùm. Ea de re actum eſt in ſacra Congregatione Concilii* Tridentini;

7. Quæ interrogata, *An in Oratorio privato, in quo ex cauſa infirmitatis à Sede Apoſtolicâ conceditur, ut Miſſa in die Nativitatis Domini celebretur, tres Miſſa ab eodem Sacerdote celebrari poſſint? Reſpondit dicta S. Congregatio die 20. Januarii anno 1725. Affirmativè.*

8. Pro

8. Pro 2. defectu ponit Rubr. eod. n. 1. *Vel ſi celebretur in Altari non conſecrato*, aut conſecrato quidem, ſed ſi ſuam Conſecrationem (quod variis modis fieri poteſt) amiſit. Per ſe autem peccat graviter, qui huic Rubricæ contravenit. Sufficit verò, quòd in Altari ſit petra ſacra. Vide p. I. t. XX. n. 1., & ſeqq. Non debet tamen Sacerdos inquirere, an Altare in Eccleſiâ, in qua celebrat, ſit conſecratum & integrum; ſufficit namque, quòd Altare ſit pro celebratione publicè expoſitum ab iis, ad quos ſpectat attendere: quia præſumptio eſt pro Conſecratione; ſecùs n. 5. pro legenda ſecundâ, &c., Miſsâ, ſed hæc oſtendi debet.

9. Pro 3. defectu ponit Rubr. eod. n. 1. *Vel ſi celebret in Altari conſecrato quidem, ſed tribus mappis non coöperto.* Sinè neceſſitate celebrare abſque ulla mappâ eſt peccatum mortale; itâ Ritualiſtæ. In neceſſitate verò, proùt ipſa fuerit major vel minor, poterit cum duabus aut unâ, aut nullâ licitè celebrare, ponendo linteum mundum, & illud, ſi poteſt, duplicando quoad illam partem, in qua ponendus eſt Calix cum Patena, & deſuper Corporale.

10. Pro 4. defectu ponit Rubr. eod. n. 1. *Si non adſint duo luminaria cerea*, vel ſaltem, urgente neceſſitate, ex oleo aut ſebò, ſeu ſevo; ſi tamen alterum luminare ex cera vel aliâ materiâ non ſit reperibile, unum in gravi neceſſitate eſt ſufficiens, ut quis licitè celebret. Vidè p. I. t. XX. n. 25. & SS. D. *Benedictum* XIV. l. 3. c. 7. n. 2.

11. Si poſt Conſecrationem, etiam ſolius ſacræ Hoſtiæ omne in Altari lumen extinguatur, novumque, etiam longam poſt moram, obtineri non poſſit lumen, debet Sacerdos perficere Miſſæ Sacrificium quia hoc præceptum graviùs ligat, quàm illud de celebrando cum lumine.

12. Sed quidſi hoc fiat ante Conſecrationem quidem,

dem, ſed poſt Offertorium, aut Canone jam inchoato? Probabiliùs volunt *Lugo*, *Leander*, *Gobat*, & *Sporer* apud *La Croix* lib. 6. p. 2. n. 343. Miſſam eſſe continuandam: quia carentia luminis, juxta ipſos, eſt minus incommodum, quàm talis abruptio. Hoc tamen in medio relinquitur, præſertim dum celebratur privatim in die Feriali.

13. Quando ſacra diſtribuitur Communio, ſub veniali, inquit *Suarez* diſp. 72. ſect. 4., ardere debet lumen. Nullum tamen eſt peccatum, candelam à duabus in Altari ardentibus diſtinctam, ſub *Sanctus*, vel ſub Evangelio non accendere. Notet autem Sacerdos, ut numquàm Miſſam incipiat, imò ut de gradibus Altaris non deſcendat, niſi jam duabus candelis ardentibus. Vide p. I. II. t. II. n. 32.

14. Pro 4. defectu Rubr. eod. n. 1. ponit: *Si non ſit tempus debitum celebrandi, quod eſt ab Aurora uſque ad Meridiem communiter*. De hoc defectu actum eſt ad longum p. I. toto t. XV. Pro 6. defectu ponit Rubr. eod. n. 1. *Si Celebrans ſaltem Matutinum cum Laudibus non dixerit*. Hoc jam pro tertia vice repetit Rubrica, ſcil. hoc loco, & p. I. t. XV., ac p. I. II. t. I., ubi id eſt expoſitum.

15. Rubr. eod. n. 1. pro 7. defectu ponit: Si Celebrans *omittat aliquid ex veſtibus Sacerdotalibus*. De his actum eſt p. I. II. t. I. n. 29. Ex hoc duplici textu: Can. *Eccleſiaſtica* diſt. 23. & Can. *Veſtimenta* de *Conſecrat.* diſt. 1. vulgò deducunt Authores, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 7. n. 1., præceptum eſſe Eccleſiaſticum, Miſſam cum omnibus ſacris veſtimentis celebrandi; ità ut graviter peccet Sacerdos, non ſolùm ſi ſciens & prudens nullas adhibeat ſacras veſtes, ſed etiam dum omittit earum aliquam, utique conſultò, & ex contemptu: ſecùs ſi ex ignorantia, oblivione, aut ex neceſſitate id faciat.

16. Licet itaque ſinè ſex veſtibus ſacris, 1. Amictu,

mictu, 2. Alba, 3. Cingulo, 4. Manipulo, 5. Stola, 6. Caſula, licèt per ſe Sacerdos celebrare non valeat, dari tamen poſſunt caſus, in quibus ſine Amictu, vel Cingulo, aut Manipulo. (quæ ſunt veſtes minùs principales) licitè, ſecluſo ſcandalo, celebrari poſſit. At ex communi ſenſu & uſu ſine Alba, vel Stola, aut Planeta (quæ ſunt veſtes magis principales) difficulter datur caſus.

17. SS. Dominus ſuprà in fine n. 1. ponit ſequentem caſum: Parochus ab infirmo accerſitus, ut ſibi miniſtret Viaticum, copiam non habet ſacræ ſupellectilis, quæ in armario eſt occluſa, cujus clavem ejus miniſter imprudens ſecum conſultò detulit, & abiit; nec quiſquam novit, ubi miniſter reperiri poſſit. Quid reſolvendum?

18. ℞., nullo modo poſſe Parochum ſine ſacris veſtibus Miſſam celebrare; ſcandalum enim id cauſaret, & gravis eſſet irreverentia in SS. Sacramentum; Præceptum verò, quo urgetur infirmus, ut Viaticum recipiat, eum aſtringit, ſi Sacramentum poſſit ſuſcipere eo modo, quo ſuſcipi decet, atque eâ reverentiâ, quæ tanto debetur Sacramento. Sic poſt *Sylvium* reſpondet *Pontas* in Diction. Caſuum conſcientiæ Verbo *Miſſa*, caſu 7., ubi integrum *Sylvii* locum affert. Ità SS. D. Vide t. IX. n. 34. & 37.

19. Rubr. eòd. n. 1. pro 8. impedimento poſuit: *Si veſtes Sacerdotales, & mappæ non ſint ab Epiſcopo, vel ab alio* Sacerdote, Epiſcopo inferiori, *hanc habente poteſtatem, benedicta*, vel illam benedictionem amiſerint. Idem dicitur p. I. t. XX. n. 9. Ex his Rubricæ verbis: *Vel ab alio*, non ſequitur, quòd ille alius facultatem ſemper accipiat ab Epiſcopo: nam Abbates, & alii Regularium Superiores, habent illam aliunde. In neceſſitate autem, prout fuerit major vel minor, licitè adhibentur aliquæ veſtes non benedictæ. Et patet de mappis ſuprà n. 9.

20. Rubr.

20. Rubr. eod. n. 1. pro 9. defectu ponit: *Si non adſit Clericus, vel alius deſerviens in Miſſa, vel adſit, qui deſervire non debet* (non poteſt) *ut mulier.* De hoc defectu vide p. I. II. t. II. n. 6. Pro 10. defectu ponit Rubr. eod. n. 1. *Si non adſit Calix cum Patena conveniens, cujus cuppa debet eſſe aureá, vel argentea, vel ſtannea, non area vel vitrea.* De hoc vide p. I. II. t. I. n. 11. & ſeqq.

21. Rubr. eod. n. 1. pro 11. defectu ponit: *Si Corporalia non ſint munda*; quæ mundities etiam in aliis paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis requiritur, tum ex natura rei, tum ex c. *Relinqui nolumus* de *Cuſtodia Euchar.*, ubi *Innocentius* III. cum Concilio generali, poſtquàm retuliſſet: *Sunt & alii, qui non ſolùm Eccleſias dimittunt incultas, verùm etiam vaſa miniſterii, & veſtimenta miniſtrorum, ac Pallas Altaris, nec non ipſa Corporalia tam immunda relinquunt, quòd interdum alicui ſunt horrori;*

22. Tunc ſubjungit Pontifex: *Præcipimus quoque, ut Oratoria, vaſa, Corporalia, & veſtimenta prædicta munda & nitida conſerventur*: *Nimis enim* (ait) *videtur abſurdum in Sacris ſordes negligere, quæ dedecent etiam in prophanis.*

23. Quâ in re poteſt interdum committi peccatum mortale, adhibendo, ſaltem Corporalia, valde notabiliter immunda, contra reverentiam tanto Sacramento debitam. *Emmanuel Sa*, *Tabiena*, *Sylveſter*, & alii apud *Herincx* n. 146.

24. Rubr. eod. n. 1. *Quæ* Corporalia *debent eſſe ex lino*, quia ſignificant Syndonem, quâ Chriſti Corpus fuit involutum; *nec ſericò in medio ornata, & ab Epiſcopo, vel ab alio habente poteſtatem benedicta, ut etiam ſuperiùs dictum eſt* n. 19. Vide *S. Thomam* p. 3. q. 83. a. 3. ad 7. Poſt lotionem Corporalis, quæ primò fit ordinariè à perſona ſacrâ, dein à laica, non eſt ipſum iteratò benedicendum.

25. Rubr.

25. Rubr. eod. n. 1. pro 12. defectu ponit: *Si celebret capite cooperto*; quia Sacerdos debet per ſe, in reverentiam tanti Sacramenti, eſſe capite nudus c. *Nullus Epiſcopus* de *Conſecrat.* diſt. 1. Additur in Rubrica: *Sine diſpenſatione.* In initio Miſſalis juſſu *Urbani* VIII. reformati ſic habetur: *Nemo audeat uti pileolo in celebratione Miſſæ ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, non obſtante quacumque contraria conſuetudine.*

26. *Pileoli* nomine comprehendi comam ſuppoſititiam (quæ verè caput cooperit) ita ut cum hac fas non ſit ſine diſpenſatione Pontificia Miſſam dicere, declaravit Congregatio particularis ab *Alexandro* VIII. 1690. deputata, de qua *Innocentius* XII. per ſuos Apoſtolicos Nuntios locorum Ordinarios monere juſſit. Ita ex *Urſaya*, & noſtro *Reiffenſtuel* ad D. 3. Decr. t. 1. n. 91. refert SS. D. *Bened.* XIV. Append. 12. ad l. 3. quæ meretur legi; datur tamen aliqua diſparitas moralis, quod *pileolus* ſit ſpecies pilei, cujus vices ſupplet; coma autem ſupplet tantum vices crinium. Et ideo in adoratione SS. Sacramenti ille ſolet deponi, hæc numquam.

27. Rubr. eod. n. 1. pro 13. & ultimo defectu ponit: *Si non adſit Miſſale*, quod ſaltem contineat Canonem, *licet Celebrans memoriter ſciret Miſſam, quam intendit dicere.* Hæc Rubrica, juxta Doctores communiter (quos inter *S. Antoninus* 3. p. Summæ tit. 13. c. 6. apud SS. D. *Bened.* XIV. l. 3. c. 7. n. 2.) ligat ſub gravi, ne in re tanti momenti memoria hominem (ut quandoque contigit) fallat.

28. Unde periculum errandi, quod aliqui in nonnullis caſibus abeſſe volunt, verè practicè adeſt, vel ſaltem per ſe natum eſt adeſſe, quod ſufficit, ut lex liget. Quid ſit dicendum de cæco, aut cæcutiente, ex ſequenti Decreto collige.

29. *Die 19. Julii 1747. ſacra Congregatio Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum benig-*

ne

nè commisit Ordinario, ut, veris existentibus causis narratis, & dummodò Orator non ſit omnino cæcus, memoriter non recitet, celebret in Oratorio privato, ac etiam in publica Eccleſiâ, horâ tamen à populo minùs frequentatâ, & cum alio aſſiſtente Sacerdote, quatenus eo indigere videatur, petitam licentiam celebrans diebus feſtis & duplicibus Miſſam Votivam SS. Virginis, diebus verò ferialibus Miſſam Defunctorum per triennium proximum, (ſubintellige particulam *Impertiatur*, quam habet Decretum in ſubſequentibus verbis.)

30. *Si tamen* (pergit Decretum) *diu enunciatus defectus perduraverit*, Ordinarius *pro ſuo arbitrio & conſcientiâ Oratori gratis impertiatur, cum facultate hujuſmodi licentiam prorogandi ac renovandi toties, quoties opus fuerit, ſi facto experimento cognoverit Oratorem in eadem viſivæ potentiæ debilitate perdurare; viceque tamen, præfatam licentiam denegandi, ſi Orator in Sacro peragendo defecerit, aut omnino cæcus evaſerit, ſuper quibus ipſius Ordinarii, & Oratoris conſcientia onerata remaneat. A. Card. Præf. &c.*

31. De tabaco (ſive naſali, ſive fumali, ſive quod maſticatur) ante Miſſæ celebrationem non ſumendo nihil explicitè habet Rubrica; notat autem SS. D. Benedictus XIV. in Append. 9. ad l. 13. quòd in Concilio Provinciali Mexicano 1585. Romæ approbato 1589. ità cautum fuit: *Ob reverentiam, quæ Euchariſtiæ percipiendæ exhibenda eſt, præcipitur, ne ullus Sacerdos ante Miſſæ celebrationem, aut quævis alia perſona ante Communionem, quidquam tabaci, nicotianæ, aut ſimilium, medicamenti cauſâ, per modum fumalis præparationis, aut alio quovis modo percipiat.*

32. Et Cardinalis *de Borgia* Archiepiſc. Hiſpalenſis 1640. mandavit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut Sacerdotes à tabaci uſu abſtinerent unâ horâ ante, & unâ horâ poſt Miſſæ celebrationem; ac *Innocentius*, tum Papa X., tum XI. excommunica-

nica-

25. Rubr. eod. n. 1. pro 12. defectu ponit: *Si celebret capite cooperto*; quia Sacerdos debet per ſe, in reverentiam tanti Sacramenti, eſſe capite nudus c. *Nullus Epiſcopus* de *Conſecrat.* diſt. 1. Additur in Rubrica: *Sine diſpenſatione.* In initio Miſſalis juſſu *Urbani* VIII. reformati ſic habetur: *Nemo audeat uti pileolo in celebratione Miſſæ ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, non obſtante quacumque contraria conſuetudine.*

26. *Pileoli* nomine comprehendi comam ſuppoſititiam (quæ verè caput cooperit) ità ut cum hac fas non ſit ſine diſpenſatione Pontificia Miſſam dicere, declaravit Congregatio particularis ab *Alexandro* VIII. 1690. deputata, de qua *Innocentius* XII. per ſuos Apoſtolicos Nuntios locorum Ordinarios monere juſſit. Ità ex *Urſaya*, & noſtro *Reiffenſtuel* ad D. 3. Decr. t. 1. n. 91. refert SS. D. *Bened.* XIV. Append. 12. ad l. 3.; quæ meretur legi; datur tamen aliqua diſparitas moralis, quòd *pileolus* ſit ſpecies pilei, cujus vices ſupplet; coma autem ſupplet tantùm vices crinium. Et ideo in adoratione SS. Sacramenti ille ſolet deponi, hæc numquàm.

27. Rubr. eod. n. 1. pro 13. & ultimo defectu ponit: *Si non adſit Miſſale*, quod ſaltem contineat Canonem, *licèt* Celebrans *memoriter ſciret Miſſam, quam intendit dicere.* Hæc Rubrica, juxta Doctores communiter (quos inter *S. Antoninus* 3. p. Summæ tit. 13. c. 6. apud SS. D. *Bened.* XIV. l. 3. c. 7. n. 2.) ligat ſub gravi, nè in re tanti momenti memoria hominem (ut quandoque contigit) fallat.

28. Unde periculum errandi, quod aliqui in nonnullis caſibus abeſſe volunt, verè practicè adeſt, vel ſaltem per ſe natum eſt adeſſe, quod ſufficit, ut lex liget. Quid ſit dicendum de cæco, aut cæcutienti, ex ſequenti Decreto collige.

29. *Die 13. Julii 1747. ſacra Congregatio Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum benig-*

adhuc remanet de tabaci folii masticatione, quâ naturale jejunium violari, ſi aliquid ſucci ex illo expreſſi in ſtomachum trajiciatur, tamquàm certum aſſerit citatus *De Lemo*, cui etiam *Paſqualigus*, & *Diana* conſentiunt, dummodò non fortuitò, & præter intentionem id contingat.

37. Addit autem *Hurtado* tract. de diſpenſat. Quadrageſ. tit. 2. p. 3. cap. 18. numquàm id fortuitò, ſed neceſſariò evenire; ſiquidem qui tabaci folium dentibus conterit, id ipſum animo intendit, ut ſcilicet illius ſucci ſtomachus à pituita & phlegmate abſtergatur.

38. Ex adverſo autem *Lacebius*, citatus Cardinalis *De Lugo* n. 5. & ſeqq., eoque teſte, plures Theologi Neapolitani ab ipſo interrogati cenſent, nullâ ratione per tabaci maſticationem frangi jejunium naturale, quia ejus ſuccus, quamvis in ſtomachum dilabatur, non eſt aptus ad nutriendum, ſed tantùm ad ſtomachi fibras irritandas.

39. Verùm SS. D. *Benedictus* XIV. hanc quæſtionem in medio relinquens, de ſolo agit tabaci fumo, aut pulvere naribus attracto, & ait, non expedire moderno tempore, ut illius uſus ſub Cenſurarum pœnâ interdicatur, non quia nulla eſt indecentia pulverem illum ſine ulla neceſſitate publicè ſumere in Templis, & ante Miſſam ac Communionem ſacram, ſed ſolummodò propter magnam (quæ modò præſumitur in pluribus) ſumentium fragilitatem.

40. *Au fond l'abus de ce tabac-là eſt pouſſé auſſi loin, qu'il peut aller. Le tabac devient dans le Temple du Seigneur, un lieu de pareſſe, de raillerie même. Eſt-ce pour cela, qu'on ſe rend à la maiſon de priere?* Sic recentior quidam Auctor.

41. Hinc quantùm poſſum efficaciſſimè, moneo & exhortor, juniores præſertim Sacerdotes, ut à tabaco ſumendo abſtineant in Templis, & maximè tempore

pore divini Officii; utque in tam eminentis reverentiam Sacramenti, ac ob amorem tam dulcis & delectabilis parvuli *Jeſu*, quem vivâ fide ſub Miſſæ Sacrificio ſunt ſumpturi, ab omni prorſus ejuſdem pulveris ſumptione ante inchoatam Miſſam ſuam omnino abſtineant; præſertim (N. B.) dum ex nulla prorſus neceſſitate, ſed ex mera (ut promiſcuè contingit) commoditate ac ſenſualitate, quæ ad modicum tempus faciliter differri poteſt, pulvis iſte ante Miſſam aſſumitur. Hæc dignabuntur Sacerdotes tabaco naſali addicti pro ſua devotione attentè meditari.

§. 2. *De perficiendo Sacrificio.*

1. Rubr. n. 2. *Si, Sacerdote celebrante, violetur Eccleſia* (quod variis fit modis) *ante* inchoatum *Canonem*, omninò *dimittatur Miſſa*. *Si* id fiat *poſt Canonem* inchoatum (ità exponunt Rubricam hanc *Gavantus* & Ritualiſtæ paſſim) etiam ante peractam alterutrius ſpeciei Conſecrationem, (quia Rubrica hoc n. in violatione Eccleſiæ utitur voce *Canon*, & non voce *Conſecratio*, quâ voce in ſeq. caſu in incurſu hoſtium, &c., ſtudioſè utitur ad differentiam) Miſſa *non dimittatur*, ſed ad finem uſque compleri debet.

2. Rubr. eod. n. 2. *Si timeatur incurſus hoſtium, vel alluvionis*, aut aliud quodcumque grave ac notabile incommodum, *vel* etiam *ruina loci, ubi celebratur*, V. G. ſub actuali terræ motu, quem Deus à nobis avertat; ſi hoc fiat *ante Conſecrationem* Hoſtiæ, etiam inchoato notabiliter Canone, *dimittatur Miſſa*.

Poſt Conſecrationem verò, etiam ſolius Corporis Chriſti, *Sacerdos*, pro ratione periculi, *accelerare poterit ſumptionem Sacramenti, omiſſis omnibus aliis*, etiam Conſecratione Calicis, ſi ſit neceſſe ad evitandum periculum: tunc namque jus naturæ de conſervanda vitâ prævalet ex voluntate divinâ juri poſitivo divino perficiendi Miſſæ Sacrificii.

3. Et hoc in caſu Celebrans non voluit imperfectum facere Miſſæ Sacrificium, quod eſt per ſe & jure divino malum, ſed inchoans Miſſam habuit in animo Sacrificium perficere; aſt gravi & inopinato impedimento, quod tempore Miſſæ occurrit, detentus non potuit illud complere. Ità *Quartus*, Cardinalis *Toletus*, & *Suarez*.

4. Si tamen viri infideles (ait *Natalis Alexander* fol. 473.) aut impii in Religionis contemptum Sacerdoti minas mortis intentarent, eumque occidere, aut ignem Eccleſiæ admovere vellent, niſi Miſſæ Sacrificium imperfectum relinqueret, victimam ſe Chriſto devovêre, & Martyrium potiùs ſubire teneretur, quàm à ſacra actione ceſſare. Vide SS. D. *Benedictum* XIV. l. 3. c. 14. n. 15.

5. Si quis ſuperveniat excommunicatus non toleratus, vel notorius Clerici percuſſor; cùm coram eo Miſſa celebrari non poſſit; quod diſertè prohibetur Can. *Is*, *qui* de *Sententia excommunic.* in 6., & Miſſa jam ſit incepta, admonendus eſt, ut ex Eccleſia diſcedat; ac, ſi exire non velit, etiam (dum id fieri poteſt) pellendus erit. Hoc expreſsè mandat *Clementina* II. de *Sentent. Excommunic.*

6. Si autem excommunicatus ille ejici non poſſit, & nondum perventum ſit ad Canonem, ſeu, ùt quidam volunt, ad Conſecrationem; tunc relinquenda eſt Miſſa: Si verò ſit eò perventum, & Conſecratio Corporis jam ſit peracta, tunc perficienda eſt Miſſa uſque ad ſumptionem incluſivè. Factâ autem Communione, ſi excommunicatus necdum abierit, recedendum eſt ab Altari, & reliquum Miſſæ continuandum eſt in Sacriſtia, aut in alio decenti loco. Ità SS. Dominus l. 2. c. 14. n. 14. ex *Soto*, *Suarez*, & aliis.

7. Rubr. n. 3. *Si Sacerdos ante* peractam Hoſtiæ *Conſecrationem graviter infirmetur, vel in ſyncopen*, id eſt,

eſt, in præcipitem virium ſuarum defectum, vel animi deliquium, *inciderit*, *aut* ſi ipſe *moriatur*, tunc *prætermittitur* ſimpliciter *Miſſa*, acſi non fuiſſet incepta, quia Sacrificium necdum eſt ſubſtantialiter inchoatum. Optimum, quod hoc in caſu fieri poteſt, eſt, quòd alius Sacerdos, Miſſam lecturus, eamdem adhibeat materiam à priori Celebrante oblatam, & cum ea Miſſam inchoët.

8. Rubr. eod. n. 3. *Si poſt Conſecrationem Corporis tantùm*, ſed *ante Conſecrationem Sanguinis*, *vel*, *utroque* validè *conſecrato*, *id accidit*, ſcilicet, quòd tunc Sacerdos Celebrans impotens fiat, aut moriatur, tunc *Miſſa per alium Sacerdotem*, qui necdum illâ die conſecravit, & eſt naturaliter jejunus (ſi talis haberi poſſit) *expleatur*; idque de præcepto divino ſub gravi obligante, incipiendo *ab eo loco*, *ubi ille* Sacerdos impotens *deſiit*. Et tunc ex utraque perſonâ, juxta concilium *Toletanum*, unus moraliter Miniſter Chriſti componitur.

9. Rubr. eod. n. 3. *Et*, *in caſu neceſſitatis*, dum Sacerdos naturaliter jejunus, vel alius expeditus haberi non poteſt, *etiàm per non* naturaliter *jejunum*. Quin & per eum, qui eâdem die celebravit, aut per quemcumque alium, licèt (ſecluſo ſcandalo) excommunicatus, irregularis, aut gravi alio peccato innodatus ſit, dummodò debitè conteratur, & ritè ſeſe diſponat; & dummodò alioquin Miſſæ Sacrificium manere deberet imperfectum.

10. Ratio fundatur in *S. Thomæ* p. 3. q. 83. ar. 6. ad. 4., & in Rubrica ſupr. t. III. n. 13., *quia præceptum de perfectione Sacramenti*, etiam per tertium adimplendâ, *majoris eſt ponderis*, *quàm* præceptum illud, *quòd hoc Sacramentum à* Sacerdotibus naturaliter *jejunis*, vel à Sacramentaliter confeſſis, aut cum Eccleſia exteriùs reconciliatis, modò debitè ſint contriti, *ſumatur*.

11. Rubr. eod. n. 3. *Si autem* Celebrans impotens *non obierit, ſed fuerit* graviter debilis, & *infirmus, adeo tamen, ut*, dum per liquorem fortem applicando capiti, & præſertim naribus; vel etiam (dum aliter fieri non poſſet) juſculum ſumendo, vires poſſint reſtitui, id fieri debeat. Et ſic per eumdem potiùs (ut ex *Gobatio* habet *La Croix* n. 522.) quàm per alium Sacerdotem, licèt naturaliter jejunum, perficiendum eſt Miſſæ Sacrificium: præceptum quippe, ut ſit idem, qui Miſſam & ſubſtantialiter incipit, & perficit, videtur præcepto jejunii naturalis prævalere.

12. Rubr. eod. n. 3. Si verò Sacerdos infirmus & impotens inchoatam à ſe Miſſam explere abſolutè non valeat, *poſſit* tamen *communicare*, *ET NON ADSIT* ad manum *ALIA HOSTIA CONSECRATA* (quæ alioquin, ſi adſit, tunc foret danda) *Sacerdos, qui Miſſam ſupplet, dividat Hoſtiam* ab infirmo conſecratam, *& unam partem præbeat infirmo, aliam ipſe* Supplens *ſumat.*

13. Nonnemo hæc Rubricæ verba: *Et non adſit ALIA Hoſtia conſecrata* (quæ referri videntur illimitatè) reſtringit ad *aliam hoſtiam* in hoc eodem Sacrificio ab infirmo, qui celebravit, conſecratam; adeo, ut, ſi hæc non adſit, quàmvis ad manum in Tabernaculo ejusdem Altaris adſit alia Hoſtia ab alio Sacerdote in alio Sacrificio conſecrata, non hæc, ſed pars Hoſtiæ magnæ danda ſit infirmo, qui conſiderandus eſt ut præſens & actualis miniſter Sacrificii, utpote qui Corpus & Sanguinem conſecravit, in qua Conſecratione, juxta varios, tota, &, ſecundùm omnes, præcipua conſiſtit Sacrificii Miſſæ eſſentia. Hinc *Gavantus* litterâ *c.* ait: *Convenit, ut infirmus habeat partem Hoſtiæ à ſe conſecratæ.*

14. Confirmatur ex *S. Thoma* p. 3. q. 83. a. 4. in Corp. *Quicumque... Sacrificium offert, debet Sacri-*

ficii, dum poteſt, *fieri particeps*. *Per hoc autem fit particeps, quòd de Sacrificio* (cujus eſt Miniſter quoad ſpecies panis & vini à ſe conſecratas) *ſumit*. *Et ideò neceſſe eſt, quòd Sacerdos, qui quotieſcumque conſecrat, ſumat integrè*, dum ſcilicet poteſt, *hoc Sacramentum*.

15. Verùm ſi Sacerdos totaliter impotens conſideretur adhuc ut actualis Sacrificii Miniſter, non tantùm *conveniret*, ut ait *Gavantus*, ſed & eſſet abſolutè neceſſarium (*Neceſſe eſt*, ait *S. Thomas*) ut de eadem non tantùm Hoſtia, ſed & de eodem, quem conſecravit, Calice communicet; & idem S. Doctor q. 8. ar. 12. in Corp. ait: *Nullo modo* Conſecrans *debet Corpus Chriſti ſumere ſinè Sanguine*. A nemine autem admittitur, ut infirmus de utraque à ſe conſecrata ſpecie communicet; proin jam impotens non eſt conſiderandus ampliùs ut Miniſter, ſed ut communis fidelis.

16. Ad hoc reſponderi poſſet, quòd ideò Rubrica ordinet, ut infirmus de Sacrificii Hoſtia participet, & non de Calice, non quia non eſt Miniſter, ſed communis fidelis, ſed quia Sanguis quoad partem non poteſt per ſe commodè ſinè periculo effuſionis & irreverentiæ ab ipſo ſumi, & ſufficit ad rationem Sacrificii, ut Sanguis ab uno tantùm Miniſtro, ubi plures ſunt, ſumatur, ut patet in Conſecratione Sacerdotum.

17. Si autem ſupponatur, quòd infirmus Sacerdos non tantùm Hoſtiam à ſe conſecratam, ſed & etiam poſſet commodè, & ſinè ullo effuſionis periculo Sanguinem ſimiliter à ſe conſecratum ſumere, id fieri abſolutè deberet, & non foret tunc Miſſa ſecundùm variet[ates] per alium explenda, ſed omnes aliæ preces ſimpliciter eſſent omittendæ.

18. *S. Thomas* autem ſuprà n. 14. & 15. non attingit caſum, de quo hic agitur. Doctor enim Angelicus, & ante ipſum Concilium Toletanum XII.

c. 5. apud *Gratianum* c. 11. de *Conſecrat.* diſt. 2. tradunt, Sacerdotem, qui Miſſam inchoavit, non poſſe, extra omnem neceſſitatem, pro libitu ſuo utramque ſpeciem à ſe conſecratam, vel alterutram non ſumere, ſed ſub graviſſimo peccato ad utriuſque ſumptionem obligari, de quo infrà n. 41. Hinc cum Rubrica ſuprà n. 12. dicimus: Si infirmus non poſſit perficere Sacrificium, & ideo ſit ab alio perficiendum, poſſit tamen communicare, ſi *aſt aliâ Hoſtiâ* ſive ab infirmo in hoc Sacrificio, ſive ab alio *conſecratâ*, hanc dandam eſſe.

19. Itàque ſi in caſu, de quo ſuprà n. 8. & 9. alius Sacerdos (qui poſt tempus notabile, ſeu, ut loquitur SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 14. n. 6. & 8., ante meridiem poſſit Miſſam perficere vide t. IV. n. 27.) reperiri non poſſet, & adeſſet laicus, quantumvis paratus, & bene diſpoſitus ad ſuſcipiendum SS. Euchariſtiæ Sacramentum, non poſſet ſumere Hoſtiam conſecratam, multòque minùs Sanguinem; ſed eo in caſu Hoſtia & Calix (ſuppoſito, quòd infirmus Sacerdos eos ſumere non poſſet) forent in Tabernaculo per digniorem perſonam condendi; ut poſterò die Sacerdos, qui Miſſam celebrabit, Hoſtiam illam & Sanguinem omni reverentiâ ſumat poſt Sanguinem à ſe conſecrandum, ut bene oſtendit *Soto* 4. d. 14. q. 1. ar. 6. §. *Circa hoc.*

20. Si igitur Sacerdos impotens utramque ſpeciem conſecravit, & unam tantùm ſumpſit, ſcilicet ſpeciem Corporis, ſupplens Sacerdos debet alteram ſolummodò ſpeciem ſumere. Si impotens neutram ſpeciem ſumpſit, debet Supplens utramque ſumere. Quia communio ſub utraque ſpecie pertinet, ſi fortè non ad eſſentiam, ſaltem ad ſubſtantialem Sacrificii integritatem. Si autem impotens panem tantùm conſecravit, ſufficit ut Supplens ſolum vinum conſecret, & utrumque ſumat.

21. Hæc omnia clarè habet Rubrica; & quidem quoad ultimum id habes ſuprà n. 8. & infrà n. 36; ibi ſufficienter Rubrica aſſerit ſolùm Sanguinem per ſupplentem eſſe conſecrandum, dum Sacerdos factus eſt impotens, poſtquàm panem ſolummodò conſecravit. Ità quoque *S. Thomas* 4. diſt. 8. q. 2. ar. 4. ; ſed tamen nihil detrahit S. Doctor de probabilitate contrariæ ſententiæ in obſequium fortaſſe *Innocentii* III., qui lib. 4. de Myſteriis Miſſæ c. 22. dubium exiſtimavit, validanè, an non eſſet Conſecratio unius ſpeciei ſinè conſecratione alterius. Ità SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 14. n. 10.

22. Si Epiſcopus, Ordines ſacros conferens, deficiat, conſecrato ſolo pane, & non poſſit haberi aliùs Epiſcopus, qui ſuppleat, poſſet (ſecundùm *[illegible]micum*, *Hennao*, & alios) veteranus Sacerdos ſubſtitui, ut præeat Neo-Sacerdotes in Conſecratione Calicis, ne turbentur, vel errent.

23. Si autem Epiſcopus deficeret poſt Conſecrationem utriuſque ſpeciei, poſſent ſoli Neo-Sacerdotes pergere, uno illorum poſteà ad Aram ſumente utramque ſpeciem. Ità *Diana*, *Averſa* q. 10. ſect. 2., & alii; alius tamen Epiſcopus deberet illis poſteà imponere manus, ut poteſtatem accipiant in Corpus Chriſti Myſticum, ſeu abſolvendi à peccatis; cùm ſolam acceperint Neo-Sacerdotes à defuncto Epiſcopo poteſtatem in Corpus Chriſti verum. Vide *La Croix* l. 6. p. 2. n. 551.

24. Quærit Sacerdos: Quidſi Paſtore die Dominicâ, poſt Conſecrationem peractam, facto impotente, Sacrificium Miſſæ ſic ſtudiosè ſuppleat Vice-Paſtor, ut, ablutionem non ſumendo, maneat naturaliter jejunus; An poſſit, Vice-Paſtor horâ decimâ cantare Miſſam ordinariam, ut reliquus de pago populus, ſecundùm morem convenièns, audiat Miſſam; alioquin in die Dominicâ eam non

 audi-

auditurus? Quid ſi caſus propoſitus contingat die Feriali; an poſſet Vice-Paſtor tunc aliam celebrare Miſſam merè ob devotionem, vel ſaltem ut ſepeliat Defunctum?

25. Caſum nullibi legi propoſitum aut reſolutum. Ad ultimum tamen reſpondendum videtur Negativè. Quia per ſumptionem Corporis & Sanguinis *Jeſu* Chriſti, cenſetur Vice-Paſtor per ſe amiſiſſe jus eâdem die celebrandi, & iteratò communicandi. Nec aliunde gravis habetur celebrandi neceſſitas. Ad primum reſponderi poſſet: Ex *Epikia*, & ex prudenter præſumpto ſui Epiſcopi conſenſu fortè ipſe Vice-Paſtor in caſu facultatem haberet binandi. Quod proin in occurrentia practicari poſſet.

26. Rubr. eod. n. 3. *Si autem ſemiprolatâ formâ* eſſentiali *Corporis*, quæ indubitanter, & ſinè ulla contradictione eſt talis (V. G. dicto *Hoc eſt enim Corp.*, non dicto lii *us meum*) *obiit*, vel omninò impotens factus eſt *Sacerdos* celebrans; *Quia* omninò certum eſt, quòd *non eſt facta Conſecratio* Corporis, adeoque quòd Miſſa nondum eſt eſſentialiter inchoata, *non eſt neceſſe, ut Miſſa per alium* Sacerdotem *ſuppleatur*, ſed ipſa ſimpliciter interrumpi debet, ac ſi numquàm fuiſſet inchoata.

27. Verùmtamen detur caſus, inquit, juvenis Sacerdos, quòd Celebrans, indubitanter, inchoato jam Canone, at planè ignoranter, an ante, an poſt Conſecrationem Corporis & Sanguinis, mortuus ſit, ſic ut verum ac practicum reſultet dubium, an hæc Hoſtia, & an hic Calix ſint à Sacerdote defuncto conſecrati, an non? Ex *Suarezio* reſpondet *Gavantus* hoc loco litterâ y ſequenti modo.

28. *Si ex parte ſolius formæ dubitatur de Conſecratione Hoſtiæ* & Calicis (ut fit in caſu à juvene propoſito) *incipiatur* per Supplentem à *Canone* Miſſæ (*Te igitur Clementiſſime Pater, &c.*) *Suarez diſp.* 85.

ſect.

ſect. 1. *Et ſub conditione* hac (Volo conſecrare hanc Hoſtiam, ſi per præcedentem Sacerdotem defunctum hæc eadem non fuerit conſecrata) *mente retentâ Conſecret* eamdem Hoſtiam (& idem dic eodem modo de Calice) de quibus eſt dubium ex parte formæ tantùm, an ſint conſecrati. Et ſic Sacerdos ſupplens pergit uſque ad finem Miſſæ. Hic autem modus eſt primus à *Gavanto* præſcriptus.

29. Alius modus ſub disjunctione ab eodem Authore præſcriptus eſt: *Vel Supplens aliam* (*quod melius eſt*, ait *Gavantus*) *conſecret* cum intentione & formâ abſolutâ *Hoſtiam*, & alium Calicem, de quibus certò conſtat, quòd ſit verus panis, & verum vinum, *& priorem* Hoſtiam & Calicem, dubiè ex parte formæ tantùm conſecratos, *ſumat poſt ſumptionem* Corporis & *Sanguinis* à ſe conſecrati.

30. Hunc autem ſecundum *Suarezii* & *Gavanti* modum approbat Author aliquis, qui c. 13. n. 12. ait: *Le Même Theologien Suarez conſeille auſſi de conſacrer* (utique in ſenſu *Suarezii*, id eſt, abſolutè) *une nouvelle Hoſtie, & de prendre celles, qui eſt l'objet du doute, après la Communion du precieux Sang.*

31. In pleniorem junioris Sacerdotis ſatisfactionem adjungo tertium modum. Reſpondet itaque *Didacus Nugnus* Dominicanus in 3. partem *S. Thomæ* q. 83. art. 6. Sacerdos ſupplens inchoet Miſſam ab initio, novamque Hoſtiam, & novum cum aquâ appoſitâ vinum (ſi ſimiliter ſit æquale dubium ex parte formæ tantùm de Sanguine) apponat, & utramque unâ formâ conſecret Hoſtiam; alteram, de qua conſtat quòd ſit purus panis (& purum vinum) ſimpliciter & *abſolutè*; alteram verò, de qua ex parte formæ tantùm eſt dubium, an ſit conſecrata, ſub *conditione* mente retentâ, ut ſuprà n. 28.

32. Et ſic per unam phyſicè actionem, ſed de eſſe moris duplicem, Sacerdos ſupplens & novitèr

conficiet, & prius perficiet Sacrificium. Eligat itàque noſter Juvenis ex tribus eum (ſi ſibi hic caſus occurrat) in quo minus videt de periculo irreverentiæ Sacramenti, modum.

33. Rubr. eod. n. 3. *Si verò obierit*, vel omnino impotens factus ſit Celebrans, *semiprolatâ formâ eſſentiali Sanguinis*, quæ ſimiliter indubitanter, & ſinè ullâ hæſitatione eſt forma eſſentialis ſemiplena tantùm; V. G. dicto: *Hic eſt enim Calix ſangui*, non dicto: *nis mei*, obiit, vel impotens factus eſt Celebrans, E. G. Neo-Myſta, cui ut Aſſiſtens adſum, & hoc ſic fieri clarè video,

34. *Tunc alter* ſupplens (quia Rubrica ſupponit validam Corporis Conſecrationem, adeoque Sacrificium hoc eſſe ſubſtantialiter inchoatum) *proſequatur Miſſam*; & (quia certè manſit vinum in Calice) *ſuper eumdem Calicem repetat*, cum intentione abſolutâ *integram* Calicis *formam* (acſi prior Sacerdos nihil de forma Calicis protuliſſet) incipiens *ab eo loco: SIMILI MODO POSTQUAM*, &c.

35. Rubr. eod. n. 3. *Si verò obierit*, vel omnino impotens factus ſit Celebrans, *ſemiprolatâ formâ eſſentiali Sanguinis*, de qua verè cum fundamento in re dubitatur; an ſit forma eſſentialis ſemiplena, an verò forma eſſentialis plena? (V. G. dicto tantùm à Sacerdote: *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, illicò moritur, vel fit omninò impotens.) Quia inde, ob dicta ſupra n. 19. verum oritur dubium practicum, an hic Calix ſit validè conſecratus;

36. Rubr. eod. n. 3. *Tunc alter* Sacerdos ſupplens ſimiliter, ad (indubitanter perficiendum Miſſæ Sacrificium) *proſequatur Miſſam*: *Et* (Rubrica hoc loco non ordinat Supplenti novam Hoſtiam conſecrare (ſuprà n. 21.) ſed duos, quoad Conſecrationem Calicis, ſub disjunctione ſupplendi modos præſcribens, ait:) *vel ſuper eumdem Calicem* (ſuper, quem Sacerdos defunctus

unctus aut impotens protulit hæc tantùm verba; *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, omiſſis omnibus aliis, & ideo ſemi ſeu dubiè conſecratum) *repetat integram* ſub conditione, ùt n. 26., mente retentâ *formam ab* *eo loco*: *SIMILI MODO*, *&c.* Et ità omnino fieri debet, in ſuppoſito, quòd alter Calix cum novo vino (de quo n. 38.) ſimpliciter, vel non niſi cùm valde gravi incommodo obtiheri poſſit. Vide t. V. n. 22.

37. Rectè Rubrica ait: *Repetàt integram formam*, ſcilicet ab initio formæ, acſi prior Sacerdos nihil de forma protuliſſet; nam ex verbis à primo Celebrante prolatis, & ex his, quæ ſecundus proferret, integra Conſecrationis forma fieri non poteſt, ùt rectè cum Theologis ait *Azorius* l. 10. c. 33. n. 1.

38. Rubr. eod. n. 3. alterum ſub disjunctione præſcribit modum (quèm ipſa t. V. n. 20., licèt ibidem quaſi fermè idem videatur caſus, ſubticuit ob rationem ibi datam n. 23.) dicens: *Vel poſſet* (proin non debet) Sacerdos ſupplens *ſuper alium Calicem* cum novo vino aquâ mixto *præparatum integram formam* cum intentione & ſub forma abſolutâ *proferre*, *&* *Hoſtiam primi Sacerdotis*, *& SANGUINEM A SE CONSECRATUM* (proin Calix eſt conſecratus *abſolutè*, non verò *conditionatè*; quia ſic ſecundus Calix non eſſet ſimpliciter *Sanguis à ſe conſecratus*, ſed foret Calix ille Sanguis cum àddito *dubiè*, ſeu *ſemi* à ſe conſecratus, eodem planè modo ſicut prior eſt) *ſumere*, *&* *deindè Calicem reliſtum*, id eſt, quem prior Sacerdos morbo vel morte correptus *ſemiconſecratum* reliquit. Vide Append. ante t. V. n. 12.

39. Et quidem hic alter modus, dùm commodè adhiberi poteſt, juxta plures (Vide ſuprà n. 29.) melior videtur, & minus habere de periculo irreverentiæ Sacramenti, adeoque, cæteris paribus, præferendus; nam in priori modo forma conditionata exponitur periculo proximo, ne ſortiatur effectum (ſi

prior

prior forma: *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei*, ut plures graves docent Theologi, ſit valida) quod proinde vitandum eſt, niſi adſit juſta cauſa, quæ hoc loco, dum alter Calix commodè adeſſe poteſt, difficulter apparet ſufficiens.

40. Ratio eſt: quia intentum (quod eſt completio hujus Sacrificii) aliter (ſcilicet per ſecundum modum ſuprà n. 38., dum eſt ad manum) certò obtineri commodè poteſt. Aliud eſt planè de caſu, quo quis dubiè baptizatus debet ſecundò baptizari; hic namque tunc neceſſariò ſub conditione eſt rebaptizandus; nam tunc intentum (quod eſt Baptiſmus certò quoad nos validus) aliter per novum in eodem homine Baptiſmum obtineri non poteſt; proinde eſt neceſſitas quædam Baptiſmum ſub conditione conferendi.

41. Rubrica ideo Calicem hunc vocat *Semiconſecratum*, ait *Gavant.* lit. b; *quia de primis verbis Conſecrationis Calicis* ſuprà n. 36. *dubium eſt, an ſufficiant pro forma. Unde etiam adorandus erit ſub conditione*; *Scotus* 4. d. 8. q. 2.; ubi Doctor Subtilis ponit hunc Rubricæ caſum quaſi in individuo.

42. Rubr. n. 4. *Si quis* poſt inchoatam Miſſam *extra hujuſmodi caſus* neceſſitatis, quos vide n. VIII. & IX., ac hoc §. propoſitos, *integra Sacramenta*, id eſt, Hoſtiam & Calicem non conſecraverit, & utramque ſpeciem, ſcilicet unam ſacram Hoſtiam, eamque majorem, (non verò integram, ſi forſan inſuper conſecravit Pyxidem) & Sanguinem *non ſumpſerit*, ſed Miſſam inchoatam, vel ante Conſecrationem abruperit, vel poſt Conſecrationem nullam vel unam duntaxat ſpeciem ſumpſerit, *graviſſimè peccat*. Vide *S. Thomam* p. 3. q. 83. a. 6. & q. 82. a. 4. ...

43. Ex cauſa tamen legitimâ poteſt Miſſa interrumpi, ſeu diſcontinuari notabiliter, velut ad infantem, cui mors imminet, baptizandum, vel ad excipiendam infirmi Confeſſionem, quoniam ille alioquin

ſinè Baptiſmo; iſte ſinè Sacramento Pœnitentiæ eſſet moriturus. Et *Quarti* docet dictas ob cauſas Miſſam ſive ante ſive poſt Conſecrationem poſſe interrumpi; in hoc tamen caſu Sacramentum diligenter eſt cuſtodiendum & Sacerdos, dum redit, inde, ubi Miſſam intermiſerat, deberet incipere.

44. Similiter Epiſcopus pro conferendis ſacris Ordinibus, Paſtor pro habenda Concione, & Superior ad recipienda Profeſſionis vota, licitè interrumpit Miſſam. Idem eſt dicendum de exoneratione omninò neceſſariâ, quia neceſſitas non habet legem. Aliæ ſimiliter dari poſſunt juſtæ cauſæ Miſſam interrumpendi licitè, quæ ex jam dictis ſufficienter colligi poſſunt.

§. 3. *De Calice venenoſo, congelato, effuſo, &c.*

1. Rubr. n. 5. *Si muſca, vel aranea, vel aliquid aliud* ſive venenoſum, ſive non venenoſum *ceciderit in Calicem*, & hoc Celebrans reflexerit *ante* Calicis *Conſecrationem*, non pergat in Miſſa, ſed priùs *projiciat vinum in locum decentem*; *&*, abluto Calice, *aliud* ob reverentiam Sacramenti, *ponat* vinum *in Calice*; *miſceat parum aquæ*, ac illud *offerat*, ſaltem mente, *ut ſuprà*; *&* tunc *proſequatur Miſſam*.

2. Rubr. eod. n. 5. *Si* autem *poſt Conſecrationem* Calicis in eumdem *ceciderit Muſca* (Rubrica hîc non apponit explicitè; *Vel aranea*, ut n. præc. Vide n. 5.) *vel aliquid ejuſmodi* non venenoſum; Vel ſi muſca, aut quid ſimile ante Conſecrationem ceciderit in Calicem, ſed id Celebrans reflexerit tantùm poſt ejuſdem Conſecrationem, *& fiat* propterea *nauſea Sacerdoti*, *extrahat eam* muſcam, *& lavet cum vino*, ponens eam in vaſculo, ac ſuo tempore ſumat Sanguinem. *Finitâ* autem *Miſsâ*, *comburat* illam; *& combuſtio, ac lotio hujuſmodi in ſacrarium projiciatur*.

3. Rubr. eod. n. 5. *Si autem non fuerit ei* Celebranti *nauſea* ſumere, unà cum ſacrato Sanguine,

muſ-

muſcam, vel quid ſimile non venenatum, *nec ullum* Celebrans vitæ, infirmitatis, aut vomitûs *periculum timeat*, *ſumat* ſeu ebibat eam *cum Sanguine* conſecrato. Idque omnium erit optimum, & omnino, dum fieri poteſt, eſt, ob reverentiam Sacramenti, faciendum.

4. Quid ſi horrorem Sacerdos ſentiat, ità ut ei illum conſecratum Sanguinem ſumere, etiam poſt extractum animalculum, graviter repugnet, aut non niſi cum aperto vomitûs periculo fieri poſſit? In hac periſtaſi fiat id, quod præſcribitur num. 7.; ſed Calix conſecratus erit conſervandus, donec ab alio Sacerdote, qui horrorem non habet, ſumi poſſit, aut ſaltem donec naturaliter corrumpatur juxta dicenda n. 13. & 15.

5. An aranea ſit mortiferè venenoſa, adeoque, an ipſa ſpectet ad n. 7. & 8. ſeqq.; an verò ad n. 2. & 3. præc., nec ex Rubrica, nec ex *S. Thoma* p. 3. q. 83. a. 6. ad 3. apertè colligi poteſt. Plures tamen è primariis, etiam in alma Univerſitate Lovanienſi, Medicinæ DD. & LL. id negant (& videtur innuere *S. Thomas* ſuprà, ubi araneam contra venenum diſtinguit, dicens: *Si muſca vel aranea... aut etiam venenum*) reſolvuntque, quòd Sacerdos, in cujus Calicem conſecratum incidit aranea (ſi nullum inde horrorem vel nauſeam ſentiat; quia tunc ob periculum vomitûs non eſſet licitum) poſſit tutò araneam ſimul cum Chriſti Sanguine ebibere abſque ulla ſuæ ſanitatis jacturâ.

6. Proinde quòd Canonicus, in cujus Calicem ad *Agnus Dei* incidit aranea, (de quo Acta SS. 3. Aug. fol. 255.) eumdem cum aranea, ad imperium *S. Waltheni* Ciſterſ. ebibens, nullam pariter ſenſerit ſuæ ſanitatis jacturam, potuit, ſecundùm hanc reſolutionem, naturaliter contigiſſe. Idem dic de facto *S. Norberti*, qui in Actis SS. 6. Junii fol. 814. & 825. vivâ fide confidens in Deum dicitur Calicem

conſecratum

conſecratum cum aranea ſinè ſanitatis læſione ebibiſſet, quod ſinè interventione ullius Miraculi pariter fieri potuit.

7. Rubr. n. 6. *Si aliquod venenoſum ceciderit in Calicem* conſecratum (caſus, ait *Gavantus*, contigit anno 1602. in Calice à fulmine poſt Conſecrationem tacto, & ità fuit à Doctoribus deciſum; quæ enim à fulmine tanguntur, venenoſa cenſentur.) *Vel quod provocaret vomitum*, aut poſt Conſecrationem deprehendatur, venenum ſtudio in Calicem fuiſſe immiſſum, *vinum conſecratum* ſumere non poteſt Celebrans, nec aliis ad ſumendum tradere:

8. Nè in caſu veneni *Calix vitæ* æternæ, ait *S. Thomas* p. 3. q. 83. a. 6. ad 3., ſumentibus *vertatur in mortem* corporalem, & Sacerdoti tradenti inſuper in mortem æternam, quia ſe vel alios corporaliter occideret; & nè in caſu vomitûs SS. Sacramentum graviſſimo exponatur periculo maximæ irreverentiæ: proinde in hac difficultate occurrente (prout & in aliis) utimur ſapientiſſimo *S. Thomæ* principio adhuc aliàs dato, &

9. Dicimus cum Rubrica eod. n. 6. *Vinum* illud *conſecratum* veneno infectum, aut procurativum vomitûs, *reponendum eſt in alio Calice*, vel etiam relinqui poteſt in eodem, dum alius Calix ad manum haberi poteſt, ut Celebrans tantò ſit ſecurior de ablato totaliter veneno, aut periculo vomitûs.

10. Rubr. eod. n. 6. *Et* (nè Sacramentum, ait *S. Thomas* ſuprà, maneat imperfectum) *aliud*, inquit Rubrica cum eod. Doctore, *vinum* ſub præcepto gravi *cum aqua* eſt *apponendum*, ac ſub intentione & formâ abſolutâ *denuò conſecrandum*, ac poſt ſumptam ſacram Hoſtiam ſumendum. Atque ità Sacrificium perficietur; cùm Communio utriuſque ſpeciei ſpectet ad integritatem ejuſdem.

11. Sed quid ſi in Calice venenum, aut vomitûs periculo

ticulum deprehendatur poſt ſumptionem Hoſtiæ ſacræ, dum jam Celebrans foret in ictu, ut Sanguinem ſumeret? Reſpondeo idem planè dicendum, quod dictum eſt num. præc., ſcilicet, quòd ſolum novum vinum (ſinè nova Hoſtiâ) mixtum aquæ particulis ſit conſecrandum, ac ſtatim ſumendum.

12. Fateor: Rubrica t. IV. n. 11. & ſeq. præſcribit cum Scholarum Angelo (dum Celebrans poſt ſumptionem ſacræ Hoſtiæ deprehendit in Calice eſſe puram aquam, aut alium liquorem ineptum) utramque ſpeciem (ſcilicet novam Hoſtiam & novum vinum) conſecrari debere, ſaltem dum non celebratur in loco publico. Sed inter ibidem dicta, & caſum præſentem diſparitas eſt valde magna, ſcilicet:

13. Quòd in hoc caſu una ſpecies ſit conſecranda *ad ſumptionem tantùm*; non autem ad *integritatem Sacrificii*, quæ in hoc loco verè facta fuit in utraque ſpecie aptâ; non verò t. IV. n. 11., ubi conſecrata fuit pura aqua, vel æquivalens materia; adeoque invalidè. Hinc nec Rubrica, nec *S. Thomas* pro præſenti caſu veneni, aut vomitûs, exigunt novam panis Conſecrationem, licèt in occulto celebraretur.

14. Rubr. eod. n. 6. *Et, finitâ Miſſâ, Sanguis* veneno infectus, aut ad vomitum provocans, jam in alio Calice *repoſitus*, vel in eodem (ùt ſupr. n. 7.) Calice relictus, *in panno lineo, vel in ſtuppa, tamdiu* in Tabernaculo *ſervetur* ſeparatim (ùt de Hoſtia ſacrâ veneno infectâ ait Rubrica n. ſeq.) *donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ*, adeoque donec deſierit Sanguis Chriſti ibidem eſſe. *Et tunc ſtuppa*, utpote in qua nihil ampliùs eſt de Sanguine Chriſti, *comburatur*. In hoc proinde nè vel umbra eſt ſacrilegii, quidquid dicant nonnulli: quin è contrà hæc combuſtio fit in majorem erga hoc SS. Sacramentum reverentiam, ob quam & ordinat Rubrica, quòd *combuſtio* ipſa *in ſacrarium projiciatur*.

15. Rubr.

15. Rubr. n. 7. *Si aliquod venenatum contigerit*, & verè infecerit *Hoſtiam conſecratam*, non poteſt Sacerdos, dum id advertit, eamdem ſumere, nec aliis ſumendam extradere: ob rationem ex *S. Thoma* ſuprà n. 6. datam, ſed *tunc alteram*, prævià oblatione, ſaltem mente, ſub forma & intentione abſolutâ *conſecret* (incipiendo à verbis *Qui pridie quàm pateretur*, &c.) *& ſumat eam eo modo, quo dictum eſt* n. 10.

16. Rubr. eod. n. 7. *Et* Hoſtia *illa*, quæ eſt veneno infecta, *ſervetur in Tabernaculo in loco ſeparato, donec ſpecies* panis Sacramentales *corrumpantur* totaliter, *& ſic corrupta deinde*, ob dicta in præc. 5. *mittantur in ſacrarium*.

17. *S. Gregorius* Turonenſis Hiſtoriæ l. 3. c. 31. ſcribit Diabolum in hæreticorum myſteriis poteſtatem habere; in noſtris autem nè venenum quidem nocêre; quod, cujuſmodi ſit, & quo ſenſu intelligendum, quæritur, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 15. n. 12. Et reſpondetur, ait idem SS. D. *S. Gregorium* ad eos reſpicere, qui in Hoſtia, ſeu in Calice, hauſto veneno, nè antidotum quidem voluerunt ſuſcipere, Dei miſericordiâ freti, qui eos à veneno ſervavit incolumes.

18. Sed hæc exempla ſunt, quæ demirari poſſumus magis, quàm imitari: neque enim tentandus eſt Deus; & multi Viri ſanctitate præclari, cùm ſe vel in Hoſtia, vel in Calice venenum ſuſcepiſſe deprehendiſſent, ea, quæ opus ſunt, etiam naturæ adhibuerunt remedia. Ità SS. D. Vide n. 42.

19. Rubr. n. 8. *Si, ſumendo Sanguinem, particula* Hoſtiæ, ad *Pax Domini* &c. in Calicem immiſſæ, *remanſerit* (ùt frequenter accidit, ait SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 17. n. 1.) *in Calice*, præſcribit Rubrica Celebranti duplicem disjunctivè procedendi modum; primò, vel *digito* ſuo Sacerdos *ad labium Calicis eam* particulam *adducat*, *& eamdem ſumat ante purificationem*;

20. Rubr. eod. n. 8. *Vel* ſecundò *infundat*, id eſt, in Calicem infundi faciat *vinum*, cui dictam particulam intimiſceat, & ſic eam cum purificationis vino *ſumat*. Porrò hic ſecundus modus videtur decentior, & uſurpatur frequentiùs, ùt teſtatur idem SS. Pontifex ſuprà citans varios. Illum quoque modum præſcribit Rubrica in *Paraſceve* his verbis: *Immediatè particulam Hoſtiæ* conſecratæ *cum vino* Sacerdos *reverenter ſumit de Calice*.

21. Rubr. n. 9. *Si Hoſtia ante Conſecrationem inveniatur fracta*, *niſi populo* fractura *evidenter appareat*, id eſt, ſi populo fractura Hoſtiæ non appareat evidenter, ſed coram eo celari poſſit, *talis Hoſtia conſecretur*; *Si autem* ob illam Hoſtiæ fracturam *ſcandalum populo eſſe poſſit*, *alia* integra Hoſtia *accipiatur*, *& offeratur*.

22. Rubr. eod. n. 9. *Quòdſi illius Hoſtiæ*, quæ ob fracturam ratione ſcandali vitandi dimiſſa eſt, *jam erat facta Oblatio*; *eam* Celebrans, quia per Oblationem aliqualiter eſt ſanctificata, *poſt ablutionem ſumat*, vel, ùt ait Rubrica t. III. n. 6., alii ſumendam tradat, nè in profanos uſus ipſa poſteà abuſivè impendatur.

23. Rubr. eod. n. 9. *Quòdſi* verò *ante Oblationem Hoſtia appareat* Sacerdoti *confracta*, *accipiatur altera integra*, dummodò hæc commodè eſt ad manum, ſeu, ùt loquitur Rubrica, *ſi citra ſcandalum aut longam moram*, quòd recipiatur integra, *fieri poterit*.

24. Rubr. n. 10. *Si propter frigus*, *vel* ob aliqualem Celebrantis *negligentiam* (quam Sacerdos tenetur prævenire) *Hoſtia conſecrata dilabatur in Calicem*, ſive id fiat ante Hoſtiæ fractionem, ſive depoſt; quàmvis hocce in caſu non poſſit Celebrans ritum Eccleſiæ adimplere, vel de ipſa Hoſtiæ fractione, vel quòd ejuſdem Hoſtiæ particula immitatur in Calicem, vel quòd Hoſtiam ſeorſim ſumat ante Sanguinem;

25. *Propterea* tamen, inquit Rubrica eod. n. 10. (cum S. *Thoma* p. 3. q. 83. ar. 4. ad 6.) *nihil eſt reiterandum*, quia illorum, quæ n. præc. enumerata ſunt, prætermiſſio non facit imperfectionem talem in Sacrificio, ut propter hoc ſit neceſſe aliquid reiterare circa celebrationem hujus Sacramenti. Ità *Doctor Angelicus* ſuprà.

26. Rubr. eod. n. 10. *Sed Sacerdos Miſſam ſuam proſequatur, faciendo cæremonias*, Cruces, *&* alia *ſigna conſueta cum reſidua parte Hoſtiæ, quæ non eſt madefacta Sanguine, ſi commodè* fieri *poteſt*, ut ſic, quantùm eſt poſſibile, verba reſpondeant actioni.

27. Rubr. eod. n. 10. *Si verò tota* Hoſtia conſecrata *fuerit madefacta, non extrahat eam* Celebrans, *ſed omnia dicat* (V. G. *Per ipſum*,... *Pax Domini*,... *Hæc commixtio*.... *Domine non ſum dignus*, &c.) *omittendo ſigna*, & Cruces (quæ fierent cum Hoſtia, ſi adeſſet) attamen ad ultimum, ſcilicet ad ter *Domine non ſum dignus*, &c., ſiniſtram ponendo ſupra Altare intrà Corporale, dexterâ ter percutiat pectus, *&* (omittendo meditationem poſt Corporis S. ſumptionem haberi ſolitam) *ſumat pariter Corpus & Sanguinem* ſimul, *ſignans ſe cum Calice, & dicens*: *CORPUS ET SANGUIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI CUSTODIANT, &c.*

28. Rubr. n. 11. *Si in hieme Sanguis*, (id eſt, ſpecies vini Sanguinem Chriſti continentes) tempore Miſſæ; adeoque recenter *congeletur in Calice, involvatur Calix pannis calefactis. Si id non proficeret, ponatur* Calix *in ferventi aquâ prope Altare, dummodò* aqua calida *in Calicem non intret, donec liquefiat.*

29. Si autem, quia prædicta non ſunt ad manum, ſpecies conſecratæ non poſſint liquefieri, tunc poterunt digitis comminui, & in particulas redigi, ut ſumi poſſint. *Suarez* diſp. 85. ſect. 1. Ità *Gavantus*. Supponit itàque Rubrica, quòd ſub ſpecibus con-

ſecratis recenter congelatis, prout & ſub depoſt liquefactis, verus remaneat Chriſti Sanguis; aliàs enim Rubrica novum vinum aquâ mixtum præſcriberet conſecrandum, ut perficeretur Sacrificium.

30. Ex hoc deducitur, vinum recenter congelatum validè (& n. 33. licitè) poſſe conſecrari. Si enim ſpecies vini conſecrati recenter congelatæ actu contineant Sanguinem Chriſti, eædem quoque ſpecies ſub eadem congelatione, ſeclusâ Conſecratione, veram continebunt vini ſubſtantiam, quæ proinde eſt validè conſecrabilis.

31. Fateor: Aqua, etiam recenter congelata, non eſt materia valida Baptiſmi; nam ablutio tamquàm materia proxima ad valorem requiritur Baptiſmi: hæc autem cum aqua etiam recenter congelatâ haberi non poteſt. Non ſic ad valorem Calicis requiritur Sanguinis potatio; ſed hæc eſt ſolùm applicatio Sacramenti; &, ut perficiatur Sacrificium, haberi poteſt per ſacrarum ſpecierum regelationem, etiam in ore factam.

32. Si tamen vinum, conſecratâ jam Hoſtiâ, reperiatur congelatum, debet priùs, ut licitè conſecretur, liquefieri. Melius autem foret, ſi vinum novum, modò eſſet ad manum, numquàm congelatum aquâ mixtum in diſtincto Calice, factâ priùs mente oblatione, conſecraretur.

33. Sed quid faciet Sacerdos, ſi, conſecratâ Hoſtiâ, vinum in Calice deprehendat congelatum, dum nec liquefieri poteſt, nec aliud obtineri? An congelatum conſecrabit, ſumpturus, ut ſuprà n. 29.? An verò, omiſsâ Calicis Conſecratione, in Miſſa perget? Alterutrum enim operetur neceſſe eſt. Inclinor in prius ob dicta ex *S. Thoma* t. IV. n. 29.

34. Rubr. n. 12. *Si per negligentiam aliquid de Sanguine Chriſti ceciderit; ſi quidem ſuper terram, ſeu ſuper tabulam, quæ terræ adhæret, linguâ* Sanguis effuſus

fuſus *lambatur* ab ipſo Conſecrante; vel, ſi ipſe id facere non poſſit, ab alio Sacerdote jejuno, &, hoc deficiente, à non jejuno, etiam laico, ſi aliter fieri non poſſit; *& locus ipſe* cultello vel alio inſtrumento *radatur, quantùm ſatis eſt, & abraſio*, conſumptis ſpeciebus, quia ab ante non licet, *comburatur; cinis verò in ſacrarium recondatur*; de inſtrumento fiat, ut n. 39.

35. Rubr. eod. n. 12. *Si verò ſuper lapidem Altaris ceciderit* Sanguis, *ſorbeat Sacerdos ſtillam, & locus bene abluatur, & ablutio in ſacrarium projiciatur. Si ſuper linteum Altaris* ceciderit aliquid de Sanguine, *& ad aliud*, ſeu ad 2. *linteum ſtilla pervenerit, vel ſi etiam uſque ad* 3. linteum penetraverit, ipſa *linteamina ter abluantur, ubi ſtilla ceciderit, Calice ſuppoſito, & aqua ablutionis in ſacrarium projiciatur.*

36. Dicitur: *Ter*, id eſt, exactiſſimè *abluantur*. Unde qui hanc Rubricam (prout & alias) in casûs occurrentia non obſervant; V. G. qui ne ſemel quidem pannum, aut tabulam, ſupra quae ceciderunt guttulae de pretioſo Sanguine, lavaret, aut lavaret quidem, ſed ſuperficietenus duntaxat, talis graviter peccaret.

37. Rubr. eod. n. 12. *Quòd ſi in ipſo ſolùm Corporali, aut ſi in veſtibus ipſis Sacerdotalibus ceciderit Sanguis, debet hic ſimiliter ablui, & ablutio in ſacrarium projici. Si in ſubſtrato pedibus panno, vel tapete* aliquid de Sanguine ceciderit, *bene abluatur* pannus, *ut ſupra.* S. Thomas p. 3. q. 83. art. 6. ad 7. ex Decreto Pii Papae illius nominis primi, cap. *Si per negligentiam de Conſecrat. diſt.* 2. varias addit poenas, quae, quia non ſunt in uſu, ideo illae in Rubrica non ſunt appoſitae, debet tamen Sacerdos Deo ſatisfacere per poenitentiam arbitrio Superioris, aut Confeſſarii ſubeundam.

38. Rubr. n. 13. *Si contingat totum Sanguinem poſt Conſecrationem effundi; ſi quidem aliquid, vel parum*

de facrato Sanguine *remanſit* , ſive in ipſo Calice, ſive extra Calicem, quod ſumi poteſt per modum bibitionis, *illud ſumatur*, ſufficietque, teſte *Gavanto* hoc loco, ad integritatem Miſſæ Sacrificii, ità ut nihil oporteat ulteriùs ſuppleri; *Et de effuſo reliquo Sanguine fiat, ut dictum eſt* ſuprà n. 34.

39. Rubr. eod. n. 13. *Si verò nihil omnino* de Sanguine, nec in Calice, nec alibi, quod eſt ſumptibile per modum potûs, *remanſit*; ſenſus hujus Rubricæ eſt: ſi non *remanſerit* aliquid de Sanguine Chriſti, quod ad ſtomachum venire poteſt. Itàque illud *Nihil omninò* non excludit unam aut alteram tantùm Sanguinis guttam, quæ in lingua, vel ad palatum hæret, & deglutiri non poteſt, ſeu ad ſtomachum ſenſibiliter pervenire non valet, ſed excludit aliquid, quod verè ſumi poteſt *per modum bibitionis*.

40. Proinde ſi hoc ſenſu *nihil omnino* remanſerit de Sanguine, tunc, ne Sacramentum, ait *S. Thomas* ſuprà ad 3., remaneat imperfectum, ordinat Rubrica eod. n. 13., ut Sacerdos *ponat iterum* (non novam Hoſtiam, licèt illa quæ eodem in Sacrificio conſecrata eſt, modò foret ſumpta, & ratio data eſt ſupr. n. 12. & ſeqq., ſed ſolummodò novum) *vinum & aquam*.

41. Rubr. eod. n. 13. *Et* Celebrans *conſecret* illud novum vinum ſub forma & intentione abſolutâ, incipiens *ab eo loco*: *SIMILI MODO POSTQUAM COENATUM EST*, *&c.*, *factâ priùs tamen Calicis oblatione*, *ſaltem mente*, *ut ſuprà*. Conſecratione autem peractâ, Sacerdos, ubi caſus contingeret, ibidem in ſuo pergat Sacrificio, ubi priùs deſierat.

42. Rubr. n. 14. *Si Sacerdos vomat Euchariſtiam.* Hoc ferè poteſt procurari, ſi Hoſtia ſacra poſt ſumptionem (idem dic de ſpeciebus vini conſecratis) certò noſcatur veneno mortifero infecta. *Vide Verbo Miſſa n. 32.* , & alibi. Vide ſuprà n. 4.

4. Si quis tamen in caſu ob tanti reverentiam
amenti non vellet media ſumere vomitum pro-
ntia, quæri poſſet, an is per ſe non laudabiliùs,
agis meritoriè ageret mortem ſuam merè permit-
o, quàm per procurationem vomitûs, quàmvis
m, vitam ſuam poſitivè conſervando; hoc ta-
intelligendum eſt pro ſolo caſu, quo vomitus
ſequeretur, ſpeciebus conſecratis adhuc integris.
3. Rubr. eod. n. 14. *Si itàque poſt vomitum
es integræ appareant, reverenter* illæ, ſi non fue-
veneno infectæ, *ſumantur* ob reſpectum tanto
amento debitum, *niſi nauſea fiat; tunc enim ſpe-
conſecrata cautè ſeparentur, & in aliquo loco ſa-
reponantur, donec corrumpantur, & poſteà in ſacra-
projiciantur.*
4. Rubr. eod. n. 14. *Quòd ſi ſpecies* Sacramenta
poſt diligens examen, ſenſibiliter *non appareant,
uratur vomitus,* non illicò, ſed expectando, do-
ſpecies ſacræ præſumuntur jam eſſe conſumptæ,
ineres in ſacrarium mittantur. Ea verò, quæ tales
cies ſacras contigerunt, ait *Gavantus* ex *S. Thoma*
à ad. 7., vel ſimiliter comburenda ſunt, vel pu-
anda juxta prædicta.
5. Rubr. n. 15. *Si Hoſtia conſecrata, vel aliqua
particula,* ſive ſub Miſſa, ſive ſub diſtributione
æ Communionis, &c. *dilabatur in terram,* reve-
r omninò *accipiatur; & locus,* ubi ipſa *cecidit,
detur, & aliquantulùm abradatur, & pulvis, ſeu
[illegible] hujuſmodi in ſacrarium immittatur.*
6. Rubr. eod. n. 15. *Si ceciderit* Hoſtia ſacra
Corporale [illegible] *ſeu alio quovis modo in aliud
linteum, mappa vel linteum hujuſmodi diligenter
tur, & lotio ipſa in ſacrarium effundatur.* De [illegible]
ione hujus Rubricæ vide ſuprà n. 36. Quid ſit
ndum, ſi Hoſtia ſacra inter diſtribuendum deci-
in ſinum, vel veſtes mulieris, dictum eſt p. I.

47. Cumque indecens, & plerumque ſcandaloſum foret, ſi Sacerdos ipſe Hoſtiam S. inde eximeret, permitti poſſet, ut ipſa mulier id faceret. Abluendi tamen erunt digiti mulieris, & ablutionem ipſa ſumat, vel in ſacrarium mittatur.

48. Rubr. n. 16. *Poſſunt etiam defectus in miniſterio ipſo occurrere*, puta, *ſi Sacerdos* (idem dic de Diacono & Subdiacono) *ignoret ritus*, quam ſcilicet, vel qualem Miſſam, aut quænam in ea dicere, vel omittere debeat; *& inſuper ſi ignoret Cæremonias ipſas*, utique quomodo, & qualiter, qua voce, quibus modis & geſtibus dictæ preces dici debeant, *& in Miſſæ* miniſterio omni exactitudine *ſervandas*;

49. Incipiendo ſcilicet à tempore, quo Sacerdos ad Sacriſtiam vadit, ſeſe præparat, regit Calicem, ſe ſacris induit veſtimentis, tendit ad Altare, ibidem Miſſam celebrat tam ſolemnem, quam privatam, ad Sacriſtiam revertitur, ſacris veſtibus exuit, gratias agit, &c.; *de quibus omnibus*, cum verba ſint finalia Rubricarum ad inſtruendos Miſſæ Sacrificii Miniſtros, præſertim Presbyterandos, & juvenes Sacerdotes, Diaconos ac Subdiaconos, ad expellendos abuſus, ac ad ignorantiam, cunctorum matrem errorum, in iiſdem vitandam; *in ſuperioribus Rubricis*, & in hac earumdem explanatione qualitercumque utile, *copioſe tractatum eſt.*

Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. in gen. can. 13.

Si quis dixerit receptos & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato a miniſtris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe, anathema ſit.

APPENDIX

APPENDIX FINALIS
INSTRUCTIO
PRO ORDINANDIS.

UT omnibus, qui ad Tonſuram, & ad Ordines, tam Minores, quàm Majores, maximè verò ad Presbyteratum ſeſe pedetentim ad mentem Canonum præparare intendunt, etiam in ipſo Ordinationis actu, nihil deſit, hæc apponitur Appendix, quâ & Ordinandi in ſcitu neceſſariis tempore Ordinationis inſinuantur, & Presbyterandi ab onere aſportandi Miſſale liberentur.

2. Hæc autem Inſtructio potiſſimùm ex *Pontificali Romano*, ex *Cæremoniali Epiſcoporum*, editionis Romanæ 1752, ex S. R. C. Decretis, & ex probatis Authoribus (quos inter Vir Clariſſ. *Joſephus Catalanus*, qui *Pontificale Rom.* Romæ 1738, & *Cærim. Epiſ.* ibid. 1744. primus, & hactenus fortè unicus, commentariis omnigenâ eruditione refertis, illuſtravit) deprompta eſt. Ait quidem *Gavantus* p. 2. t. 2. n. 6. *Fortaſſe & nos dabimus in lucem proprias Notas in Rubricas Pontificalis Romani, & Cæremonialis Epiſcop.*; ſed nihil factum eſt.

3. Notandum autem pro Pontificali Romano, quod ipſum ſolummodo agat de forma Confirmationis, & Ordinum pluribus ſimul conferendorum. Et quamvis inde depromi facilè poſſit, qualiter forma [illegible] ſit [illegible] [illegible] Sacramenta conferuntur: tamen Additamentum, [illegible] Pontificalibus Romæ authoritate Apoſtolicâ impreſſis poſitum non fuit; Catalanus in Comment. [illegible]

4. In Gallia primò tale Additamentum fuit Epiſcoporum

coporum illius Regni authoritate ad calcem Pontificalis Rom., pro facilitanda Confirmationis, & Ordinum Collatione adjunctum, quod & de poſt typis Bruxellenſibus 1735. factum fuit. At *Pontificale Rom. SS. D. Benedicti XIV. juſſu editum, & AUCTUM Romæ* 1752. (ſic præ ſe fert Titulus) poſt Indicem tertiæ partis refert Indicem Additamenti, & in fine poſt partem tertiam ipſum refert Additamentum de verbo ad verbum, ùt habetur in Editione Bruxellenſi.

n. 5. Itàque hoc Additamentum, quod hactenus privato editum erat nomine, modò Apoſtolicâ ſuffultum authoritate venit in lucem; qua de re Lectorem monere volui, quia nonnulla in illo Additamento continentur (V. G. quòd Ordinandi ſemper ſint induendi veſtimentis Albi coloris, licèt Conſecrans Violaceo, vel Rubro, aut etiam, dum in Dominica poſt Pentecoſten, dum fit de ea, ordinat, Viridi utatur colore, quod neque in Pontificali Romano, neque alibi erat explicitè deciſum, ſed deducebatur ex S. R. C. Decreto, quod vide p. I. t. XVIII. n. 13. Appendicem hanc in 12. §§. diviſimus, quorum

§. 1. *S. R. C. de Ordinatione Decreta.*

n. 1. *In Sabbatis Quat. Tempor. vel aliis* (§. 2. n. 1.) *ad Ordines conferendos à Jure conſtitutis, Epiſcopus, Ordinationem faciens, Miſſam de Feria, non autem de Sancto, qui fortè diebus illis occurreret Duplex, vel Semidupl., V. G. S. Mathiæ tempore verno, S. Thomæ tempore hiemali, celebrare debet.* S. R. C. [illegible] Jul. 1749.

n. 2. *In Ordinum Collatione diebus à Jure ſtatutis dicenda eſt ſemper Miſſa de Feria occurrente, non de Sancto in ea contingente.* S. R. C. [illegible] Mart. 174[illegible]

n. 3. *An Preſbyteri ordinandi debeant legere Miſſam ſtantes, vel in terram genufleſſi? Reſponſum fuit Negativè ad primam, affirmativè ad ſecundam partem.* S. R. C. 30. Septemb. [illegible]

4. An Presbyteri ordinandi ſtatim ab initio, vel ſolùm à SUSCIPE SANCTE PATER, &c. debeant inchoare Miſſam cum Celebrante & ordinante Epiſcopo? Reſponſum fuit teneri ſolùm ad SUSCIPE SANCTE PATER. S. R. C. 20. Septembr. 1749.

5. An Presbyteri ordinandi omnes illas, quas Epiſcopus ordinans in Miſſa facit, actiones debeant facere; adeoque an ii Presbyteri debeant Cruces manu ſuper oblata peragere, an flectere, &c. An denique omnia illa, quæ Epiſcopus ſub Sacrificio agit, agere? Similiter idem quæritur de Epiſcopo conſecrando? Reſponſum fuit ad primum negativè; ad ſecundum ſervandum eſſe Pontificale Romanum. S. R. C. 20. Septembr. 1749.

6. An Presbyteri ordinandi, postquàm ſunt de Corpore D. N. J. C. communicati, debeant de illo Calice, quem in Ordinatione ſuâ tetigerunt, ablutionem ſumere? Reſponſum fuit, non eſſe neceſſe. S. R. C. 20. Sept. 1749. Pontif. Rom. habet: Non illum Calicem, cum quo Pontifex celebravit, ſed alium quemcumque.

7. Utrum in Sabbato ſancto pro collatione ſacrarum Ordinum Epiſcopus in ſuo domeſtico Oratorio teneatur Miſſam cum Prophetiis, ut in Miſſali, celebrare? Reſponſum fuit Miſſam collationis, &c. incipiendam eſſe à Prophetiis. S. R. C. 20. Martii 1744.

8. Cùm Sabbato ſancto unica tantùm in quavis Eccleſiâ Miſſa cantata admittatur, an Epiſcopus in privata Capella, vel Oratorio poſſit Ordinationem ſub Miſſa lectâ ſervare; & quatenus affirmativè, an debeat poſt Communionem idem Epiſcopus pro Veſperis Alleluja, Veſpere autem &c. Laudate Dominum, Magnificat, &c. dicere? Reſponſum fuit ad mentem, id eſt, ad utrumque Affirmativè. S. R. C. 20. Septembr. 1749.

§. 3. Quæ Miſſa in Ordinatione dicenda?

1. Ex S. R. C. Decretis §. 1. n. 11 & 12. patet, quòd Sabbatis quatuor Temporum, atque ante Dominicas

minicæ Paſſionis & Paſchæ (quæ ſunt ſex tempora pro Ordinationibus Jure Canonico conſtituta) Pontifex, Ordines ſacros conferens, ſemper Miſſam de Sabbato (numquam verò de Sancto) tunc occurrente, celebrare debeat.

2. Id etiam patet ex Pontificali Rom., quod ſingula Miſſæ loca exactè determinat, quibus Tonſura, & Ordines ſinguli conferuntur, quod in Sabbato Quat. Temporum nullis illius diei Miſſis, niſi de Sabbato occurrente, competere poteſt.

3. In Miſſa autem Ordinationis ad Orationem (quæ dicitur poſt *Dominus vobiſcum*, vel poſt *Pax Vobis*, ſi dictum ſit *Gloria in excelſis*) additur Oratio: *Extende*, &c. pro Ordinandis ſub una concluſione; ſic quoque fit ad Miſſæ Secretam, & Poſtcommunionem. Ita conformiter ad Rubricas Miſſalis expreſsè præſcribit Pontificale Romanum.

4. In Sabbato S. non dicitur Oratio in Ordinationis Miſſa, niſi jam dicta duplex ſub una concluſione; in aliis verò Sabbatis alia additur ſub diſtincta concluſione; & quidem in Sabbato Quat. Temp. Pentecoſtes una tantum additur, ſcil. *Eccleſiæ*, vel pro Papa; in reliquis verò Ordinationum Sabbatis duæ de præcepto adduntur Orationes, quæ occurrunt. 2. & 3. loco dicendæ: idem eſt de Secretis & Poſtcommunionibus, poſt quas in Sabbatis ante Dom. 1. Quadrageſimæ, & Paſſionis addi debet *Oratio ſuper populum*.

[illegible] habet liber, cui titulus *Miſſæ Epiſcopales pro ſacris Ordinibus conferendis per Hieron. Mathabeum* [illegible] *Epiſcopum, & Pontificiæ Capellæ Præfectum. Venetiis* [illegible]

6. Patet id etiam ex S. R. C. Decretis §. 1. n. 1. & 2., quæ declarant, quod Ordinum collatio fieri debeat ſub *Miſſa de Sabbato*; hæc autem Miſſa Orationes exigit [illegible] igitur Oratio-

nes

nes ſint dicendæ, præſertim cùm nullibi præſcribantur omittendæ. Vide p. I. t. IX. n. 69. & ſeqq.

7. Sic pariter reſpondit Magiſter Cæremon. Baſilicæ *Lateranenſis* in Litteris *Romæ* datis 18. Nov. 1753., addens pro ratione: quòd Miſſa Sabbati in Clericorum Ordinatione præſcribatur legenda, ut exſtat in Miſſali Rom., in quo cum dictis Orationibus exſtat. Idem quoq. Magiſter hanc atteſtatur eſſe *Romæ* praxim, quæ annuè in dicta Baſilicâ obſervatur. Hinc Presbyterandi ſub Ordinationis Miſsâ Secretas illas & Poſtcommuniones habere debent ad manum.

8. Fateor: Pontificale Rom. *de Ordinandis Diac.* ait: *Finitâ* Miſſæ *Oratione* (de qua n. 3.) cum adjuncta pro Ordinandis ſub una concluſione, *ſedet Pontifex*... *& legit Epiſtolam.* Item *de Ordinandis Presbyt.* relatâ Miſſæ Poſtcommunione cum ea pro Ordinatis ſub uno *Per Dominum*, ait; *Deinde dicitur: BENEDICAMUS DOMINO, vel ITE MISSA EST, prout tempus requirit.*

9. Ubi nulla quidem fit dictarum Orationum 2. & 3. loco dicendarum mentio; ſed ab illis abſtrahitur; quia aliquando omnes debent omitti: aliquando una tantùm eſt dicenda ſuprà n. 4.; aliquando eſt addenda Oratio *ſuper populum.* Hæc omnia ſupponit Pontificale ex Miſſali Rom., ex eo, quòd præſcribat, Ordinationis Miſſam celebrari de Sabbato occurrente. Imò Pontificale Rom. 1752. in *Additamento* de *Ordinatione Subdiac.* ait: *Miſſa diei, Oratio pro Ordinando... & Commemorationes, ſi quæ ſint* in illa diei Miſsâ *facienda.*

10. In dicta pro Ordinandis de Sabbato Miſſa non poteſt ulla fieri commemoratio de Feſto 9. Lectionum, V. G. de S. *Mathia* tunc occurrente; fit tamen commemoratio de Vigilia, dum Feſtum, habens Vigiliam, occurrit in Dominica, vel Feriâ ſequente. De Feſto Simplici fit commemoratio, quando eodem

dem Sabbato non occurrit Feſtum 9. Lectionum; dum enim tale occurrit, ſupponitur commemoratio de illo facta in Miſſa de feſto.

11. Si commemoratio de Simplici fiat Sabbato Quat. Temp. Pentecoſtes, tunc omitti debet Oratio, quæ alioquin 2. loco eſſet dicenda. Vide p. I. t. IX. n. 22. Si aliis in Sabbatis in Miſſa Ordinationis fiat commemoratio de Vigilia, vel de Simplici occurrente, ea ponitur 2. loco, & 3. loco ponitur Oratio, quæ aliàs 2. loco foret dicenda; & tunc omitti poteſt Oratio, quæ alioquin 3. loco foret dicenda. Vide p. I. t. IX. n. 87.

12. Præfationes dicuntur, ùt in ordine Miſſæ notantur, id eſt, quales Miſſis de Sabbato occurrente competunt, etiamſi in eodem Sabbato Feſtum occurrat 9. Lectionum, Præfationem habens propriam; in Sabbatina enim Ordinationum Miſsâ nihil planè recitatur de Feſto 9. Lectionum occurrente, adeoque nec ipſa Præfatio. Vide p. I. t. XII. n. 44.

13. Si Ordinatio ex diſpenſatione Apoſtolicâ fiat extra præfata tempora, dicitur Miſſa de Feſto, vel de Dominica occurrente, additâ principali Orationi Miſſæ Collectâ pro Ordinandis per unum *Per Dominum*, ùt n. 3. dictum eſt; deinde ſub diſtincta conclusione dicuntur aliæ commemorationes, ſi, & quas Miſſa illa exigit. Idem dicendum de *Gloria in excelſis*, de *Credo*, de Præfatione, &c.

§. 3. *Obſervanda ſub Ordinatione.*

1 Ordinandi ſe tempeſtivè in loco à Pontifice condicto præſentent in habitu talari, cum Tonſura competenti, modeſtiâ in crinibus, & præviâ Confeſſione Sacramentali; parata quoque in Eccleſia ſint paramenta Ordini ſuo convenientia: quæ ſint coloris albi, quo Ordinandi ſemper uti debent, licèt Epiſcopus Ordinans & Sacerdotes aſſiſtentes utantur Violaceo,

laceo, aut Rubro, vel etiam Viridi. Etenim Additamentum (quod modò eſt Authoritatis Apoſtolicæ) Subdiaconando præſcribit *Manipulum*, & *Tunicellam*, Diaconando *Manip. Stolam*, & *Dalmaticam*, & Preſbyterando *Manip.*, *Stolam* & *Planetam albi coloris*, ità ut id modò ſit certùm. Inſuper & adeſſe debet candela pro quolibet Ordinando.

2. Nullus Ordinandorum veſtibus ſe ſacris induat, nec, finitâ Ordinatione, illis ſeſe exuat, niſi cùm Epiſcopus ſuis indui & exui cœpit. Omnes itàque ſuo tempore debitè veſtiti cum candela in manu, dum à Notario Epiſcopi nominati fuerint, reſpondere debent: *Adſum*, & accedere ad locum Ordinationis juxta deſcriptionis ordinem.

3. Ordinandi, quoties ad Altare, vel ad Pontificis pedes accedunt, aut inde recedunt, ſemper profundam Altari, aut Pontifici faciant reverentiam, quod ſemel pro ſemper dictum ſit. Inſuper & Ordinandi ſemper flectant, quoties eos ad Altare in modum coronæ diſpoſitos alloquitur Pontifex, ſi Subdiaconandos excipias, qui primam ſtantes recipiunt à Pontifice admonitionem; quia hæc datur tantùm ad deliberationem. Vide §. 5. n. 2., & §. 6. n. 1.

4. Decies novies Ordinandi ad pedes Pontificis accedunt, ſcilicet bis pro Tonſura, quater pro quatuor Minoribus, ter pro Subdiaconatu, ter pro Diaconatu, ſexies pro Sacerdotio; & demum omnes ſimul ad Offertorium. Pontificale quidem ſepties tantùm Ordinandis expreſsè præſcribit, ut ad pedes Pontificis flectant; ſcilicet pro Diaconatu ad receptionem Stolæ; pro Presbyteratu ad primam & ſecundam manuum impoſitionem, ad unctionem manuum, ad attactum Calicis, ad promiſſionem obedientiæ; denique dum ab omnibus candela offertur.

5. Aliis duodecim vicibus, licèt Pontificale Rom. genuflexionum expreſsè non præſcribat, eam tamen

aliunde ſupponit, idque tum quia dignitas id exigit Pontificis, & humilitas Ordinandi accedentis; tum quia ſæpius ipſa actionis natura id exigit; quomodò enim Pontifex ſedens ſuperpelliceum Tonſurati, aut Caſulam Presbyterandi capiti commodè poterit imponere, ſi ipſi ſtent?

6. Quoties Ordinandi (quamdiu candelas Pontifici non obtulerint) Pontificem accedunt, in acceſſu candelam dimittunt familiaribus Pontificis, & in reditu eam recipiunt (excipe Presbyterandos, dum ligatas habent manus) ac cum eadem ſuo loco flectunt.

7. Dum Pontifex Ordinandos ante ſe genuflexos alloquitur in ſingulari, dicens: *Induat te*, *Accipe*, &c., tunc unus ſemper poſt alium ſucceſſivè Pontificem accedit. Si verò verba proferat in plurali, V. G. *Sit ægitis*, *Accipite*, &c., tunc ſucceſſivè veniunt ſimul quatuor, & quatuor, plus minuſve, prout capacitas loci, & aliæ circumſtantiæ id exigunt.

8. Quoties Ordinandi manu dexterâ aliquid tenent, V. G. candelam, & ſiniſtra non eſt impedita, debent hanc tenere ſupra pectus; dum autem utraque Ordinandorum manus eſt libera, debent eas ante pectus tenere junctas.

9. Ordinandi præviè ad Ordinationem ante altare coram Pontifice in modum coronæ diſpoſiti & genuflexi interrogantur, ſi ſint confirmati. Pontificale Rom. ſub *Urbano* VIII. habet: Pontifex *ſummitate pollicis dexteræ manûs, Chriſmate intincto, dicit*: N. SIGNO TE SIGNO CRU✠CIS: *Quod dum* Pontifex *dicit, producit pollice ſignum Crucis in frontem illius*, qui confirmatur. *Deinde proſequitur*: ET CONFIRMO, &c.

10. At *Romæ* 1725. de ſpeciali mandato SS. D. *Benedicti* XIII. editus eſt *Pontificalis Ritûs* pro Baptiſmo & Confirmatione: in quo ad hæc verba: N. *Signo te ſigno Cru✠cis ſic præſcribitur: Et, dum Epiſcopus hæc dicit*, IMPOSITA EADEM MANU DEX-

TERA

TERA SUPER CAPUT CONFIRMANDI, producit pollice *ſignum Crucis*, &c. Id quod & ſacræ Scripturæ (ait *Catalanus* Prolegom. in Pontifi. Rom. c. 2. n. 8.) & priſtinæ diſciplinæ Eccleſiæ conſentaneum eſt. Pontificale autem ſub SS. D. *Benedicto* XIV. Romæ 1752. impreſſum habet, ut n. præc. ſub *Urbano* VIII.

11. Deinde mandatur omnibus ſub excommunicationis pœnâ, ne quis Canonicè irretitus impedimento, vel alienâ ex Diœceſi ſinè ſui Epiſcopi licentiâ, aut furtivè intruſus ad ſuſcipiendos Ordines audeat accedere. Et quòd nullus ex Ordinatis diſcedat, niſi finitâ Miſsâ, & benedictione Pontificis acceptâ.

12. Denique ſolet Pontifex monere Ordinandos (& ipſi ad hoc bene reflectant) quòd inſtrumenta, quibus Ordines conferuntur, tangant, utique attactu phyſico, qui certò requiritur *de præcepto*, &, ſecundùm varios, *de neceſſitate Sacramenti*, dicente S. *Thomâ* Supplem. q. 34. a. 5. ad 3. *Ipſa verba formæ videntur oſtendere, quòd tactus* phyſicus *materiæ ſit de eſſentia Sacramenti, quia dicitur*: ACCIPE HOC VEL ILLUD. Vide *Catalanum* fol. 45. n. 6.

§. 4. *Pro Tonſura*, & 4. *Minoribus*.

1. Tonſurandi ſuperpelliceum habeant ſuper brachium ſiniſtrum, & candelam ardentem in manu dexterâ. Dum ordine, quo vocantur, in modum coronæ ante Altare coram Pontifice diſponuntur, factâ Pontifici profundâ reverentiâ, genuflectunt, ac, finitâ Oratione, & incepto Pſalmo *Conſerva me*, ſucceſſivè unus poſt alium, deponens in via candelam, accedit Pontificem, &, dum genuflexus tondetur, cum eodem, haſce quatuor faciens pauſas, dicit: *Dominus pars* 1. *hereditatis meæ* 2. *& Calicis mei* 3. *tu es, qui reſtitues* 4. *hereditatem meam mihi*.

2. Omnes Tonſurati ad priorem cum candela locum reverſi genuflectunt, &, dictis Orationibus,

Paraſiti ac Adeſto &c. (Pſalmo: Domini eſt terra intermedio) ſurgunt, & ſucceſſivè unus poſt alium accedit Pontificem, qui quemlibet ante ſe flectentem ſuperpellicæo induit, dicens: Induat te, &c. Omnes induti, & ad locum reverſi genuflectunt, donec finiatur Oratio: Omnipotens, & allocutio: Filii chariſſimi, &c. tunc enim ſuggerit Archidiaconus, ut Ordinati redeant ad loca ſua, vel eos vocat ad Oſtiariatum.

3. Ordinandi ad quatuor Ordines Minores debent eſſe ſuperpelliceo induti cum candela in manu dexterâ, & ſiniſtrâ ad pectus poſitâ, ac ordine, quo vocantur, coram Pontifice in modum coronæ diſpoſiti genuflectunt. Finitâ admonitione, omnes ſurgunt; & quatuor, ac quatuor ſucceſſivè accedunt Pontificem, coram quo, factâ priùs profundâ inclinatione, genuflectunt.

4. Tunc Pontifex tradit eis inſtrumenta ſui Ordinis, ſcilicet pro Oſtiariatu claves Eccleſiæ (quas ſucceſſivè illi quatuor manu dexterâ ſinguli tangant, ſiniſtrâ ad pectus poſitâ §. 3. n. 7.) dicens: *Sic agite*, &c. Poſt hæc Archidiaconus ducit eos ad oſtium Eccleſiæ, & facit illos illud claudere & aperire; tradit etiam eis funem campanarum, faciens eos campanam pulſare. Tunc, ad priorem redeuntes locum, genuflectunt, donec finitis Orationibus: *Deum Patrem*, & *Domine ſancte*, &c. vocentur pro Lectoratu.

5. Pontifex pro Lectoratu tradit Codicem, de quo lecturi ſunt (quem illi quatuor manu dexterâ ſimul tangant) dicens: *Accipite*, &c. Pro Exorciſtatu tradit Librum Exorciſmorum, vel Pontificale aut Miſſale (quod manu dexterâ omnes quatuor ſimul tangant) dicens: *Accipite*, &c. Pro Acolythatu tradit candelabrum cum candela extinctâ (quod ſucceſſivè manu dexterâ ſinguli tangunt) dicens: *Accipite*, &c. Deinde tradit eis urceolum (quem ſimili-

[illegible] tangere debent) dicens communiter omnibus: *Accipite*, &c. Et Ordinati ad quemlibet Ordinem recedunt ad locum ſuum, ubi omnes genufleĉtunt, donec ad ſequentem vocentur Ordinem, vel donec ab Archidiacono dimittantur.

6. Dum autem Tonſura, vel Minores extra Miſſam (ut fit promiſcuè) conferuntur, ad finem Pontifex omnibus Ordinatis injungit *ſeptem Pſalmos Pœnitent. cum Litaniis*, &c. ſi quod ipſi aſſumunt devotè legendum. Tunc omnes bini & bini ad Pontificem ducuntur, & coram eo genuflexi, candelam, Pontificis manum oſculando, ei offerunt, & benedictione accepta, cum gratiarum actione recedunt. *Catalanus* [illegible] n. 5. & alii.

§. 5. *Pro Subdiaconatu & Diaconatu.*

1. Debet quilibet Subdiaconandus eſſe indutus Amictu laxè in collo, ut ſuper caput faciliter imponi poſſit; Albâ, & Cingulo; [illegible] Manipulum in manu ſiniſtrâ, Tunicellam ſuper brachio ſiniſtro, & candelam in manu dexterâ.

2. Dum quinta in Miſſa Quatuor Temporum Lectio eſt finita (in aliis Ordinationum Miſſis immediatè ante Epiſtolam) Subdiaconandis ordine, quo vocati ſunt, & *competenti ſpatio coram Pontifice* STANTIBUS, Pontifex (ait Pontificale Rom.) *admonet eos*, utique ipſos ſtantes admonet, *dicens*: FILII DILECTISSIMI, &c. [illegible] in Additamento (de quo in [illegible] Append. n. 3.) dicitur: *Denique* STANTEM in Subdiaconum *ordinandum Pontifex admonet, dicens*: FILI DILECTISSIME, &c.; proinde Pontifex eos [illegible] admonet genuflexos, ut præſcribit *Caſtaldus* [illegible] ſed non rectè. [illegible] hæc admonitio non datur [illegible] Ordinati dignè [illegible]

[illegible]

an ob caſtitatem perpetuam ſimiliter Subdiaconatui annexam, eum Ordinem ſuſcipere velint. Et ideo Pontificale Rom. (prout ſub *Urbano* VIII. eidem eſt additum) adjungit: *Niſi omnes* Subdiaconandi *ſint Religioſi* (utique ait *Catalanus* hoc loco, per ſolemnem Profeſſionem) *quia tunc* tantùm [& non aliàs, *iſta admonitio*, tamquàm ſuperflua, *omittitur*. Et hæc videtur ratio, cur Pontificale Rom. ordinet, ut Subdiaconandi hanc admonitionem recipiant *ſtantes*.

4. Subdiaconandi, ſi poſt hanc admonitionem perſiſtant, proximiùs accedunt, & in corona ante Altare genuflectunt; ſi autem adſint Diaconandi, & Presbyterandi, tunc Subdiaconandi flectunt ad cornu Evangelii, vel alibi, ùt circumſtantiæ loci id exigunt. Et mox Diaconandi (qui debent eſſe induti Amictu, Albâ, Cingulo, & Manipulo, Stolam tenere in manu ſiniſtrâ, Dalmaticam ſuper brachium ſiniſtrum, & candelam in manu dexterâ) diſponuntur, & genuflectunt ad cornu Epiſtolæ, ùt ſuprà.

5. Tunc Presbyterandi parati Amictu, Albâ, Cingulo, Manipulo, & Stolâ in modum Diaconi *ſolubiliter* appoſitâ, tenentes Planetam ſuper brachium ſiniſtrum complicatam, mappulam albam manu ſiniſtrâ pro ligandis manibus, & candelam in manu dexterâ, locantur ante medium Altaris.

6. Quibus ità diſpoſitis, omnes Ordinandi ſuis in locis ſuper tapetia ſe proſternunt: ac, finitis Litaniis, Diaconandi, & Presbyterandi recedunt. Pontifex autem ſolos Subdiaconandos coram ſe in modum coronæ genuflexos ſecundò admonet, dicens: *Adepturi.* Vide n. 2. & 3.

7. Finitâ admonitione, quatuor, & quatuor ſucceſſivè accedunt Pontificem, qui eis genuflexis Calicem tradit vacuum cum Patena vacuâ ſuperpoſitâ (quem ſucceſſivè ſinguli manu dexterâ tangunt) interim dicens: *Videte*, &c. Tunc debitâ cum reveren-

gentes, accedunt Archidiaconum, qui eis ſtan-
radit urceolos cum vino & aquâ, bacile cum
ergio, quæ omnia ſimiliter tangere debent; & ri-
entes ad locum, ibidem genuflectunt.
Dictis: *Oremus Deum*, &c., *Flectamus genua*,
tine ſancte, &c., omnes ſurgunt, ac unus poſt
ſucceſſivè accedens utroque genu flectit ad
Pontificis, qui Amictum in collo Ordinandi
in imponit ſuper caput ejus, dicens: *Accipe*
m, &c. Deinde Manipulum, quem in manu
, immittit in brachium ipſius ſiniſtrum, dicens,
Manipulum, &c. Tunc ſimiliter induit eum Tu-
dicens: *Tunicâ jucunditatis*, &c. Priore ad lo-
uum revertente, ſuccedit alius uſque ad finem.
Omnibus Tunicâ indutis, & ad locum rever-
uatuor, & quatuor ex eis ſucceſſivè accedunt
icem, qui eis genuflexis librum tradit Epiſto-
, manu ſuâ dexterâ (ſiniſtrâ ſuper pectus po-
pſum ſimul tangentibus, dicens: *Accipite*, &c.
bus ad locum reverſis, ſuggerit Archidiaco-
ut Ordinati recedant.
. Pontifice Miſſæ Epiſtolam finiente, unus ex
Subdiaconis accipit ambabus manibus librum
olarum, deferens illum ſupra pectus, &, fac-
tari genuflexione in medio, ac profundâ Pon-
cum Mitra ſedenti reverentiâ, vadit ad partem
olæ contra Altare, & eam ibidem intelligibili
legit.
. Neo-Subdiaconus, Epiſtolâ finitâ, accedit ad
ficem, & genuflectens librum ponit ſuper ejus
a, ac manum Pontificis oſculatur ſuper libro
um. Deinde ſurgit, &, factâ Pontifici profundâ
entiâ, (ſuprà §. 3. n. 4.) recedit. Vide §. ſeq.
). & 11.
. Tunc Archi-Diaconus offert Pontifici Diaco-
os ordine, quo vocati ſunt, in modum coronæ

coram Pontifice genuflexos. Annuntiatione ad Clerum & ad populum, ac admonitione ad Ordinandos factis (ſi non ſint ordinati Subdiaconi dicuntur Litaniæ, ut ſuprà n. 6.) Pontifex poſt iteratum ad Clerum, populumque alloquium, incipit Præfationem.

13. Circa ejus finem, ad hæc: *Quæ ſunt agenda, concedere*, omnes ſurgunt, & unus poſt alium ſucceſſivè accedens genu utroque flectit ad pedes Pontificis, qui ſolus, manum dexteram extendens, eam ponit ſuper caput ejus (nullus autem alius id facit, quia non ad Sacerdotium, ſed ad ſolum conſecratur miniſterium) dicens: *Accipe Spiritum ſanctum*, &c. Et quilibet revertitur ad locum ſuum, ibidem genuflectens. Pontifex autem dexteram versùs eos tenet extenſam uſque ad finem Præfationis.

14. Quâ finitâ, Pontifex cuilibet Diaconando, ſucceſſivè ante ſe genuflexo, Stolam (quam quiſque in manu dexterâ habet paratam) ponit ſuper humerum ſiniſtrum ei dicens: *Accipe Stolam ✠ candidam*, & Miniſtri alligant eam ſub brachio dextero. Tunc induit eum Dalmaticâ dicens: *Induat te, &c.* Et ſic fit uſque ad ultimum.

15. Omnibus Dalmaticâ indutis, & ad locum reverſis, quatuor, & quatuor ex eis ſucceſſivè accedunt Pontificem; qui eis coram ſe flectentibus tradit Librum Evangeliorum (quem omnes manu dexterâ tangunt) dicens: *Accipite poteſtatem*, &c.; & cum reverentia ſurgentes revertuntur ad locum, ubi genuflectunt, donec Pontifex abſolverit Orationes: *Exaudi*, & *Domine ſancte*, &c., dum, ſuggerente Archi-Diacono, ſurgunt, locum facturi Presbyterandis. Videant interim Neo-Diaconi §. ſeq. n. 8. 9. & 11.

§. 6. Pro Presbyteratu.

1. Dum Pontifex ad ultimum ante Evangelium Verſum excluſivè pervenit, Sacerdotandi ordine;

quo

ipſo vocati ſunt, in modum coronæ ſe ſe diſponunt, & factâ inclinatione profundâ, genuflectunt. Fateor, Pontificale Romanum hoc loco genuflexionem explicitè non præſcribit, ſolùm eis ordinans: *Ad Pontificem accedunt, & circa eum in modum coronæ ſe diſponunt*; ſubintelligit tamen per hoc, quod Diaconis & aliis eam præſcribat. Ratio eſt, quia in ſeq. Pontificale præſcribit, ut omnes ſurgant, qui ab ante genuflexerunt. Ita *Catalanus*, *Caſtaldus* c. 8, n. ... & alii, eamque ſimpliciter Sacerdotandis præſcribit *Additamentum* authoritate Apoſtolicâ ſufultum, dicens: *Ordinandus in Presbyterum per Notarium nominatus accedit, & factâ Pontifici profundâ reverentiâ, genuflectit.*

2. Sacerdotandis itaque Pontifici præſentatis, ac annuntiatione & admonitione ab eo finitâ (ſi nulli fuerint ordinati, dicuntur Litaniæ, poſt quas) ſurgunt omnes, ac ſucceſſivè bini & bini accedentes genuflectunt ad pedes Pontificis, qui, nullâ oratione præmiſſâ, imponit ſimul utramque manum ſuper caput cujuslibet Ordinandi ſucceſſivè, nihil dicens.

3. Inde vadunt ad Sacerdotes cum Stolis, & ... paratos, qui eis capite inclinato ſtantibus idem faciunt. Et illico Sacerdotandi ad locum ſuum revertuntur, ubi ſuper ipſos flectentes tam Pontifex quàm præfati Sacerdotes, tenent manus ſuas dexteras extenſas versùs Ordinandos, quousque finito *Oremus fratres chariſſimi, &c.* retrahunt.

4. Deinde dicto *Flectamus genua* cum Oratione & Præfat. ſubſequente, ſurgunt Presbyterandi, & unus ſucceſſivè poſt alium, præviis profundis reverentiis, flectit ad pedes Pontificis, qui, ab ejus humero ſiniſtro partem Stolæ capiens retrò pendentem, imponit eam ſuper humerum dexterum, & aptat ante pectus ipſius in modum Crucis, ei dicens: *Accipe jugum, &c.* Deinde imponit ei Caſulam

uſque ad ſcapulas ſuper humeros complicatam, ac à parte deorſum pendentem, dicens: *Accipe veſtem, &c.* Et ſic à primo ad ultimum; ac quilibet debitis cum reverentiis redit ad locum, ibi genuflectens.

5. Tunc Pontifex dicit Orationem: *Deus ſanctificationum, &c.*; ac, finito priori Hymni *Veni Creator, &c.* Verſu, Ordinandi ſurgunt, & unus, ſucceſſivè poſt alium accedens, genuflectit ante Pontificem, qui cum oleo Catechumenorum ambas cujuſque manus ad parvos digitos, & ad extremitatem utriuſque tantùm volæ ſimul junctas, adeoque totaliter apertas, inungit in modum Crucis, producendo cum pollice ſuo dextero, in Oleum ſacrum intincto, duas lineas à pollice dexteræ manûs uſque ad indicem ſiniſtræ; & à pollice ſiniſtræ uſque ad indicem dexteræ, ungendo mox totaliter palmas, dicens: *Conſecrare.... & noſtram Benedictionem.* Addit Pontificale, etiam in Additamento: ℟. *Amen*; communiter ℟. per eum, qui inungitur.

6. Dum autem Pontifex proſequitur: *Ut quæcumque... in nomine D. N. J. C.*, tunc inunctus (ait Pontificale Rom., etiam in Additamento) *Reſpondet AMEN.* Deinde Pontifex claudit, ſeu ad invicem jungit ipſius manus, quas ſic conſecratas Pontificis Capellanus albo panniculo lineo alligat. Dum priùs inunctus ad locum ſuum rediit, ſuccedit alius, & ſic uſque ad ultimum.

7. Quando Pontifex, manibus omnium conſecratis, micâ panis pollicem ſuum terſit, tunc unus poſt alium, clauſas & ligatas retinens manus ſucceſſivè accedit, & flectit ante Pontificem, qui (ait Pontificale Romanum) *tradit cuilibet ſucceſſivè Calicem cum vino & aqua, & Patenam ſuperpoſitam cum Hoſtia; & ipſi illam*, utique Patenam cum Hoſtia ſuperpoſitâ (Pontificale *Pariſienſe* 1520., & *Lugdunenſe* 1542. habent: *Et ipſi illa* jam enumerata, ſcilicet calicem

cum

um vino, & Patenam cum Hoſtia) *accipiunt inter* *ndices, & medios digitos*, ſic utique, quòd & *cup-* *am Calicis* cum puppis mediorum digitorum, *& Pa-* *nam* ad ſuperiorem partem, in qua jacet Hoſtia ſi am longitudine inferiori utriusque indicis *ſimul*, ſci- cet Calicem & Patenam eodem tempore phyſicè & mediatè *tangunt*, *Pontifice* ſucceſſivè *ſingulis* tempo- attactûs *dicente*: *ACCIPE POTESTATEM*, *&c.*

8. Curandum autem omnino eſt, ut hi, qui or- nantur, indicibus ſuis non tantùm Patenam, ſed Hoſtiam ſuperpoſitam immediatè tangant; quàm- immediatus Hoſtiæ attactus non ſit *de neceſſitate* *ramenti*; nam qui tangit Calicem & Patenam; tan- e cenſetur & contentum, ſcilicet vinum & Hoſti- . Imò, juxta *Catalanum* fol. 138. n. 3., *nec de* *cepto in Pontificali* Romano; cùm nihil tale in illo pareat, ait dictus Author. Vide *La Croix* n. 2152.

). Tactis Calice & Patenâ, ac poteſtate celebrandi ptâ, Ordinatus ſurgit, &, factâ Pontifici profundâ rentiâ, adhuc ligatis manibus recedit, eaſdem lavat medulla panis & aquâ; bene autem mundatas ergit linteo, vel quo erant ligatæ, vel aliâ mappâ.

o. Omnibus autem conſecratis, & lecto deinde ntifice Evangelio, unus ex Neo-Diaconis, ſump- nte pectus libro Evangeliorum, &, factâ Pon- ſedenti profundâ reverentiâ, oſculatur ejus um. Deinde, in infimo Altaris gradu genuflec- , dicit ſecretò: *Munda cor meum*, &c., ſurgit ectit ad pedes Pontificis mediocri voce dicens: *Domne* (non *Domine*) *benedicere*, &, eâ accep- licit: *Amen*; tunc ſurgit, &, factâ Pontifici â reverentiâ, tradit Subdiacono (qui legerat olam) librum in loco, ubi cantari ſolet Evan- n. Vide p. II. II. tit. VII. n. 15.

. Quo finito Subdiaconus librum apertum (ver- neceſſe ſit ad habendum Evangelii initium, folio;

ſolio ; ac nullâ Altari , nullâ ſibi factâ reverentiâ)
offert Pontifici oſculandum lecti Evangelii princi-
pium. Libro oſculato , & clauſo , profundam facit
Pontifici reverentiam , vadens ad locum priſtinum.

12. Tunc procedit Pontifex in Miſſa , more or-
dinario dicens : *Dominus vobiſcum* , vel prius *Credo* ,
ſi Ordinatio fiat Sabbato poſt Pentec. ; vide §. 2. n.
13. Et , lecto à ſolo Pontifice Miſſæ Offertorio , om-
nes Ordinati , primò Presbyteri , deinde Diaconi , &
alii ſuo ordine , candelam accenſam dexterâ tenen-
tes , ſiniſtrâ pectori admotâ §. 3. n. 8. , accedunt bi-
ni & bini ad Pontificem , coram quo , factâ prius pro-
fundâ reverentiâ , flectunt , ejuſque dexteram , dum
tradunt candelam , oſculantur. Dein ſurgunt , factâ-
que iteratò profundâ ei reverentiâ , recedunt. Quid
Neo-Diaconi & Subdiaconi ad *Agnus Dei* uſque ad
finem Miſſæ obſervare debeant in receptione pacis ,
ſacræ Communionis , &c. , vide §. ſeq. n. 6. & 9.

13. Neo-Presbyteri autem poſt Pontificem , vel
hinc inde , ubi magis commodum erit , in terra ge-
nuflexi , habeant Miſſale coram ſe (pro quo hic li-
bellus inſtructionis , & commoditatis gratiâ deſervi-
re poterit) incipiendo , non ab initio Miſſæ (cùm
tunc non ſint niſi puri Diaconi) ſed à *Suſcipe ſancte Pa-
ter* , &c. (Vide S. R. C. Decreta §. 1. à n. 3. uſ-
que ad n. 6.) & omnes alias Miſſæ Sabbati occur-
rentis partes dicunt cum Pontifice uſque ad ultimum
S. Joannis *In principio* Evangelium incluſivè.

14. *Debent enim* (ait Pontificale Rom. de Ordin.
confer.) *ex* univerſalis Eccleſiæ *conſuetudine* (quæ tem-
pore *S. Thomæ* p. 3. q. 82. a. 2. in Corp. erat qua-
rumdam tantùm Eccleſiarum) *concelebrare , & etiam
verba Conſecrationis proferre* , utique non *materialiter*
tantùm & *recitativè* , ſed & *formaliter* quoque ac *ſigni-
ficativè* , ut loquuntur Theologi p. I. II. c. VIII. n.
59. Nuſquam quippe Eccleſia præcipit verborum pro-
lationem ,

lationem, ait *Catalanus* f. 142., quin & ſimul in-
ungat Miniſtris, ut eâ reverenter, ac promi proſe-
ant cum intentione efficiendi id, quod ſignificant.

15. Proinde huic Pontificalis Rom. Decreto :
Debent... concelebrare, & verba Conſecrationis proferre;
ocus non eſt, ſi per recenter Ordinatos verba di-
antur ſolùm *recitativè*. Ita *Sylvius* a. 2. q. 82. *D.*
bomâ, addens (ut refert SS. D. *Benedictus* XIV. ſ.
c. 16. n. 5.) Ex eo, quod Ordinati non perci-
iant SS. Sacramentum ſub utraque ſpecie, non be-
inſertur, quod ipſi veram non debeant habere
nſecrandi intentionem; ideò enim non recipiunt
cramentum ſub utraque ſpecie, *quia ſunt ſolùm ſe-*
ndarii, veri tamen concelebrantes, ut patet ex ipſo
u §. ſeq. n. 8.

§. 7. *Obſervanda ſub Ordinationis Miſſa ab Offertorio uſque ad finem.*

1. Neo-Sacerdotes, pro Ordinationis Miſſa ab
fertorio, diligenter obſervent ſequentia: primò,
recitando cum Pontifice, ſocios ſuos, minus ip-
Pontificem altâ ſuâ voce conturbent contra Ru-
as generales p. I. t. XIV. n. 18.; ſed ita legant
inctè, ut & ſe ipſos perfectè audiant, & à con-
is concelebrantibus non audiantur.

. Etenim Pontificale Rom. duobus in locis ait,
d Pontifex *Secretas*, & totam ſequentem Miſſam
ſè dicat, & ipſe ſolus *aliquantulum altè, ita ut*
ati Sacerdotes poſſint SECUM, id eſt (N.B.) unuſ-
que apud ſe, *omnia dicere, & præſertim verba*
ecrationis. Unde *Caſtaldus* l. 2. ſect. 15. c. 8. n.
it: *Sacerdotes noviter ordinati.... omnia cum Ce-*
nte SUB MISSA VOCE *dicunt*.

Et Pontificale Rom. Bibliothecæ *Colbertina*, ac
lmi Durandi (ut refert *Catalanus* f. 451.) habet:
ione factâ, Neo-Presbyteri veniunt ad Altare cum
ibus; & (incipiendo à *Suſcipe ſancte Pater*, &c.)

dicunt

dicunt totum *SUBMISSA VOCE.* Etiam SS. D. *Benedictus* XIV. l. 3. c. 16. n. 1. ait; *In Pontificali Rom., ubi agitur de Ordinatione Presbyteri, præſcribitur Epiſcopo, ut voce PAULULUM ELATA recitet Secretas*, & alias Miſſæ partes, *ut is, qui initiatus eſt, eadem cum Epiſcopo proferat*, utique ſubmiſsè.

4. Secundò, nè nimis feſtinanter legant, ſeu, nè Pontifici Celebranti præcurrant, & præſertim in verbis Conſecrationis, quæ dici debent eodem momento per Ordinatos, quo dicuntur per Pontificem.

5. Practicè Neo-Sacerdotes (cùm verè conſecrent) forment ſibi hanc, vel ſimilem intentionem: *Volo conſecrare, ſed non niſi cum Epiſcopo*; etenim, ùt *Innocentius* III. l. 4. c. 14. & *S. Thomas* ſuprà, aſſerunt, *referri debet* Neo-Presbyterorum *intentio ad inſtans prolationis Epiſcopi, qui concelebrant.*

6. Hinc Presbyterandi, antequàm ad ſacram mittantur Ordinationem, debitè ſunt inſtruendi, quam debeant pro Conſecratione cum Pontifice faciendâ, formare intentionem, & quomodò, ac qualiter verba, nominatim Conſecrationis, ſint proferenda.

7. Poſt *Agnus Dei*, dum Neo-Presbyteri cum Pontifice abſolverunt Orationem: *Domine JESU Chriſte, qui dixiſti*, &c., omnes Ordinati ſurgunt, & primus ex Presbyteris; item primus ex Diaconis, ac primus ex Subdiaconis ſucceſſivè accedunt ad dexteram Pontificis, &, Altare priùs oſculantes, accipiunt ab eo pacem dicente: *Pax tecum*, & reſpondent ipſi: *Et cum ſpiritu tuo.* Quilibet autem illorum (factâ antè & poſt uno genu flexione SS. Sacramento, & profundâ Pontifici reverentiâ) dat ſequenti, ſui Ordinis ſecum Ordinato, pacem; eodem modo & ille alteri, ac ſic uſque ad ultimum. Quo facto, iterum omnes ùt antè genuflectunt, & proſequuntur cum Pontifice. In Ordinatione in Sabbato ſancto non datur pax.

8. Quòd Sacerdotes recenter ordinati ſint communi-

icandi, antequàm Diaconi, & alii dicant *Confiteor*, &c., tradit; tanquàm Pontificali Romano conformis, *Catalanus* in Cærem. Epiſcopi tom. 2. fol. 335., quia ſic Communio Sacerdotum concelebrantium eminentiùs elucet, & clariùs patet, quòd ipſi ante Communionem non dicant *Confiteor*, &c., neque detur abſolutio. Idem quoque indicat *Additamentum* §. *aliquis ſubdiaconus*. Et conformiter ad hæc,
9. Dicto: *Sanguis Domini*, &c., & ſumpto à Pontifice Sanguine, ſoli Neo-Sacerdotes (omiſſis *Confiteor*, *Miſereatur*, *Indulgentiam*, &c.) bini & bini ad ſupremum Altaris gradum (ità habet Pontificale Rom.; *Merati* hanc dat rationem: *Ne Pontifex longiùs cogatur portare Sacramentum cum periculo, quòd decidant fragmenta*) ſucceſſivè accedunt, &, factâ SS. Sacramento inclinatione profundâ, genuflectunt: illis Pontifex ſacram porrigit Communionem, ſolummodò dicens: *Corpus* ✠ *Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam*, & Ordinati reſpondent *Amen*, ac, manum Pontificis oſculantes, ſacram Hoſtiam reverenter ſumunt.
Pontificale de mandato Epiſcoporum Galliæ congregatorum Pariſiis 1631., & itidem 1700. recuſum his ſex locis fol. 47. 93. 135. 189. 235. 281. ſtabiliter præſcribit: Pontifex *ſingulos Sacerdotes communicat*, NIHIL DICENS; idque ideo indubiè, quia Pontifex parùm antè cum Neo-Presbyteris dixit: *Corpus D. N. J. C. cuſtodiat animam meam*, &c. Idem tamen Pontificale fol. 318. (non ſibi ſatis apparet) cohærens, præſcribit: *Pontifex* ... *porrigit S. Sacramentum ordinato Presbytero dicens: CORPUS DOMINI*, &c., ut ſuprà. Et quia Pontificale Romanum, etiam ultimò *Romæ* 1752. impreſſum, expreſsè Pontifici Neo-Sacerdotem communicanti præſcribit, etiam in Additamento, in quo agit de ſolo Sacerdote communicando, ideo dicta verba ſunt dicenda.
10.

Tunc per latus ſiniſtrum Pontificis cum reverentia, recedentes abſque eo, quòd tergum vertant SS. Sacramento, in cornu Epiſtolæ è Calice aliquo vino purificante (vide S. R. C. Decr. [illegible] 611) os abſtergunt: & in eam partem ſe pro meditatione locant.

11. Sacerdotibus communicatis, accedunt Diaconi, & Subdiaconi, qui ordinatè diſpoſiti genuflexi, & proſtrati in ſubmiſsâ, ſed intelligibili voce dicunt: *Confiteor* &c. Pontifex eâdem voce ait: *Miſereatur*, &c. *Indulg.* &c. Reliqua, ut n. 9. & 10. & 12. Neque hoc loco Pontificale Rom. neque Cæremoniale Epiſcopor. p. 2. c. 29. (ubi refertur, quomodò & qualiter in Feſto Paſchæ ſub Miſſa ſolemni ſacra Communio ſit ab Epiſcopo diſtribuenda) præcipit Epiſcopis, ut dicant: *Ecce Agnus Dei*, &c.; item ter *Domine non ſum dignus*, &c.; ſed de illis altè ſilent. *Catalanus* autem in dict. Cæremon. Epiſcop. locum ſcribens, ſolum præcipit, *Communicaturos Epiſcopus illa dicant, ſicut alii Sacerdotes*. Et *Additamentum* ad Pontif. Rom. dum ſoli Diaconi vel Subdiaconi ſub Ordinatione ſunt communicandi, ſimpliciter præſcribit: *Pontifex converſus ad ordinatum Subdiaconum in medio Altaris, dicit: ECCE AGNUS DEI, &c. Mox ſubjungit: DOMINE NON SUM DIGNUS*, &c. Hoc *Additamentum* cùm modò eidem ſit Pontificali authoritate Apoſtolicâ inſertum, eſt obſervandum.

13. Finitâ poſt ablutionem Oratione *Quod ore ſumpſimus Domine* &c., & dicto per Pontificem, tacentibus Neo-Presbyteris, Reſponſorio: *Jam non dicam vos ſervos*, &c., omnes Neo-Sacerdotes ſurgunt, & coram Pontifice ſtantes in cornu Epiſtolæ Altaris, [illegible] ſtantes profitentur Fidem, quam prædicaturi ſunt, [illegible] dicentes: *Credo in Deum*, &c.

14. Poſt hanc Fidei profeſſionem, Neo-Presbyteri, unus ſcilicet poſt alium) accedunt Pontificem, qui mbas imponit manus ſuper caput ſingulorum coram ſucceſſivè flectentium, dicens cuilibet: *Accipe piritum S. &c.* per hoc conferens ei poteſtatem in orpus Chriſti myſticum, ſed poteſtatem Ordinis umtaxat, non verò actualis juriſdictionis ad validam ccatorum abſolutionem, etiam ſuppoſito Ordinis aracteri, neceſſariæ. Deinde explicans Pontifex Calam, quam quiſque habet ſuper humeros complicatam, illâ quemlibet ſucceſſivè induit, dicens, *Stola ocentiæ, &c.*

15. Et mox quiſque iterum ad Pontificem acces ponit genuflexus manus ſuas junctas inter ma Pontificis, dicentis cuilibet: *Promittis mihi, & ceſſoribus meis, (vel Pontifici, vel Prælato ordinario pro pore exiſtenti) reverentiam, & obedientiam?* Et ille ondet: *Promitto.* Tunc Pontifex, tenens manus s inter ſuas, oſculatur quemque, dicens: *Pax ini ſit ſemper tecum;* & ille reſpondet: *Amen.* His letis, Neo-Presbyteros ad locum reverſos, & geutroque flexos, admonet Pontifex, dicens:

6. *Quia res, quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa Filii dilectiſſimi, moneo vos, ut diligenter totius Miſſæ em, atque Hoſtiæ Conſecrationem, ac fractionem, & nunionem, ab aliis jam doctis Sacerdotibus diſcatis, quàm ad celebrandum Miſſam accedatis.*

Hoc collimat totus hic libellus, ut Clerici acræ Liturgiæ quoad Miſſam Cæremonias, ac [illegible], vel accipiendi Sacerdotii functiones, pedetend amuſſim addiſcat; quin imò ante Ordinatiojam perfectè ſciat, nominatim dum pauciſſimis nſecrationis diebus (ut ſæpius contingit) ſuas àt Primitias. Vide infrà §. 12. n. 4. Pontifex [illegible] Neo-Presbyteris coram ſe adhuc genuflexis benediicens: *Benedictio Dei &c.*

18. Deinde

18. Deinde proceditur ad Antiphonam, quæ dicitur *Communio*, &c. Et Pontifex, poſtquàm ſolemnem, ſeu triplicem (tacentibus iteratò Neo-Presbyteris) dedit ſuper Ordinatos benedictionem, eos admonet, ut ſanctè vivant, ac religioſè Ordines ſacros, quos ſuſceperunt, ſuo tempore exequantur. Et imponit Pontifex ad Subdiaconatum & Diaconatum promotis Nocturnum talis diei; ad Presbyteratum verò ordinatis; poſt primam Miſſam, tres Miſſas, unam de Spiritu S., alteram de *S. Maria*, tertiam pro fidelibus defunctis, & quòd pro Pontifice orent. Quæ omnia illi devotè ſuſcipiunt, & reſpondent ſe facturos. Vide p. I. Appen. ad t. IV. n. 29. Et proceditur ad ultimum Evangelium.

§. 8 MISSÆ ORDINATIONIS ab Offertorio.

Neo-Sacerdotes cum Pontifice dicunt:

1. Suſcipe, ſancte pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam Hoſtiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo, vivo, & vero, pro innumerabilibus peccatis & offenſionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumſtantibus, ſed & pro omnibus fidelibus Chriſtianis vivis atque defunctis: ut mihi, & illis proficiat ad ſalutem in vitam æternam. Amen.

2. Deus, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabilius reformaſti, da nobis per hujus aquæ, & vini myſterium, ejus divinitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ fieri dignatus eſt particeps, Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter: qui tecum vivit & regnat: in unitate Spiritus ſancti Deus, per omn. ſæc. ſæcul. Amen.

Cum Pontifice Calicem offerenti dicunt:

3. Offerimus tibi, Domine, Calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam, ut in conſpectu divinæ Majeſtatis tuæ pro noſtra, & totius mundi ſalute cum odore ſuavitatis aſcendat. Amen.

4. In

4. In ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipimur à te, Domine, & ſic fiat Sacrificium noſtrum in onſpectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus. Veni Sanctificator omnipotens æterne Deus: & beneic hoc Sacrificium tuo ſancto nomini præparatum.

Cum Pontifice, manus lavante, dicunt:

5. Lavabo inter innocentes manus meas: & cirmdabo Altare tuum Domine.

Ut audiam vocem laudis; & enarrem univerſa mibilia tua.

Domine, dilexi decorem domûs tuæ; & locum bitationis gloriæ tuæ.

Nè perdas cum impiis animam meam; & cum is ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eon repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia meâ ingreſſus ſum; rete me, & miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in Eccleſiis benedi te Domine.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & ecula ſæculorum, Amen.

Cum Pontifice inclinato dicunt:

Suſcipe, ſancta Trinitas, hanc oblationem, tibi offerimus ob memoriam Paſſionis, Rectionis, & Aſcenſionis Jeſu Chriſti Domini noſ & in honore * beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Joannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum & Pauli, & iſtorum, & omnium Sanctorum; proficiat ad † honorem, nobis autem ad ſa; & illi pro nobis intercedere dignentur in cæorum memoriam agimus in terris. Per eum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

mnia Exemplaria, tam Editionis Vaticanæ, quàm de nda Fide habent: ET IN HONORE; *depoſt*

 enim

enim ſequitur: AD † HONOREM. *Pauci autem legunt*
* ET IN HONOREM;

Deinde dicunt cum Pontifice.

7. Orate Fratres: ut meum ac veſtrum Sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem. *Finito*: Suſcipiat, *&c.*, *dicunt cum Pontifice* Amen. *Dein ſinè* Oremus *dicunt Orationes Secretas ùt ſequitur:*

8. *Sabbato Quat. Temp. Adv. infr.* §. 9. *n.* 1. *& ſeqq.*
Sabbato Quat. Temp. Quadrag. ibid. n. 13. *& ſeqq.*
Sabbato ante Dom. Paſſionis ibid. n. 24. *& ſeqq.*
Sabbato ſancto ibidem n. 31. *& ſeqq.*
Sabbato Quat. Temp. Pentecoſt. ibid. n. 42. *& ſeqq.*
Sabbato Quat. Temp. Septembr. ibid. n. 53. *& ſeqq.*

Canon Miſſæ.

9. Te igitur, clementiſſime Pater, per Jeſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, utì accepta habeas, & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc ſancta Sacrificia illibata, in primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tuâ ſanctâ Catholicâ, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: unà cum famulo tuo Papa Noſtro N. (*hìc exprimitur nomen Papæ viventis, vide* p. I. II. t. VIII. *n.* 14.) & Antiſtite noſtro N. (*exprimitur hìc nomen Epiſcopi conſecrantis, ſi ſit Ordinarius loci, in quo conſecrat: hinc qui Leodii conſecrantur à Suffraganeo, exprimunt nomen Principis Epiſcopi*) & omnibus Orthodoxis, atque Catholicæ & Apoſtolicæ Fidei cultoribus.

Commemoratio pro Vivis.

10. Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum.

Jungunt manus, orant aliquantulùm pro quibus orare intendunt; dein cum Pontifice proſequuntur:

11. Et omnium circumſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro ſe, ſuiſque omnibus; pro redemptione ani-

marum ſuarum, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ: tibique reddunt vota ſua æterno Deo, vivo & vero.

(*In Ordinatione Sabbato ſancto, loco duarum ſequentium Orationum n. 12. & 13. dicuntur duæ aliæ, ut infrà §. 9. n. 34. Item Sabbato Quat. Temp. Pentecoſt. ibid. n. 47.*)

Infra Actionem.

12. Communicantes; & memoriam venerantes, i primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ Genitri- is Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & bea- ɔrum Apoſtolorum, ac Martyrum tuorum, Petri : Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Ja- ɔbi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & haddæi; Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, ypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis & Pauli, ɔſmæ & Damiani: & omnium Sanctorum tuorum; orum meritis, precibuſque concedas, ut in om- ɔus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eum- n Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

13. Hanc igitur Oblationem ſervitutis noſtræ, & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus, Domine, placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſ- ıas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & electorum tuorum jubeas grege numerari. Per riſtum Dominum noſtrum, Amen.

ı4. Quam Oblationem tu Deus in omnibus, quæ- us, benedictam, adſcriptam, ratam, rationabi- , acceptabilemque facere digneris: ut nobis pus, & Sanguis fiat dilectiſſimi Filii tui Domini :ri Jeſu Chriſti.

. Qui pridiè, quàm pateretur, accepit panem in as ac venerabiles manus ſuas: & elevatis oculis in n, ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi ıs agens, benedixit, fregit, deditque diſcipulis dicens: accipite, & manducate ex hoc omnes.

'e proferunt verba Conſecrationis diſtinctè & atten- è, eodem momento, quo dicuntur ab Epiſcopo.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

Adoratâ capitis inclinatione Hoſtiâ, dicunt:

16. Simili modo, poſtquàm cænatum eſt, accipiens & hunc præclarum Calicem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, benedixit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: accipite & bibite ex eo omnes.

Deinde proferuntur verba Conſecrationis Calicis, ſed diligenter advertant, ut in illis proferendis non præcurrant Pontifici conſecranti.

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI, ET ÆTERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS, ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc, quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Dein cum Pontifice proſequuntur:

17. Unde & memores, Domine, nos ſervi tui, ſed & plebs tua ſancta, ejuſdem Chriſti Filii tui Domini noſtri, tam beatæ Paſſionis, necnon & ab inferis Reſurrectionis, ſed & in cælos glorioſæ Aſcenſionis: offerimus præclaræ Majeſtati tuæ, de tuis donis ac datis, Hoſtiam puram, Hoſtiam ſanctam, Hoſtiam immaculatam, Panem ſanctum vitæ æternæ, & Calicem ſalutis perpetuæ.

18. Supra quæ propitio, ac ſereno vultu reſpicere digneris: & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui juſti Abel, & Sacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ: & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum Sacrificium, immaculatam Hoſtiam.

19. Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime Altare tuum, in conſpectu divinæ Majeſtatis tuæ: ut quotquot, ex hac Altaris participatione, ſacroſanctum Filii tui Corpus, & Sanguinem ſumpſerimus, omni

omni benedictione cæleſti, & gratiâ repleamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Commemoratio pro Defunctis.

20. Memento etiam, Domine, famulorum, famularumque tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis.

Jungunt manus, orant aliquantulùm pro quibus orare intendunt; deinde cum Pontifice proſequuntur:

21. Ipſis, Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Dexterâ percutientes pectus dicunt:

22. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis Apoſtolis & Martyribus: cum Joanne, Stephano, Mathiâ, Barnabâ, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetuâ, Agathâ, Luciâ, Agnete, Cæciliâ, Anaſtaſiâ, & omnibus Sanctis tuis: intrà quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed veniæ, quæſumus, largitor admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

23. Per quem hæc omnia, Domine, ſemper bona creas, ſanctificas, vivificas, benedicis, & præſtas nobis. (*pauſatur hic aliquantulùm*) Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus ſancti, omnis honor & gloria. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti, & divinâ inſtitutione formati audemus dicere: Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum: Adveniat regnum tuum; Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem.

 Poſt

Poſt Sed libera nos à malo *dicunt*:

25. Amen. Libera nos, quæſumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris; & intercedente beatâ & glorioſâ ſemper Virgine Dei Genitrice Mariâ, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis, da propitiùs pacem in diebus noſtris; ut ope miſericordiæ tuæ adjuti, & à peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri (*pauſatur hic aliquantulùm*) Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus: Per omnia ſæcula ſæculorum.

Reſponſo; Amen, *dicunt*:

26. Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.

Reſponſo; Et cum ſpiritu tuo, *dicunt*:

Hæc commixtio & conſecratio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitam æternam, Amen.

Dein ter pectus percutientes, dicunt:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pac.

27. Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: nè reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ tuæ; eamque ſecundùm voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris. Qui vivis & regnas, Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. *Vide* §. 7. n. 7.

28. Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, coöperante Spiritu ſancto, per mortem tuam mundum vivificaſti: libera me per hoc ſacroſanctum Corpus, & Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & univerſis malis: & fac me tuis ſemper inhærere mandatis, & à te numquàm ſeparari permittas: Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu S. vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum, Amen.

29. Pet-

29. Perceptio Corporis tui, Domine Jeſu Chriſ-
e, quod ego indignus ſumere præſumo, non mihi
rovenìat in judicium & condemnationem: ſed pro
ua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis & cor-
oris, & ad medelam percipiendam. Qui vivis &
egnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs ſancti De-
s, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Panem cæleſtem accipiam, & nomen Domini in-
ocabo.

*Siniſtram ponentes infra pectus, illud ter dexterâ per-
cutiunt, & ter devotè dicunt cum Pontifice:*

30. Domine non ſum dignus, ut intres ſub tec-
m meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur
ima mea.

Quibus ter repetitis, dicunt:

Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat ani-
m meam in vitam æternam, Amen.

Poſt meditationem parvam dicunt:

31. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ
ribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & no-
n Domini invocabo. Laudans invocabo Domi-
n, & ab inimicis meis ſalvus ero.

Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat ani-
n meam in vitam æternam, Amen. *Vide* §. 7. n. 8.

Omnibus communicatis dicunt:

32. Quod ore ſumpſimus, Domine, purâ men-
apiamus; & de munere temporali fiat nobis re-
lium ſempiternum.

Deinde proſequuntur:

3. Corpus tuum, Domine, quod ſumpſi, &
guis, quem potavi, adhæreat viſceribus meis: &
ſta, ut in me non remaneat ſcelerum macula, quem
& ſancta refecerunt Sacramenta: Qui vivis & reg-
in ſæcula ſæculorum, Amen. *Vide* §. 7. n. 13.

Faciunt Profeſſionem Fidei clarâ voce ſtantes.

4. Credo in Deum, Patrem omnipotentem,

Creatorem cæli & terræ. Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos; tertiâ die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum; ſanctam Eccleſiam Catholicam; Sanctorum Communionem; Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam æternam, Amen.

35. *Finitis iis, quæ §. 7. à n. 14. ad 18. habentur, Presbyteri proſequuntur Miſſam cum Pontifice, & dicunt Communionem, & Poſtcommunionem unam vel plures, ſequenti modo:*

Sabb. Quat. Temp. in Adventu §. 9. n. 7.
Sabb. Quat. Temp. in Quadrageſ. §. 9. n. 18.
Sabb. ante Dom. Paſſionis §. 9. n. 25.
Sabb. ſancto §. 9. n. 36.
Sabb. Quat. Temp. Pentecoſtes §. 9. n. 49.
Sabb. Quat. Temp. in Septembr. §. 9. n. 58.

Depoſt dicunt cum Pontifice:

36. Placeat tibi, ſancta Trinitas, obſequium ſervitutis meæ, & præſta: ut Sacrificium, quod oculis tuæ Majeſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihique, & omnibus, pro quibus illud obtuli, ſit, te miſerante, propitiabile. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

37. *Pontifex ſolus, tacentibus Presbyteris, dat benedictionem ſolitam, dicens:* Sit nomen Domini benedictum, *&c. Et, eâ datâ, alloquitur Ordinatos omnes adhuc genuflexos his verbis:*

38. Filii dilectissime diligenter considerate Ordinem per vos susceptum, ac onus humeris vestris impositum; studete sancte et religiose vivere, atque omnipotenti Deo placere,

LACERE, UT GRATIAM SUAM POSSITIS ACQUIRE-
RE, QUAM IPSE VOBIS PER SUAM MISERICORDIAM
ONCEDERE DIGNETUR.

39. SINGULI AD PRIMAM TONSURAM, VEL QUA-
UOR MINORES ORDINES PROMOTI, DICITE SEMEL
IPTEM PSALMOS PŒNITENTIALES CUM LITANIIS,
ERSICULIS, ET ORATIONIBUS. AD SUBDIACO-
ATUM, VEL DIACONATUM, NOCTURNUM TALIS
EI. AD PRESBYTERATUM VERO ORDINATI, POST
IMAM VESTRAM MISSAM, TRES ALIAS MISSAS,
DELICET, UNAM DE SPIRITU SANCTO, ALIAM DE
ATA MARIA SEMPER VIRGINE, TERTIAM PRO FI-
LIBUS DEFUNCTIS DICITE, ET OMNIPOTENTEM
UM ETIAM PRO ME ORATE. *Quod illi devotè ſuſ-
unt, & reſpondent ſe facturos.* Vide p. I. Append.
t. IV. n. 29.

Tunc dicunt cum Pontifice:

Dominus vobiſcum.

nitium ſancti Evangelii ſecundùm Joannem.

ignant ſe in fronte, ore, & pectore; ac reſponſo:
loria tibi Domine, *dicunt:*

o. In principio erat Verbum, & Verbum erat
d Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in prin-
apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, &
ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo
erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris
, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit
miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic
in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de
e, ut omnes crederent per illum. Non erat ille
ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat
era, quæ illuminat omnem hominem venientem
c mundum. In mundo erat, & mundus per ip-
actus eſt, & mundus eum non cognovit. In
a venit, & ſui eum non receperunt. Quot-
utem receperunt eum, dedit eis poteſtatem fi-

lios

lios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt (*hic genu unuſlectitur*) ET VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis; & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.

Dum Pontifex exuitur ſacris veſtibus, Ordinati in loco convenienti ſuas etiam deponunt. Et, manum Epiſcopi reverenter oſculantes, ei gratias agunt, & recedentem aſſociant.

§. 9. PROPRIUM MISSÆ ORDINATIONIS.

Sabbato Quatuor Temporum Adventûs.

Secreta.

1. Sacrificiis præſentibus, quæſumus Domine, placatus intende: ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti.

Pro Ordinatis Secreta unienda.

2. Tuis, quæſumus Domine, operare myſteriis: ut hæc tibi munia dignis mentibus offeramus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

De S. Maria Secreta 2. *loco.*

3. In mentibus noſtris, quæſumus Domine, veræ fidei Sacramenta confirma, ut, qui conceptum de Virgine Deum verum & hominem confitemur: per ejus ſalutiferæ Reſurrectionis potentiam, ad æternam mereamur pervenire lætitiam.

Si ob factam commemorationem hæc Oratio dicatur 3. *loco, terminatur:* Per eumdem Dom., &c.

Pro Papa Secreta 3. *loco.*

4. Oblatis, quæſumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum N., quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, aſſiduâ protectione guberna. Per Dominum, *&c. ut n.* 2., *ſed reſpondetur à Miniſtris:* Amen.

Vel

Vel contra perſecut. Eccleſ. Secreta 3. loco.

5. Protege nos, Domine, tuis myſteriis ſervientes: t divinis rebus inhærentes, & corpore tibi famumur, & mente. Per Dominum, *&c. ut n. 2.*

Præfatio.

Dominus vobiſcum.

Surſum corda.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

6. Verè dignum & juſtum eſt, æquum, & ſalutare nos tibi ſemper, & ubique gratias agere: Domine ſanc:, Pater omnipotens, æterne Deus: per Chriſtum ominum noſtrum. Per quem Majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates. Cæli, cælorumque virtutes, ac beata Seraphim, ſociâ exultatione, concelebrant. Cum quibus : noſtras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, applici confeſſione, dicentes. Sanctus, Sanctus, anctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cæli & erra gloriâ tuâ. Hoſanna in excelſis. Benedictus, qui enit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis.

Dein incipit Canon, ut ſuprà §. 8. n. 9.

Communio.

7. Exultavit ut gigas ad currendam viam, à ſummo ælo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus.

Deinde cum Epiſcopo dicitur:

Dominus vobiſcum.

Poſtea Poſtcommunio.

8. Oremus. Quæſumus Domine Deus noſter, it ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſræ munimine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias & futurum.

Pro Ordinatis Poſtcommunio dicenda.

9. Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis, ut tuæ redemptionis effectum, & myſteriis capiamus, & moribus. Per

Dom

Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, *&c.*, *ut* n. 2.

De Sancta Maria Poſtcommunio 2. loco.

10. Oremus: Gratiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde: ut, qui, Angelo nuntiante, Chriſti Filii tui Incarnationem cognovimus, per Paſſionem ejus & Crucem ad Reſurrectionis gloriam perducamur.

Si dicatur ultimo loco, omittitur hic Oremus, & terminatur: Per eumdem Dominum, *&c.*

Pro Papa Poſtcommunio 3. loco.

11. Hæc nos, quæſumus Domine, divini Sacramenti perceptio protegat, & famulum tuum N., quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, unà cum commiſſo ſibi grege ſalvet ſemper, & muniat. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut n.* 2.

Vel contra perſecut. Eccleſ. Poſtcomm. 3. loco.

12. Quæſumus, Domine Deus noſter, ut, quos divinâ tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubjacere periculis. Per Domi, *&c.*, *ut n.* 2.

Dominus vobiſcum.

Benedicamus Domino.

Deinde dicitur:

Placeat tibi ſancta Trinitas, *&c.*, *ut §.* 8. n. 36.

SABBATO QUAT. TEMP. QUADRAGES.

Secreta.

13. Præſentibus Sacrificiis, quæſumus Domine, jejunia noſtra ſanctifica: ut, quod obſervantia noſtra profitetur extrinſecùs, interiùs operetur.

Pro Ordinatis Secreta unienda.

14. Tuis, quæſumus Domine, operare myſteriis, ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Ad poſtenda Suffragia SS. Sermins 2. loco.

15. Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter: ut per hujus Sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis &

corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro.

Pro vivis & defunctis Secreta 3. *loco.*

16. Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus; tribue, quæſumus, ut, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, univerſorum, quos in Oratione commendatos ſuſcepimus, & omnium fidelium nomina, beatæ prædeſtinationis liber adſcripta retineat. Per Dominum, *&c.* *ut n.* 14.; *sed respondetur à Miniſtris* Amen.

Dominus vobiſcum. *Præfatio.*

Surſum corda.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

17. Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui orporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, rtutem largiris & præmia: per Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem Majeſtatem tuam laudant geli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates. eli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim, ſo exultatione, concelebrant. Cum quibus & noſtras es, ut admitti jubeas, deprecamur, ſupplici conione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dous Deus Sabaoth: pleni ſunt cæli, & terra glotuâ, Hoſanna in excelſis. Benedictus, qui venit omine Domini Hoſanna in excelſis.

Deinde incipit Canon §. 8. n. 9.

Communio.

8. Domine Deus meus, in te ſperavi, libera b omnibus perſequentibus me, & eripe me.

Deinde cum Episcopo dicunt:

ominus vobiſcum.

Poſteà Poſtcommunio.

. Oremus: Sanctificationibus tuis, omnipotens , & vitia noſtra curentur, & remedia nobis proveniant. *Pro*

Pro Ordinatis Poſtcommunio: utienda.

20. Quos tuis, Domine, refectis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis: ut tuæ redemptionis effectum & myſteriis capiamus & moribus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: *&c., ut n.* 16.

Ad poſcenda Suffragia SS. Poſtcomm. 2. *loco.*

21. Oremus: Mundet & muniat nos, quæſumus Domine, divini Sacramenti munus oblatum: & intercedente beatâ Virgine Dei genitrice Mariâ, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N., & omnibus Sanctis, à cunctis nos reddat & perverſitatibus expiatos, & adverſitatibus expeditos.

Ad litteram N. nominatur Patronus Eccleſiæ, in qua ſit Ordinatio. Si Patron. ſit B. V. MARIA, vel S. PETRUS, aut S. PAULUS, tunc ad litteram N. nil dicitur, de quo fiat prævia informatio.

Si ob factam commemorationem Vigiliæ vel Simplicis hæc Oratio dicatur ultimo loco, terminatur PER EUMDEM DOMINUM, & in initio omittitur: OREMUS. Caſus eſt 18. *Feb.* 1758, *Item* 1760. 1761. 1766. 1767. 1769. 1771. 1772. *&c.*

Pro vivis & defunctis Poſtcomm. 3. *loco.*

22. Purificent nos, quæſumus omnipotens & miſericors Deus, Sacramenta, quæ ſumpſimus: &, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, præſta, ut hoc tuum Sacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam, ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum: ſit vivorum atque mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorum. Per Dominum noſtrum, *&c.*, ut *n.* 16.

Super populum.

Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Oratio.

23. Fideles tuos, Deus, benedictio deſiderata confirmet: quæ eos & tuâ voluntate nunquam faciat diſ-

diſcrepare, & tuis ſemper indulgeat beneficiis gratulari. Per Dominum noſtrum J. C., *&c.*, *ut n.* 16.

Dominus vobiſcum.

Benedicamus Domino.

Deinde dicunt:

Placeat tibi ſancta Trinitas, *&c.*, *ut* §. 8. *n.* 36.

SABBATO ANTE DOMINICAM PASSIONIS.

Secreta.

24. Oblationibus noſtris, quæſumus Domine, placare ſuſceptis: & ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates.

Pro Ordinatis Secreta unienda, & reliqua uſque ad Canonem vide ſuprà hoc §. 9. *n.* 14. & *ſeqq.*

Communio.

25. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit; ſuper aquam refectionis educavit me.

Deinde cum Epiſcopo dicunt:

Dominus vobiſcum.

Poſteà, Poſtcommunio.

26. Oremus: Tua nos, quæſumus Domine, Sancta purificent; & operatione ſuâ tibi placitos eſſe perficiant.

Pro Ordinatis Poſtcommunio unienda.

27. Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis: ut tuæ redemptionis effectum & myſteriis capiamus & moribus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, *&c.*, *ut n.* 16.

Ad poſcenda Suff. Sanctorum Poſtcomm. 2. *loco.*

28. Oremus: Mundet & muniat nos, quæſumus Domine, divini Sacramenti munus oblatum, &, intercedente beatâ Virgine Dei Genitrice Mariâ, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N., & omnibus Sanctis, à cunctis nos reddat & perverſitatibus expiatos, & adverſitatibus expeditos.

Pro hac Oratione vide dicta n. 21.

Pro

Pro vivis & defunctis Poſtcomm. 5 loco.

29. Purificent nos, quæſumus omnipotens & miſericors Deus, Sacramenta, quæ ſumpſimus: &, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, præſta, ut hoc tuum Sacramentum non ſit nobis reatus ad pænam, ſed intercesſio ſalutaris ad veniam, ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum: ſit vivorum atque mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorum. Per Dominum noſtrum, &c., ut n. 16.

Super Populum.

Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Oratio.

30. Deus, qui ſperantibus in te miſereri potius eligis, quàm iraſci: da nobis dignè flere mala, quæ fecimus; ut tuæ conſolationis gratiam invenire mereamur. Per Dom., &c., ut n. 16. & ℟. à Miniſtris: Amen.

Dominus vobiſcum.

Benedicamus Domino.

Deinde dicunt:

Placeat tibi ſancta Trinitas, &c., ut §. 8 n. 36.

SABBATO SANCTO.

Secreta.

31. Suſcipe, quæſumus Domine, preces populi tui, cum oblationibus Hoſtiarum: ut Paſchalibus initiata Myſteriis, ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant.

Pro Ordinatis Secreta unienda.

32. Tuis, quæſumus Domine, operare myſteriis: ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c.

Dominus vobiſcum. *Præfatio.*

Surſum corda.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

33. Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, te quidem, Domine, omni tempore, ſed

ſed in hac potiſſimùm nocte glorioſiùs prædicare, cùm Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt Agnus, qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparavit. Et ideo cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cumque omni militiâ cæleſtis exercitûs, Hymnum gloriæ uæ canimus, ſinè fine dicentes. Sanctus, Sanctus, ianctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cæli c terra gloriâ tuâ, Hoſanna in excelſis. Benedictus, ui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis.

Dein dicitur Canon ſuprà §. 8. n. 9.

Infra Actionem.

34. Communicantes, & noctem ſacratiſſimam lebrantes Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſ- ſecundùm carnem; ſed & memoriam venerantes, primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, Genitri- ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed beatorum Apoſtolorum ac Martyrum tuorum Pe- & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, obi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cor- i, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis & li, Coſmæ & Damiani, & omnium Sanctorum um, quorum meritis, precibuſque concedas, ı omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

5. Hanc igitur Oblationem ſervitutis noſtræ, k cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, iritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium torum, quæſumus Domine, ut placatus acci- dieſque noſtros in tua pace diſponas; atque ab a damnatione nos eripi, & in electorum tuo- ubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum m, Amen.

Deinde dicunt.

Quam Oblationem tu Deus, *&c.*, *ut ſuprà* §. 8. *n.* 14.

Ad AGNUS DEI non datur Pax, & immediatè poſt CORPUS TUUM DOMINE Neo-Sacerdotes in locis ſuis perficiunt Veſperas ſecretè cum Epiſcopo:

36 Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Pſalmus.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Antiphona ad MAGNIFICAT.

37. Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrum. Alleluja.

Dein dicunt Canticum beatæ Mariæ.

38. Magnificat anima mea Dominum:

Et exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen ejus.

Et miſericordia ejus à progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: & exaltavit humiles.

Eſurientes implevit bonis: & divites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini ejus in ſæcula.

Glo-

Gloria Patri, *&c.*

Sicut erat, *&c*, *ut n.* 36.

Deinde repetitur Antiphona.

39. Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima
bbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria,
lere ſepulchrum. Alleluja.

Deinde cum Epiſcopo dicunt:

Dominus vobiſcum.

Poſtcommunio.

40. Oremus: Spiritum nobis, Domine, tuæ cha-
atis infunde, ut, quos Sacramentis Paſchalibus ſa-
ſti, tua facias pietate concordes.

Pro Ordinatis Poſtcommunio unienda.

41. Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, con-
uis attolle benignus auxiliis: ut tuæ redemptionis
ectum, & myſteriis capiamus, & moribus. Per
ominum noſtrum Jeſum Chriſtum, *&c.*

Dominus vobiſcum.

Ite Miſſa eſt, Alleluja, Alleluja.

Deinde dicunt:

ceat tibi, ſancta Trinitas, *&c.*, *ut ſupra* §. 8. n. 36.

SABBATO QUAT. TEMP. PENTECOSTES.

Secreta.

42. Ut accepta tibi ſint, Domine, noſtra jejunia:
eſta nobis, quæſumus, hujus munere Sacramenti
rificatum tibi pectus offerre.

Pro Ordinatis Secreta unienda.

43. Tuis, quæſumus Domine, operare myſteriis:
hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per
minum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium, *&c.*

Contra perſecut. Eccleſiæ Secreta 2. loco.

44. Protege nos, Domine, tuis myſteriis ſervien-
: ut, divinis rebus inhærentes, & corpore tibi fa-
lemur & mente. Per Dominum noſtrum, *&c.*

Vel pro Papa Secreta 2. loco.

45. Oblatis, quæſumus Domine, placare mune-

 ribus

ribus: & famulum tuum N., quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, aſſiduâ protectione guberna. Per Dominum noſtrum, *&c.*

Præfatio.

Dominus Vobiſcum.

Surſum corda.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

46. Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere; Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Chriſtum Dominum noſtrum. Qui aſcendens ſuper omnes cælos, ſedensque ad dexteram tuam, promiſſum Spiritum ſanctum hodiernâ die in filios adoptionis effudit. Quapropter, profuſis gaudiis, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & ſupernæ Virtutes, atque Angelicæ poteſtates hymnum gloriæ tuæ concinunt, ſinè fine dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cæli & terra gloriâ tuâ, Hoſanna in excelſis. Benedictus, qui venit in nominè Domini, Hoſanna in excelſis.

Dein dicitur Canon, ùt ſuprà §. 8. n. 9.

Infra Actionem.

47. Communicantes & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes, quo Spiritus ſanctus Apoſtolis innumeris linguis apparuit: ſed & memoriam venerantes in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, Genitricis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum, ac Martyrum tuorum Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio: Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

48. Hanc

48. Hanc igitur Oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus Domine, ut placatus accipias, dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Deinde dicunt:

Quam oblationem tu Deus, *&c.*, *ut ſuprà* §. 8. n. 14.

COMMUNIO.

49. Spiritus, ubi vult, ſpirat; & vocem ejus audis, Alleluja, Alleluja: ſed neſcis, unde veniat, aut quò vadat, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Deinde cum Epiſcopo dicunt.

Dominus vobiſcum.

Poſteà Poſtcommunio.

Oremus: Præbeant nobis, Domine, divinum tua Sancta fervorem, quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu,

Pro Ordinatis Poſtcommunio unienda.

50. Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis; ut tuæ redemptionis effectum & myſteriis capiamus & moribus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium, *&c.*

Contra perſecut. Eccleſ. Poſtcommun. 2. loco

51. Oremus: Quæſumus, Domine Deus noſter, ut quos divinâ tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubjacere periculis. Per Dom., *&c.*

Vel pro Papa Poſtcommunio 2. loco.

52. Oremus: Hæc nos, quæſumus, Domine, divini Sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N., quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, unà cum commiſſo ſibi grege, ſalvet ſemper, & muniat. Per Dom. *&c.*

Dominus vobiſcum.

Ite Miſſa eſt.

Deinde dicunt:

Placeat tibi ſancta Trinitas, *&c. ut* §. 8. n. 36.

SABBATO QUATUOR TEMPORUM SEPTEMB.

Secreta.

53. Concede, quæſumus omnipotens Deus; ut oculis tuæ Majeſtatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat.

Pro Ordinatis Secreta unienda.

54. Tuis, quæſumus Domine, operare Myſteriis, ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium, *&c.*

Ad poſcenda Suffragia SS. Secreta 2. loco.

55. Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter, ut per hujus Sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro.

Secreta 3. loco ad libitum dicitur ad commoditatem Ordinandorum, pro omni gradu Eccleſiæ.

56. Da famulis tuis, Domine, indulgentiam peccatorum, conſolationem vitæ, gubernationem perpetuam; ut tibi ſervientes, ad tuam jugiter miſericordiam pervenire mereantur. Per Dominum, *&c.*

Præfatio.

Dominus vobiſcum.

Surſum corda.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

57. Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Per Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem Majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates, Cœli, cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphim, ſociâ exultatione, concelebrant.

Cum

Cum quibus & noſtras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cæli & terra gloriâ tuâ, Hoſanna in excelſis. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis.

Deinde dicitur Canon, ut ſuprà §. 8. n. 9.

Communio

58. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, cùm in tabernaculis habitare fecerim filios Iſraël, cùm educerem eos de terra Ægypti, ego Dominus Deus veſter.

Deinde cum Epiſcopo dicunt:

Dominus vobiſcum.

Poſteà Poſtcommunio.

59. Oremus. Perficiant in nobis, Domine quæſumus, tua Sacramenta, quod continent: ut, quæ nunc ſpecie gerimus, rerum veritate capiamus.

Pro Ordinatis Poſtcommunio jungenda.

60. Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis, ut tuæ redemptionis effectus & myſteriis capiamus & moribus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium, *&c.*

Ad poſcenda Suffra. Sanctor. Poſtcommun. 2. loco.

61. Oremus. Mundet & muniat nos, quæſumus Domine, divini Sacramenti munus oblatum, & intercedente beata Virgine Dei Genitrice Mariâ, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus Sanctis, à cunctis nos reddat & perverſitatibus expiatos, & adverſitatibus expeditos. *Pro hac Orat. Vide hoc* §. 9. n. 21.

Poſtcom. ad libit. 3. loco pro omni Eccleſ. gradu.

62. Libera, quæſumus Domine, à peccatis & hoſtibus famulos tuos tibi ſupplicantes; ut in ſancta converſatione viventes, nullis afficiantur adverſis. Per Dominum noſtrum, *&c.*

Dominus vobiſcum. Benedicamus Domino.

Deinde dicunt:

Placeat tibi, ſancta Trinitas, *&c.*, *ùt ſuprà* §. 8. n. 36.

§. 10. *ORATIONES PRO COMMEMORATIONE*,

Si quæ ſit facienda, de Vigilia, vel Feſto Simplici occurrente in Sabbatis ſacrarum Ordinationum. Poſt Secretam diei, & pro Ordinatis dicuntur ſequentes.

PRO SABBATO QUAT. TEMP. ADVENTUS.

Vigilia S. THOMÆ Apoſt. Secreta 2. loco.

1. Apoſtolici reverentiâ culminis offerentes tibi ſacra myſteria, Domine quæſumus: ut beati Thomæ Apoſtoli tui ſuffragiis, cujus natalitia prævenimus, plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat.

Et tunc Secreta 3. *loco eſt de S. MARIA ſuprà* §. 9. n. 3.; *& illa contra perſecutores Eccleſiæ omittitur. Idem dic de Poſtcommunione; Item in ſubſequentibus.*

Poſtcommunio 2. loco.

2. Oremus: Sancti Apoſtoli tui Thomæ, quæſumus Domine, ſupplicatione placatus: & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede.

Poſtcom. 3. *loco de S. MARIA vide* §. 9. *n.* 10.

PRO SABBATO QUAT. TEMP. QUADRAGES.

14. *Febr. S. VALENTINI M. Secreta* 2. *loco.*

3. Oblatis, quæſumus Domine, placare muneribus; &, intercedente beato Valentino Martyre tuo, à cunctis nos defende periculis.

Secreta 3. *loco eſt* Exaudi, *ùt* §. 9. *n.* 15.

Poſtcommunio 2. *loco.*

4. Oremus: Sit nobis, Domine, reparatio mentis & corporis cæleſte myſterium, ut, cujus exequimur actionem, intercedente beato Valentino Martyre tuo, ſentiamus effectum. *Poſtcom.* 3. *loco* Mundet §. 9. n. 21.

15. *Febr. SS. FAUSTINI, &c. MM. Secreta* 2. *loco.*

5. Oblatis, quæſumus Domine, placare muneribus: &, intercedentibus ſanctis Martyribus tuis Fauſtino & Jovitâ, à cunctis nos defende periculis.

Se-

Secreta 3. *loco eſt* Exaudi, *ut* §. 9. *n.* 15.

Poſtcommunio 2. *loco.*

6. Oremus: Hæc nos communio, Domine, purget à crimine: & , intercedentibus ſanctis Martyribus tuis Fauſtino & Jovitâ, cæleſtis remedii faciat eſſe conſortes. *Poſtcom.* 3. *loco ut n.* 4.

18. *Febr. S. SIMEONIS E. M. Secreta* 2. *loco.*

7. Hoſtias tibi, Domine, beati Simeonis Martyris tui atque Pontificis dicatas, meritis, benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. *Secreta* 3. *loco ut n.* 3.

Poſtcommunio 2. *loco.*

8. Oremus: Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter, ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Simeone Martyre tuo, atque Pontifice, ſentiamus effectum. *Vide n.* 4.

Vigiliæ S. MATHIÆ Apoſt. Secreta 2. *loco.*

9. Apoſtolici reverentiâ culminis offerentes tibi ſacra myſteria, Domine, quæſumus: ut beati Mathiæ Apoſtoli tui ſuffragiis, cujus natalitia prævenimus, plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat. *Secreta* 3. *loco, ut n.* 3.

Poſtcommunio 2. *loco.*

10. Oremus: Sancti Apoſtoli tui Mathiæ, quæſumus domine, ſupplicatione placatus; & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. *Vide n.* 4.

PRO SABB. QUAT. TEMPORUM PENTECOSTES.

19. *Maji S. PUDENTIANÆ V. Secreta* 2. *loco.*

11. Accepta tibi ſit, Domine, ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum; quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum.

Dominus vobiſcum.

Surſum corda, *&c.* *ut* §. 9. *n.* 45.

Poſt-

Poſtcommunio 2. loco, & 3. non dicitur.

12. Oremus: Satiaſti, Domine, familiam tuam muneribus ſacris; ejus, quæſumus, ſemper interventione nos refove, cujus ſolemnia celebramus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

Dominus vobiſcum.

Ite Miſſa eſt.

Placeat tibi, ſancta Trinitas, *&c.*, *ut* §. 8. *n.* 36.

25. *Maji S. URBANI P. M. Secreta 2. loco.*

13. Hæc Hoſtia, Domine, quæſumus, emundet noſtra delicta; & ad Sacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut ſuprà num.* 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. non dicitur.

14. Oremus: Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus, Domine Deus noſter, ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Urbano Martyre tuo atque Pontifice, ſentiamus effectum. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut ſuprà num.* 12.

26. *Maji S. ELEUTHERII M. Secreta 2. loco.*

15. Hoſtias tibi, Domine, beati Eleutherii Martyris tui atque Pontificis, dicatas meritis, benignus aſſume; & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut num.* 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. non dicitur.

16. Oremus: Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter; ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Eleutherio Martyre tuo atque Pontifice, ſentiamus effectum. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut n.* 12.

27. *Maji S. JOANNIS P. M. Secreta 2. loco.*

17. Munera tibi, Domine, dicata ſanctifica; & intercedente beato Joanne Martyre tuo, atque Pontefice, per eadem nos placatus intende. Per Dom., *&c.*, *ut n.* 11.

Poſt-

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco non dic.

18. Oremus: Hæc nos communio, Domine, purget a crimine, & intercedente beato Joanne Martyre tuo, atque Pontifice, cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut n.* 12.

30. *Maji S. FELICIS P. M. Secreta 2. loco.*

19. Hoſtias tibi, Domine, beati Felicis Martyris tui, atque Pontificis dicatas meritis, benignus aſſume; & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut n.* 11.

Poſtcommunio. 2. loco, & 3. loco non dic.

20. Oremus: Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter; ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Felice Martyre tuo, atque Pontifice, ſentiamus effectum. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut num.* 12.

31. *Maji S. PETRONILLÆ Virg. Secreta 2. loco.*

21. Accepta tibi ſit, Domine, ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum; quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut ſuprà num.* 11.

Poſtcommunio 2. loco, 3. loco omittitur.

22. Oremus: Satiaſti, Domine, familiam tuam muneribus ſacris: ejus, quæſumus, ſemper interventione nos refove, cujus ſolemnia celebramus. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut ſuprà num.* 11.

2. *Junii SS. MARCELLINI, &c. MM. Secreta 2. loco.*

23. Hæc Hoſtia, quæſumus, Domine, quam ſanctorum Martyrum tuorum natalitia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per Dominum noſtrum, *&c.*, *ut ſuprà num.* 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco non dic.

24. Oremus: Sacro munere ſatiati, ſupplices te, Domine, deprecamur; ut, quod debitæ ſervitutis celebramus Officio, ſalvationis tuæ ſentiamus augmen-

mentum. Per Dominum nostrum, &c., ut num. 12.

9. *Junii SS. PRIMI, &c. MM. Secreta 2. loco.*

25. Fiat tibi, quæſumus Domine, Hoſtia ſacranda placabilis, pretioſi celebritate Martyrii, quæ & peccata noſtra purificet, & tuorum tibi vota concilier famulorum. Per Dominum noſtrum, &c., ut n. 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco, non dic.

26. Oremus: Quæſumus, omnipotens Deus, ut ſanctorum Martyrum tuorum Primi & Feliciani cæleſtibus myſteriis celebrata ſolemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per Dom., &c., ut n. 12.

12. *Junii SS. BASILIDIS, &c. MM. Secreta 2. loco.*

27. Pro ſanctorum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii, ſanguine venerando, Hoſtias tibi, Domine, ſolemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis eſt perfecta victoria. Per Dominum, &c., ut ſuprà num. 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco non dic.

28. Oremus: Semper, Domine, ſanctorum Martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii ſolemnia celebrantes, præſta quæſumus, ut eorum patrocinia jugiter ſentiamus. Per Dominum noſtrum, &c., ut n. 12.

15. *Junii SS. VITI, &c. MM. Secreta 2. loco.*

29. Sicut gloriam divinæ potentiæ munera pro Sanctis oblata teſtantur; ſic nobis effectum, Domine, tuæ ſalvationis impendant. Per Dom., ut n. 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco non dic.

30. Oremus: Repleti, Domine, benedictione ſolemni, quæſumus; ut per interceſſionem ſanctorum Martyrum tuorum, Viti, Modeſti, & Creſcentiæ, medicina Sacramenti & corporibus noſtris proſit, & mentibus. Per Dominum, &c., ut num. 12.

18. *Junii SS. MARCI, &c. MM. Secreta 2. loco.*

31. Munera tibi, Domine, dicata ſanctifica; &, inter-

intercedentibus ſanctis Martyribus tuis Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per Dom., ut n. 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco non dic.

32. Oremus: Salutaris tui, Domine, munere ſatiati, ſupplices exoramus; ut, cujus lætamur guſtu, intercedentibus ſanctis Martyribus tuis Marco & Marcelliano, renovemur effectu. Per Dom., ut n. 12.

19. Junii *SS. GERVASII, &c. MM. Secreta 2. loco:*

33. Oblatis, quæſumus Domine, placare muneribus, & intercedentibus ſanctis Martyribus tuis, a cunctis nos defende periculis. Per Dom., *&c.*, *ut n.* 11.

Poſtcommunio 2. loco, & 3. loco non dic.

34. Oremus: Hæc nos communio, Domine, purget à crimine; &, intercedentibus ſanctis Martyribus tuis, Gervaſio & Protaſio, cæleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per Dominum, *&c.*, *ut n.* 12.

PRO SABB. QUAT. TEMP. SEPTEMBRIS.

Vigilia S. MATTHÆI Apoſt. Secreta 2. loco.

35. Apoſtolici reverentiâ culminis offerentes tibi ſacra myſteria, Domine quæſumus, ut beati Matthæi Apoſtoli tui, & Evangeliſtæ ſuffragiis, cujus Natalitia prævenimus, plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat.

Secreta 3. *loco*: Exaudi, *&c.*, *ut* §. 9. n. 55.

Poſtcommunio 2. loco.

36. Oremus: Sancti Apoſtoli tui, & Evangeliſtæ Matthæi, quæſumus Domine, ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. *Poſtcomm.* 3. *loco* Mundet, *&c.*, *ut* §. 9. n. 61.

§. 11. *TABULA COMMEMORATIONUM.*

1. In hac Tabulâ omittuntur anni, quibus in Ordinatione nulla occurrit Vigilia, aut Feſtum Simplex, ut ſunt 1757, 1762., &c. Non habetur quoq. Miſſa Ordinationis pro Sabb. ante Dom. Paſſionis;

nam

nam & id eo numquàm occurrit Vigilia : Feſtum autem Simplex ſolùm poteſt unicum occurrere, ſcil. 7. Martii SS. *Perpetuæ* & *Felicit. MM.* Caſus erit 1761. 1818. Sed quia nunc unà occurrit Feſtum *S. Thomæ Aquin.*, dupl., ideo ob dicta n. 11. §. 2. in Miſſa Ordinationis non fit iſtius Simplicis commemoratio. Ob eam etiam rationem omiſſa eſt §. 10. poſt n. 36. commem. *SS. Mauritii*, &c. *MM.* 22. Sept., & *S. Theclæ V. M.* 23. Sept. Feſtorum Simplicium.

2. Non eſt quoque depoſita Miſſa Ordinationis pro Sabbato S.; nam, quàmvis in eo poſſit occurrere Feſtum Simplex, ſcil. *SS. Tiburtii*, &c. *MM.* 14. April., fiet 1770. 1781., & *S. Anacleti P. M.* 17. April., fiet 1802.; tamen Sabbato S. (quia eſt Duplex 1. claſſ.) nihil in Miſſa fieri poteſt de Simplici. Igitur Tabula ſequens quatuor dumtaxat, quoad Miſſam Ordinationis, habet columnas.

Citatus in qualibet Camerâ numerus quæri debet §. 10.

Annus.	Adventus	Quadrageſ.	Penteceſtes	September
1758.		S. Simeonis M. n. 7.		
1759.			SS. Primi MM. n. 25.	
1760.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.		S. Petronillæ Virg. n. 31.	Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1761.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.	S. Valentini Mart. n. 3.		Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1766.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1	Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.		Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1767.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1769.		S. Simeonis M. n. 7.		
1770.			SS. Primi &c. MM. n. 25.	
1771.		Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.	S. Urbani M. n. 13.	
1772.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35

Annus.	Adventus.	Quadrageſ.	Pentecoſt.	September
1777.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.	Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.		Vig. S. Matthæi Ap n. 35
1778.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1781.			SS. Primi &c. MM. n. 25.	
1782.		Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.	S. Urbani M. n. 13.	
1783.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1787.			ss. Marcellini MM. n. 23.	
1788.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1789.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1791.			SS. Marci MM n. 31.	
1792.			ss. Marcellini MM. n. 23.	
1793.		Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.	S. Urbani M. n. 13.	
1794	Vig. S Thomæ Ap. n. 1.			Vig S. Matthæi Ap. n. 35
1795.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.		S. Felicis M. n 19.	Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1798.			ss. Marcellini MM. n. 23.	
1800.	Vig S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n 35
1801.	Vig. S. Thomæ. Ap. n. 1		S. Felicis M. n. 19.	Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1802.			SS. Baſilid. MM. n. 27.	
1804.			S. Eleuther. M. n. 15.	
1806.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.		S Petronillæ Virg. n. 21.	Vig. S. Matthæi Ap n. 35
1807.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig S. Matthæi Ap. n. 35
1809.			S. Joannis M. n. 17.	

Annus.	Adventus	Quadrageſ.	Pentecoſtes	September
1812.	Vig. S Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 3
1813.			SS. Baſilidis MM. n. 27.	
1815.		S. Simeonis M. n. 7.		
1817.	Vig. S. Tho mæ Ap. n. 1.		S. Petronillæ Virg. n. 21.	Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1818.	Vig. S. Tho mæ Ap. n. 1.	S. Valentini M. n. 3.		Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1820.			S. Joannis M n. 17.	
1823.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.	Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.		Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1824.			SS. Baſilidis MM. n. 27.	
1826		S. Simeonis M. n. 7.		
1827.			SS. Primi &c. MM. n. 25.	
1828.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.		S. Petronillæ Virg. n. 21.	Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1829.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n 35
1934	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.	Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.		Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1835.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1837		S. Simeonis Mart. n. 7.		
3838.			SS. Primi &c. MM. n. 25.	
1839.		Vig. S. Mathiæ Ap. n. 9.	S. Urbani P. M. n. 13	
1840.	Vig. S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1845.		SS. Fauſtini, &c. MM. n. 5.		
1846.	Vig S. Thomæ Ap. n. 1.			Vig. S. Matthæi Ap. n. 35
1849.			SS. Marcellini MM. n. 23.	

§. 12. DE PRIMA NEO-MYSTÆ MISSA.

1. De jure communi non eſt determinatum certum tempus, quandonam Sacerdotes recenter conſecrati ſuas poſſint, aut debeant celebrare Primitias. De *Poſſe* facilè convenietur ex n. 7. dicendis. Apoſtoli in Cæna Domini *Luca* 22. Sacerdotio (tributâ eis in Corpus Chriſti verum, ſeu conſecrandi poteſtate) juxta SS. Patres & Theologos unanimiter, initiati ſunt. Poteſtatem verò in Corpus Chriſti myſticum, ſeu abſolvendi à peccatis, acceperunt poſt Reſurrectionem Domini *Joannis* 20.

Primam autem Miſſam ſuam celebrare diſtulerunt iidem Apoſtoli (de quo tamen ſilent SS. Litteræ, & antiqui Patres) uſque dum ad eamdem Spiritûs ſancti adventu diſpoſiti erant, id eſt, uſque ad *Pentecoſten*. Ità probabiliùs tenet Cardinalis *Bona* l. 1. c. 5.; eò quòd Lex Vetus euſque vigeret, nec deceret novum offerri Sacrificium, Sacerdotio nondum tranſlato.

2. *S. Ignatius de Lojola*, ut ſeſe meliùs ad Primitias præpararet, per ſeſquiannum (ità ex *Gobat* refert *La Croix* de Sacram. Ord. q. 336.) expectavit; ſcilicet à 24. Junii 1537., dum *Venetiis* Sacerdos eſt conſecratus, uſque ad 25. Decembr. 1538., quâ die *Romæ* in Sacello Præcepii Chriſti ad *S. Mariam Majorem* primam à ſua Conſecratione Miſſam celebravit, ùt Acta SS. oſtendunt 31. Julii fol. 458. & 459.

3. Concil. *Vallifolet.* 1322. ſtatuit: *Miſſam novam poſt Conſecrationem infra ſex menſes ſolemniter* Neo-Presbyteri *celebrent, niſi legitimè fuerint impediti.* Et Synodus Colonienſis 1662. c. 4. §. 9. decrevit: *Sacerdotes intra 40. dies ab Ordinatione ſuâ, juxta ANTIQUAM CONSUETUDINEM, Primitias ſuas celebrent. Et, ſi qui præſcripto tempore id non præſtiterint, denuntientur, ac debitè puniantur.* Ità refert *La Croix* ſuprà, & *Vinitor* p. 2. t. 15. Annot. §. 1.

4. Nec mirum; quia Chriſtus *per hæc* Lucæ 22.

verba: HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM *præcipit*, ait *Trid.* ſeſſ. 22. c. 1., *ut* Sacerdotes *offerrent* Miſſæ Sacrificium. Et ſeſſ. 23. c. 14. de reform. ait: *Curent Episcopi, ut ii*, qui nullam ultra nudum Sacerdotium habent celebrandi obligationem, *ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus*, *Miſſas celebrent*. Et S. *Thomas* p. 3. q. 82. a. 10. in Corp. ait: *Videtur, quòd* Sacerdos, nullam habens curam, ſed merè quia Sacerdos eſt, *celebrare* TENEATUR *in præcipuis* anni *Feſtis*. De hoc argumento vide fuſo calamo SS. D. *Benedictum* XIV. l. 3. c. 1. & *Azorium* p. 1. l. 10. c. 24. q. 1. Proinde Conſecratus in Sacerdotem, ſuas nimiùm Primitias ſinè legitima causâ differens, ab Epiſcopo urgeri poſſet.

5. Nè autem quiſquam, fortè à ſuſceptione Ordinis rejectus, ad confuſionem apud ſuos vitandam, miniſterium Sacerdotale, quod non accepit, ſacrilegâ temeritate uſurpare attentet, Rectores Eccleſiarum nemini Primitias ſuas celebrare permittant, antequàm litteras ſuſcepti Sacerdotii exhibuerit.

6. Nullus quoq. Primitias celebrare præſumat, niſi priùs generales, & ſpeciales Rubricas, ac Ritum celebrandi Miſſam, juxta præſcriptum ſui Miſſalis, perlegerit, ac in iis ſit peroptimè verſatus (§. 7. n. 16.) & ſe ſufficienter ad hoc præparaverit. *Hinc mos jam olim fuit*, ait *Catalanus* f. 151., *ut recens ordinati in aliquem Religioſum locum ſe conferant*, perfectè *diſcendi gratiâ ſacras Liturgiæ Cæremonias, ac ſuſcepti Sacerdotii functiones*; *liquet hoc exemplo S. Norberti*.

7. Nullus proin ad Primitias celebrandas admittatur, niſi ab aliquo Cæremoniarum, ſuæq. Eccleſiæ Rituum perito Sacerdote eaſdem Cæremonias & Ritus ſeſe perfectè didiciſſe, Capitulo, vel Decano, aut alteri, cui ſubeſt, teſtimonio ſui Inſtructoris debitè probaverit. Ità *Synod. Provinc. Mechlin.* 1607. t. 12. c. 18, & *Viſitor* ſuprà §. 4. Si quis tamen

men ante ſuſceptum Sacerdotii Ordinem tale teſtimonium, quòd ſit in Rubricis abundè inſtructus & omnibus Sacerdotis muniis apprimè expeditus, ac per exercitia ſpiritualia ad ſufficientiam præparatus, obtinuerit; nihil obſtare videtur, quò minùs alterâ à Conſecratione die Neo-Myſta ille, dum juſta ſubeſt cauſa, ſuas celebret Primitias.

8. Si quis in die Dominicâ, vel in Feſto Duplici, aut æquivalenti (p. I. Appen. ad t. IV.) primam celebret Miſſam, non poteſt Votivam, ſed dicere tenetur Miſſam Officio Eccleſiæ, in qua celebrat, conformem. p. I. Append. ad t. XIV. toto §. 8. Etenim prima Sacerdotis Miſſa non eſt ex mente Eccleſiæ *res gravis*, ob quam ipſa dictis diebus cantari, minùs legi poſſit Votivè p. I. Append. ad t. IV. n. 20.

9. Nec in Primitiis de Dominica, vel de Duplici, aut æquivalenti, poteſt Neo-Myſta addere Orationem pro ſe ipſo, quod ſæpius abuſivè factum eſt; quia talis Collectæ additionem nullibi Rubricæ, nullibi aliquod S. R. C. Decretum in præfatis Primitiis præſcribunt, aut permittunt. p. I. tit. IX. n. 103. & ſeqq.

10. Si verò Primitias celebret in Feſto Semidupl. aut dum fit de die infra Octavam, quæ compatitur Votivas communes, poterit de Officio occurrente Primitias ſolemnizare, ſed eodem planè modo quoad *Gloria in Excelſis*, Orationes, *Credo*, &c. acſi non eſſent Primitiæ, ſed prout iſtâ die de illo Semiduplici alii legunt Sacerdotes. Poterit tamen tunc (prout & quâlibet aliâ die, cujus Officium compatitur Votivas communes) Primitias Votivè celebrare, v. g. de *SS. Trinitate, de Spiritu S.* &c. ſed ſemper ſine *Gloria in Excelſis*, niſi celebret Votivè de Angelis p. I. t. VIII. n. 218. vel de Beata in Sabbato ibid. n. 17[illegible] ac ſemper ſine *Credo* p. I. t. XI. n. 91. & ſemper in fine loco: *Ite Miſſa eſt*, dicendum *Benedicamus*

Domino, nì fiat votivè de Angelis, vel in Sabbato de Beata; ſemper quoque cum ultimo *S. Joannis* Evangelio: p. I. t. 13. n. 30.

11. In his Primitiis votivè celebratis tres *de præcepto* (etiam tempore Paſſionis) legendæ vel cantandæ ſunt Orationes, quarum ſecunda per ſe eſt de Miſſa occurrente; Oratio 3. debet eſſe illa, quæ alias in Miſſa occurrente foret ſecunda, &c. At ſi Neo-Myſta velit (prout poteſt) dicere 5. vel 7. Orationes, quarta erit, quæ alioquin in Miſſa occurrente foret tertia. Si autem hæc tertia eſſet *Ad libitum*, eliget Neo-Myſta unam è Miſſali ſuo, quam vult. Idem dic de 5. 6. & 7. Oratione. Vide p. I. t. IX. n. 47. & 73. Quam debeat Neo-Myſta in Primitiis Votivè ſolemnizatis recitare Præfationem, abundanter pariter & utiliter inveniet p. I. tit. XII. à n. 29. ad n. 42.

12. Aliquibus in locis moris eſt, ut ante Primitias cantetur vel legatur Hymnus: *Veni Creator* cum ℣. & Collectâ de Spiritu S. Item, quòd ſimili ſolemnizatione, finitis Primitiis, dicatur Hymnus: *Te Deum laud.* cum ℣. & Collectâ de SS. Trinitate, ſeu pro gratiarum actione; quæ, cùm ſint ipſi Miſſæ Sacrificio extrinſeca, & nec per Rubricas, nec per ulla S. R. C. Decreta nec aliunde alicubi prohibita, laudabiliter obſervari poſſunt.

13. At illa non probatur conſuetudo quorumdam locorum, in quibus Neo-Myſta ſe paramentis induit in domo profanâ, & inde cum aliis Miniſtris ibid. paratis procedit proceſſionaliter ad Eccleſiam, cantando Hymnos, & Cantica; multò enim decentius eſt paramenta ſacra accipere in Sacriſtia, vel loco ſacro, *quàm* in profano. *Videtur* ſuprà Annot. §. 6.

14. Neo-Myſtis ſemper in Primitiis aſſiſtere debet aliquis Sacerdos Superpelliceo, & Stolâ convenientis coloris indutus, & in Rubricis Miſſæ ac Ritibus ſacris apprimè verſatus; qui capax ſit Neo-

Myſtæ

Myſtæ in omnibus invigilare, &, ubi neceſſe fuerit, eumdem adjuvare.

15. Præfatus Aſſiſtens in Primitiis privatis genua flectit ad dexteram Celebrantis, dum facit confeſſionem, paulò poſt eum. Deinde ſemper aſſiſtit ad librum, vertit folia, & ſignacula, dum fuerit neceſſe, movet, omneſque Cæremonias, & actus, quos Neo-Myſta facturus eſt, obſervat, ut præſtò ſit illi, ſubmiſsâ ſuggerendo voce, vel modeſtè nutu innuendo, ſi fortè in aliquo deficiat aut titubet.

16. Inſuper & ſe cum Celebrante ſemper inclinat, genuflectit, ac ſignat, quando opus eſt, quaſi ſi Neo-Myſtam præcedens in hujuſmodi actibus, modeſtè tamen, & pro ſua prudentiâ; non autem quando Neo-Sacerdos extendit manus, benedicit oblata vel populum, aut alia facit ſimilia.

17. Aſſiſtens ab hiſce in Canone verbis: *Qui pridie quàm pateretur* genu utroque flectit ſub utraque Conſecratione uſque ad depoſitionem Calicis incluſivè; interim tamen ad omnia utriuſque formæ verba, an à Neo-Myſta debitè proferantur, exactè reflectit. Etiam genuflectit ad *Domine non ſum dignus* uſque ad ſumptionem Sanguinis incluſivè, prout & ad benedictionem in fine Miſſæ, niſi Aſſiſtens ſit Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, qui honoris causâ novum Sacerdotem dirigit. In reliquis Miſſæ partibus aſſiſtens ſtat. Ità *Viniter* p. 2. tit. 15. n. 4.

18. Si facienda ſit Communio, fiat, ut moris eſt; ſed ipſe Aſſiſtens ſeſe ſiſtit à Neo-Presbyteri ſiniſtris, tenens Patenam ſub mento communicantium, quod quidem ad dignitatem Epiſcopalem ſolummodò pertinet, ſed ob periculum & metum Neo-Myſtæ in Primitiis tantùm ejuſdem concedi ſolet: prout & *Patenæ ſuppoſitio per Sacerdotem cottâ indutum in Communione generali, quæ per dignitatem agitur, licita eſt.* S. R. C. 3. Sept. 1661. *Talù* n. 406.

19. De-

19. Denique totam, quâ Primitias celebravit, diem omni in pietate & animi devotione tranſigat Neo-Myſta, & ab incæpta Angelicæ puritatis, gravitatis, ad dignitatis formâ deinceps numquàm deficiat: ſed quotidianâ, aut ſaltem frequenti Sacrificii repetitione magis, magiſque in Sacerdotali virtute creſcat, augeatur, ac virili robore & conſtantiâ confirmetur, ut Sacrificia, quantò crebriùs facit, tantò ſanctiora faciat. De plenitudine cordis Amen, Amen.

20. Neo-Myſta, hoc libro contenta exactè obſervans, *offeret* toto vitæ ſuæ tempore *in odorem ſuaviſſimum Domino* incruentum Miſſæ *Sacrificium* non tantùm privatim, ſed & ſolemniter celebrandum; idque *ut Ceremoniæ*, Rubricæ Miſſalis, & S. R. C. Decreta tam magnam *poſtulant.* Num. 15. Hinc *audi Iſraël*, quilibet Sacerdos, *Ceremonias, atque* Romanæ Eccleſiæ circa Miſſæ Sacrificium *judicia*, *quæ ego loquor in auribus veſtris hodiè*; *diſcite ea* ad amuſſim, *& opere* exactiſſimè *complete.* Deut. 5.

21. Proin *non facietis ſinguli* in Miſſæ Sacrificio tam ſolemni, quàm privato, *quod ſibi rectum videtur*; ſed *quod præcipio tibi* per Miſſalis Romani Rubricas & S. R. C. Decreta, *hoc tantùm facito Domino. Nec addas quidquam, nec minuas.* Deut. 12. Ità *Deus* ad *Moyſen*; ità & *Eccleſia* ad *Sacerdotem*; ut ſic *omnia* in tremendo Miſſæ Sacrificio *honeſtè, & ſecundùm ordinem* ab Eccleſia præſcriptum cum ædificatione populi *fiant*, ùt præſcribit Apoſt. 1. Cor. 14. ℣. 40.

22. *Quantâ* enim *curâ* (Trid. ſeſſ. 22. in Decreto de *Sacrif. Miſſæ*) *adhibenda ſit, ut Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium omni Religionis cultu ac veneratione celebretur, quivis facilè exiſtimare poterit, qui cogitarit maledictum in SS. Litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quòd ſi neceſſariò fatemur, nullum aliud opus adeò ſanctum ac divinum à Chriſti Fidelibus tractari poſſe, quàm hoc ipſum tremendum Myſterium, quo vi-*

viſica

oblata illa Hoſtia, quâ Deo Patri reconciliati ſumus, in Altari per Sacerdotes quotidiè immolatur; ſatis etiam apparet, omnem operam & diligantiam in eo ponendam eſſe, ut, quantâ maximâ fieri poteſt, interiori cordis munditiâ, & puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis ſpecie peragatur.

23. Synodus Provinc. Mechlin. A. 1607. authoritate *Pauli V.* Apoſtolicâ approbata t. 12. c. 19. ſic habet: *Ut... uniformitas ſacrorum Rituum & Cæremoniarum, magnopere commendans Catholicæ Religionis dignitatem & unitatem, in omnibus etiam reliquis Eccleſiaſticis Officiis adhibeatur, imprimendum in hiſce partibus, & ab omnibus, quos concernit, quoad fieri poterit, obſervandum erit Cæremoniale Epiſcoporum, quod magno labore & induſtriâ ad hoc componi juſſit fel. rec. Clemens PP. VIII. & in omnes Eccleſias Metropolitanas, Cathedrales, & Collegiatas introduci diſtrictè mandavit.*

CONCLUSIO LIBRI.

1. HÆc collegi in unum, ſalvo ſemper, & ubique meliori aliorum judicio, & maximè Eccleſiæ Romanæ, cui me in omnibus ſubjicio. In hac Collectione omnia probate; quæ autem in ea ſunt mala, aut vitioſa, mea ſunt, & hæc rejicite: ego verò paratus ſum eadem, dum ſcivero, cum gratiarum actione emendare, prout & in hac 2. Edit. hinc inde factum eſt.

Et hîc notamus, quòd tunc tantùm Oratio imperata, V. G. de Venerabili, pro Regina, &c., ponenda ſit poſt Orationes 2. & 3. loco in Miſſis ſemiduplicibus, Ferialibus, & Votivis ponendas, quando hæ ſunt *de præcepto*, ſeu dum in dictis Miſſis ponuntur 2. vel 3. loco; ſi autem poni tantùm poſſent 4. loco, tunc vel ſunt omittendæ (ùt in Miſſis de Semiduplici debent) vel, ſi legantur (ùt in Votivis, & Ferialibus poſſunt) tunc non ſunt de præcepto, ſed ad libitum dici vel omitti poſſunt; adeoque ante eas tunc ponenda eſt Oratio imperata, utpote quæ immediatè poni debet poſt illas *de præcepto*: adeoque in præfatis Miſſis per ſe ſemper 4. loco. Atque ità intellige n. 46. p. 1. t. 9.

2. Quæ autem bona ſunt, ſi quæ ſint, aliorum ſunt,

ex quorum ſcriptis ea in hac opellâ collegi. Illis proinde poſt Deum debetur laus, & gratiarum actio. Hæc bona tenete, & ad praxim exactè deducite: Unicum ab hujus Collectionis Lectore oro, ut Collectoris quandoque in Miſſæ Sacrificio ad Altare Domini, vel aliis in precibus recordetur.

3. Non inutiliter autem concludi poterit cum ſermone, quo adverſùs *Sergium Sulpitium* Juris conſultum (juniorem, inquam, præcipuè Sacerdotem, ejuſque Miniſtros) uſus eſt *Quintus Mutius*, ùt refert *Joannes Franciſcus de Pavinis*, & habetur in fine libri ſexti Decretalium ante Extravagantes Joannis XXII., ac finiendum cum hiſce *Mutii* verbis:

4. *Turpe* (quinimò & damnabile) *eſt Patricio & Nobili Viro* (Genti, inquam, electæ, & Regali Sacerdotio) *jus* (utique Rubricas & Cæremonias ab Eccleſia præſcriptas) *in qua*, quotidie ad Altare incruentum Miſſæ Sacrificium libando, *verſatur*, id eſt, perfectè verſatus eſſe debet, vel penitus *ignorare*, vel non ad ſufficientiam intelligere.

5. Et meritò ponitur hæc Presbyterum inter & Juriſconſultum parallela; etenim vox *Rubrica* à veteri Romanorum Jure, cujus capitum ſummaria, quia litteris exarabantur rubris, vocabantur *Rubricæ*, ſuam fertur traxiſſe originem, & inde ad SS. Rituum & Cæremoniarum Regulas, ſeu Leges in Liturgicis, maximè in Horis Canonicis legendis, & celebrandis Miſſis ſignificanda, dicitur tranſlata.

6. Hujuſmodi autem originis ratio non infima datur, quòd communi, id eſt, omnium calculo judicaretur, Presbyterum, ejuſque Miniſtros, in iiſdem inſtrui, ac ad amuſſim perfici ſic neceſſarium eſſe, quemadmodùm Juris-Conſultum principalium Juris Romani deciſionum perfectam habere notitiam, neceſſe eſt.

7. Proinde meritò cum præfato *De Pavinis* ad *Quinti Mutii* verba reflectendum: *Sed longè magis in pleroſque hâc noſtrâ ætate hæc* (*Mutii*) *ſententia retorquenda eſt, qui Extravagantium* (Rubricarum, Cæremoniarumque) *Sanctiones, Pontificum jura*, ac S. R. C. Decreta *enucleata, deſidiâ aut ignorantiâ contemnere videntur.* Utinam! non darentur tales.

8. *Quare* ad Rubricarum, Rituumque ſacrorum, ac Cæremoniarum ſtudium, atque ad aſſiduam explanationis eorumdem lectionem *iterum atque iterum*, quantùm poſſum, in Domino efficaciſſimè *hortor moneoque*

Sacerdotes, eorumque in Missa solemni Ministros, maximè juniores, ac ad eosdem Ordines ſacros aſpirantes, *ne cum Sulpitio* in tremendo judicii die de negligentiis, & voluntariis ignorantiis circa Miſſæ celebrationem jure merito objurgemur.

9. Monitio autem hæc tantò foret Juvenibus efficacior, exoptatumque magnâ pro parte produceret effectum, ſi in publico pro Sacerdotandis, Diaconandiſque, ac Subdiaconandis, &c., examine quæſtiones è Miſſalis Rubricis hinc inde ſolvendæ proponerentur.

10. *Ac propterea illum* (Sulpitium) *imitemur, qui poſt reprehenſionem* ſibi factam *adeo juri operam dedit* (ità & quilibet Sacerdos, & quilibet ejus Miniſter circa Rubricas faciat) ut inter *Juriſconſultos* (inter zeloſos, inquam, & exactos, ac ædificatorios SS. Rituum, ac Cæremoniarum obſervatores) meritò palmam *fuerit aſſecutus*: Ità *De Pavinis*. Procul igitur à nobis omnibus illud 1. Reg. 1. *Filii Heli miniſtrabant Sacrificiis, neſcientes... Officium Sacerdotum*, item Diaconorum, & Subdiaconorum.

INDEX TITULORUM.

INTRODUCTIO PRACTICA.

§. 1. *De Rubricis.* . . . x.
§. 2. *Rubricæ præceptivæ & directivæ.* . . . xiij.
§. 3. *De S. R. C. Decretis.* . . . xviij.
§. 4. *Quæ S. R. C. Decreta ſint Rubr. præceptivæ.* xx.
§. 5. *S. R. C. Decreta particularia.* . . . xxjv.
§. 6. *Scopus per Librum intentus.* . . . xxx.

Pars I. Rubricarum Miſſalis.

Rubrica Præliminaris. . . . 1.
Tit. 1. *De Duplici.* . . . 5.
Tit. 2. *De Semiduplici, & Simplici.* . . . 6.
Tit. 3. *De Feria, & Vigilia.* . . . 8.
Tit. 4. *De Miſſis Votivis S. Mariæ, & aliis.* . . . 17.
Appendix ad Tit. IV. de Miſſis Votivis. . . . 20.
Tit. 5. *De Miſſis Defunctorum.* . . . 32.

Appendix ad Tit. V.

§. 1. *Quando Miſſæ priv.* DE REQUIEM *dici poſſint.* 37.

§. 2. *Quando cantari poſſint in die Depoſit.* 43.
§. 3. *Quando cantari poſſint in die Anniverſ.* 46.
§. 4. *De quatuor Miſſis pro Deſunctis.* 49.
§. 5. *De Orationibus in Miſſa* de Requiem. 51.
Tit. 6. *De Tranſlatione Feſtorum.* 55.
Tit. 7. *De Commemorationibus.* 67.
Tit. 8. *De Introitu, KYRIE, & GLORIA.* 84.
Tit. 9. *De Orationibus.* 89.
Appendix ad Tit. 9. 119.
Tit. 10. *De Epiſtola, Graduali, & Evangelio.* 123.
Tit. 11. *De Symbolo* CREDO. 129.
Appendix de Patronatu S. JOSEPH. 152.
Tit. 12. *De Offert. Secret., Præf., & Can.* 157.
Tit. 13. *De Commun., Benedict. & ult. Evang.* 173.
Tit. 14. *De Ordinanda Miſſa ex ſupradictis Rubricis.* 182.

Appendix de Concordia Miſſæ cum Officio.

§. 1. *Status quæſtionis.* 190.
§. 2. *S. R. C. Decreta circa hanc materiam.* 192.
§. 3. *Reſolutiones variæ.* 194.
Tit. 15. *De hora celebrandi Miſſam.* 204.
Tit. 16. *De clarâ voce, & ſecretò dicendis.* 207.
Tit. 17. *De ordine genuflectendi in Miſſa privatâ.* 212.
Tit. 18. *De Coloribus Paramentorum.* 214.
Appendix ad Tit. 18. 224.
Tit. 19. *De qualitate Paramentorum.* 228.
Tit. 20. *De præparat. Altaris, & Ornamentorum.* 231.

Pars I. II. Rubricarum Miſſalis.

Tit. 1. *De præparatione Sacerdotis celebraturi.* 239.
Tit. 2. *De ingreſſu Sacerdotis ad Altare.* 251.
Tit. 3. *De principio Miſſæ, & confeſſione faciendâ.* 260.
Tit. 4. *De Introitu, KYRIE, & GLORIA.* 269.
Tit. 5. *De Oratione.* 278.
Tit. 6. *De Epiſtola uſque ad Offertorium.* 285.
Tit. 7. *De Offertorio uſque ad Canonem.* 292.
Tit. 8. *De Canone Miſſæ uſque ad Conſecrationem* 311.
Tit. 9. *De Can. à Conſecrat. uſq. ad Orat. Dom.* 333.

Appendix De Crucibus ſub Miſſa. 340.
Tit. 10. *De Orat. Domin. uſq. ad Communionem.* 347.
Tit. 11. *De Commun., & Orat. poſt Communionem.* 377.
Tit. 12. *De Benedictione, & ultimo Evangelio.* 382.
Tit. 13. *De his, quæ omittuntur in Miſſa de Requiem.* 391.
Tit. 14. *De Miſſa, expoſito patenter SS. Sacramento.* 394.
Tit. 15. *De Miſſa in Altari, ubi diſtrib. S. Commun,* 403.
Appendix De tempore ſub Miſſa impendendo. 407.
Appendix De non minuendo Miſſæ Stipendio. 413.

Pars II. Rubricarum Miſſalis.

Ritus celebrandi Miſſam ſolemnem. 3.
Tit. 1. *De hora celebrandi Miſſam ſolemnem.* 4.
Tit. 2. *De in ea cantandis, genuflect., ſedend. &c.* 7.
Tit. 3. *De ingreſſu Miniſtrorum ad Altare.* 16.
Tit. 4. *De Incenſatione Altaris uſque ad* Gloria. 23.
Tit. 5. *De Miniſtris ſub Oratione.* 40.
Tit. 6. *De Miniſtris ſub Epiſt., Evang., &* Credo. 41.
Tit. 7. *De Miniſtris ſub Offertorio & Canone.* 53.
Tit. 8. *De Miniſtris ſub Canone.* 65.
Tit. 9. *De Miniſtris ad finem Canonis.* 68.
Tit. 10. *De Miniſtris ad Orat. Domin. & Commun.* 69.
Tit. 11. *De Miniſtris ſub Poſtcommun.* 77.
Tit. 12. *De Miniſtris ſub Bened. & ult. Evang.* 81.
Append. ad Tit. 2. *de qualitate Paramentorum.* 83.
Tit. 13. *De Miſſa ſolemn. pro Defunctis & Abſolutione.* 90.
Tit. 14. *De Miſſa ſolemn. coram SS. Sacramento.* 103.
Append. ad Tit. 14. *An Reliquiæ tunc in Altari poni poſſint, & incenſari.* 117.
Acceſſorium de Benedictione cum Oſtenſorio danda. 120.

Pars III. Rubricarum Miſſalis.

De defectibus in Celebrat. Miſſarum occurrentibus. 123.
Tit. 1. *Rubrica initialis.* 125.
Tit. 2. *De defectibus materiæ.* 126.
Tit. 3. *De defectibus panis.* 127.
Tit. 4. *De defectibus vini.* 133.

Appendix de Hoſtia & Calice dubiè Conſecratis. 142.
Tit. 5. *De defectibus formæ.* 151.
Tit. 6. *De defectibus Miniſtri.* 158.
Tit. 7. *De defectibus intentionis.* 159.
Tit. 8. *De defectibus diſpoſitionis animæ.* 165.
Tit. 9. *De defectibus diſpoſitionis corporis.* 172.
Tit. 10. De defectib. in ipſo miniſterio occurrent.
§. 1. *De defectibus in prævijs ad Miſſam.* 183.
§. 2. *De perficiendo Sacrificio.* 193.
§. 3. *De Calice veneno ſo, congelato, effuſo, &c.* 205.
Append. finalis, Inſtructio pro Ordinandis. 217.
§. 1. *S. R. C. de Ordinatione Decreta.* 218.
§. 2. *Quæ Miſſa in Ordinatione dicenda.* 219.
§. 3. *Obſervanda ſub Ordinatione.* 222.
§. 4. *Pro Tonſura, & Minoribus.* 225.
§. 5. *Pro Subdiaconatu, & Diaconatu.* 227.
§. 6. *Pro Presbyteratu.* 231.
§. 7. *Obſervanda ſub Miſſa Ordinat. ab Offertorio.* 235.
§. 8. *Miſſa Ordinationis ab Offertorio.* 240.
§. 9. *Proprium Miſſæ Ordinationum.* 250.
§. 10. *Orationes pro Commemorationibus.* 264.
§. 11. *Tabula Commemorationum faciendarum.* 265.
§. 12. *De Neo-Myſta Miſſâ primâ.* 273.
Concluſio Libri. 278.

Finis Titulorum Indicis.

FACUL-

FACULTAS
Reverendiſſimi Patris Commiſſarii Generalis.

F. *Ignatius Molitor*, Ordinis FF. Minorum Recoll. S. Theol. Lector Emeritus, Provinciæ Thuringiæ S. Eliſabethæ Ex-Provincialis ac Pater perpetuus, nec non ſuper Provincias Germano-Belgicas cum annexis Commiſſarius Generalis, &c. Habitâ Theologorum Ordinis Approbatione, Editionem ſecundam Libri, *Explanatio Rubricarum Miſſalis* ab Auctore R. A. P. F. *Hermanno Janſſens* reviſam & auctam, tenore præſentium concedit licentiam typis committendi. Datum Limburgi ad Lahnam in Conventu noſtro die 1. Martii 1757.

F. IGNATIUS MOLITOR, *qui ſuprà.*

FACULTAS
Admodum Reverendi Patris Provincialis.

F. *Franciſcus Van den Venne*, Ordinis FF. Minor. Recoll. S. Theol. Lector Jubilatus, Provinciæ Germaniæ Inferioris Miniſter, ac totius Ordinis S. Franciſci Deffinitor, viſâ Theologorum Ordinis, ad hoc ſpecialiter deputatorum, Approbatione, facultatem per præſentes facimus Librum: *Explanatio Rubricarum Miſſalis*, ab ejuſdem Authore F. *Hermanno Janſſens* S. T. L. Jub. & Ex-Prov. reviſum & auctum rurſum typis publicis mandandi. Datum Antverpiæ die 8. Martii 1757.

F. FRANCISCUS VANDEN VENNE, *qui ſuprà.*

APPROBATIO

APPROBATIO
Theologorum Ordinis.

ITeratam hanc Libri: *Explanatio Rubricarum Miſſalis*, &c. Editionem, ipſo Authore, *A. R. P. Hermanno Janſſens*, S. Theologiæ Lectore Jubilato, & Ex-Provinciali curatam ac auctam, atque à nobis diligenter reviſam; teſtimonio encomioque eiſdem, quibus donabamus primam, digniſſimam cenſemus Antverpiæ hâc 7. Martii 1757.

F. ANDREAS PAULY, S. T. Lector Jubilatus, & Ex-Provincialis.

F. WILHELMUS SMITS, S. T. Lector bis Jubilatus.

APPROBATIO
Cenſoris Ordinarii.

M*Aledictus qui facit Opus Domini fraudulenter*, juxta LXX., *negligenter*. Jerem. cap. 48. ℣. 10. Hæc ſententia aptari ſolet Clericis, qui Officium Eccleſiaſticum curſim legunt aut decantant: cùm autem *Opus Domini* per excellentiam ſit ipſum tremendum Miſſæ Sacrificium, præfatum maledictionis fulmen ſpecialiſſimè vibratur in illos, qui negligenter ſacro-ſanctum hoc Sacrificium pertractant. Cauſa tanti mali, præter defectum fidei vivæ, eſt ignorantia Rubricarum ab Eccleſia præſcriptarum, quas exactiſſimè ſimul & clariſſimè explanat *R. A. P. Hermannus Janſſens, Ord. FF. Minorum Recollect. S. Theol. Lector, Jubilatus, Provinciæ Germaniæ inferioris Ex-Provincialis, &c.* in Libro, cui Titulus: *Explanatio Rubricarum Miſſalis Romani &c.*; quem proinde utiliſſimum cenſeo, qui omnium Eccleſiaſticorum manibus feratur, ut profundiſſimâ cum reverentia, & devotiſſimâ gravitate Diviniſſimum hoc *Opus Domini* ce-

lebran-

lebrantes, ad pietatem & ſolidam devotionem exci-
tent omnes Chriſti Fideles; qui è contrario, ex ne-
gligenti & perfunctoriâ ſummi hujus Myſterii tracta-
tione ſcandalizati, paulatim in devotione tepeſcen-
tes, à viva fide deficiunt: & inde hodie tanta in Tem-
plis irreverentia; ut de pluribus conqueri liceat, quod
olim S. Baſilius Conc. in Pſal. 28. *Domum adora-
tionis locum loquacitatis faciunt.* Hucuſque Cenſura
primæ Editionis de 5. Maji 1755.

Idem eſto judicium de hac 2. Editione exactè
eviſâ & auctâ Explanatione Rubricarum Miſſæ ſolemnis
ıb eodem R. A. P. Auctore, qui, cum omnigenâ
Religioſâ modeſtiâ ſibi familiariſſimâ, dubia ut dubia
xhibens, conſuetudini & praxi inveteratæ cedit,
ec improbat opinioni ſuæ contraria: certa ut certa
adit, inſinuans omnem contrarium uſum abuſum
le, adeoque corrigendum.

De cætero eum in defendendis opinionibus ſuis mo-
ım, & Chriſtianam in ſcribendo moderationem
rvat (juxta Conſtitutionem *SS.mi D. Benedicti* XIV.,
i Deus in Eccleſiæ ſuæ bonum Neſtorios annos
ıcedat) ut Auctores à ſe diſſidentes nullis jurgiis,
ıviciis, aut dicteriis proſcindat, nullos adverſarios
illet, aut pro ridiculis ducat, nec illorum opinio-
nondum ab Eccleſia proſcriptas Cenſurâ perſtrin-
; memor non tantùm habendam Veritatis, ſed &
ıngelicæ manſuetudinis, & Chriſtianæ Charitatis
onem: & vel ideo tantâ cum aviditate, totâ primâ
tione divenditâ, plurimi opus tam neceſſarium, ac
ıibus numeris abſolutum cum Auctario *de Miſſa*
ıni ſibi procurare feſtinant. Horum ſtudio, &
toris ſcopo, qui eſt majorem Dei Gloriam pro-
re, benedicat, qui incrementum dat, Deus. Datum
erpiæ die *S. Thomæ Aquin.* ſacrâ 7. Martii 1757.

J. F. DE BRUYN Præſes Seminarii
Epiſcopalis, Cathed. Eccleſiæ
Can. Grad., Librorum Cenſor.

SUMMA
PRIVILEGII.

MARIA THERESIA, Dei gratiâ Romanorum Imperatrix, Regina Hungariæ, Bohemiæ, &c., &c., Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. &c. &c., Diplomate ſuo facultatem concedit *Joanni Grangé*, Typographo Antverpienſi, typis mandandi Librum, cui titulus: *Explanatio Rubricarum Miſſalis Romani .... quam .... collegit F. Hermannus Janſſens, Ordinis FF. Minorum Recollect., &c.* Eodem quoque Diplomate ſanxit, nè quis, præter dictum *J. Grangé*, præfatum Librum intra novennium in Belgio typis ullo modo mandet, aut alibi typis mandatum in has inferioris Germaniæ Ditiones importet, venalemve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum, aliâque graviori pœnâ mulctabitur, ut latiùs patet ex Litteris datis Bruxellis 16. Maji 1755.

Signatum erat

F. J. MOSTINCK.

[illegible]